one filij naturalis vel adoptiui. nõ ĩpedit. xxx. q. iij. Poſt ſuſceptum. Et videtur hoc intelligẽdum de filijs naturalibus legitimis. ſ. ꝙ non pñt cõtrahere cum filijs vel filiabus adoptiuis patris ſui. Nam filius adoptiuꝰ cum filia legitima patris ſui adoptiui contrahere põt. ſicut notat Hugo. xxx. q. iij. in prin. Idem Hoſt. Inno. ⁊ Rich. Nota etiaꝫ ꝙ inter duas perſonas adoptatas ab aliquo ĩ filias poteſt eẽ matrimonium. ſm Guil. Hug. ⁊ Bern. cum nuſꝗ̃ inueniatur ꝓhiberi. Sic etiam duo filij ſpũales alicuius. puta ꝑ ſuſceptionem in baptiſmo vel cõfirmationem poſſint contrahere adinuicem. ⁊ ſpirituales filij cum adoptiuis. Si ergo adoptiuus filius matrimoniũ contrahit cuꝫ legitima adoptantis. Dicit Guil. ꝙ ꝗuis quidẽ dixerit ꝙ non ſolueret tale matrimonium. tamen verius tenendum eſt quod no. Hug. ſ. ꝙ ſolueretur extra eo. c. vnico. Et hoc eſt verum tam de ſimpliciter adoptato. qui. ſ. nõ tranſit in poteſtateꝫ adoptantis ꝗ̃ de arrogato. qui trãſit in poteſtatem arrogantis. Tertia ſpẽs eſt quaſi legalis affinitas inter prẽm adoptantem ⁊ vxorem filij adoptiui ſimiliter inter filiũ adoptiuum ⁊ vxorem pr̃is adoptantis. Et hoc impedit omni tẽpore matrimonium. q̃m pater adoptans nũꝗ̃ poteſt contrahere cuꝫ illa que fuit vxor filij adoptiui. etiam poſt emancipationẽ. Arg. ff. de. ri. nup. l. Nam adoptiuus. Et idem iuris eſt de filio adoptiuo reſpectu vxoris adoptantis.

¶ De cognatione naturali ſiue de ipſa conſanguinitate. Capitulum. xiiij.

De conſanguinitate que dĩ cognatio nãlis ſiue carnalis ĩpediens ⁊ dirimens matrimoniuꝫ tria videnda ſunt.

¶ Primo qd ſit ꝯſãguinitas. linea ⁊ gradꝰ ĩ ea.

¶ Secundo de cõputatione graduuꝫ.

¶ Tertio de ꝓhibitione in quibꝰ gradibus.

Idem thom. quid ſit ꝯſãguinitas.

Et ꝗ̃tum ad primũ ſm pe. de pal. in. iiij. di. xl. q. j. Conſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite ⁊ deſcendentium carnali propagatione cõtractum. Ubi notandum ꝙ nõ deberet dici cõſanguinitas. ſed ꝯ ſanguinneitas: ſed ꝓpter meliorem ſonum dicĩ conſanguinitas ⁊ nominibus vtendum eſt vt plures. Uinculum dicitur. quia amici magis ſe diligũt ꝗ̃ extranei affectu ⁊ effectu. vnde non bruta. quia homo eſt animal pollitĩcum. Ab eodem ſtipite dicitur. ſ. propinquo. alias omnes homines eſſent conſanguinei. quia ex vno. ſ. adam fecit deus humanum genus. Actu. xvij. capi. Carnali propagatione. Unde non eſt cõſanguinitas eorum. qui per creationem a deo proceſſerũt. Dicitur autem conſanguinitas a cõmunitate ſanguinis vel a ꝯueniendo in ſanguine magis ꝗ̃ in carne. quia ſanguis magis eſt materia ſeminis. Nam ſperma ſm medicos eſt ſanguis puriſſimus. Et quod dictum eſt carnali propagatione excludit Euam a ꝯſanguinitate ade. quia miraculoſe ⁊ ſupernaturali propagatiõe. Sed non excludit chriſtum a cognatione cõſanguineorũ beate Marie. quia fuit carnalis propagatio ex parte matris. licet nõ ex parte patris.

¶ Hoc autem vinculum ſicut ⁊ omnis amicicia fundatur in cõmunicatione triplici. ſcilicet nature. cure. ⁊ diſcipline. Nature. quia oẽs cõſanguinei diſcendũt per carnis propagationeꝫ ab vno ſtipite. qui eſt cõmunis eorum parens. Cure. quia cura parẽtum procedit ad filios nõ ſolum immediatos. ſed etiã ad filios filiorum quotquot videre poſſunt. Diſcipline. quia proles ſub parentũ poteſtate ⁊ ſubiectione eſſe debet.

¶ Secũda concluſio eſt de linea cõſanguinitatis quid ſit ⁊ quomodo dicatur. Eſt autem ordinata collectio perſonaruꝫ conſanguinitate coniũctarum. Nec oportet addere ab eodeꝫ ſtipite deſcẽdẽtium. quia hoc includitur in cõſanguinitate. Et eſt triplex linea ſm triplicem habitudinem quã habẽt ꝯſanguinei adinuicem. Una eſt principiati ad principiuꝫ. vt filij ad patrẽ. auum proauuꝫ ⁊ ſupra. ⁊ ſm hãc accipitur linea aſcendẽtiũ. Alia eſt principij ad principiatum. vt patris ad filiũ nepoteꝫ pronepotẽ. ⁊ infra. Et ſm hãc accipitur linea deſcendẽtiũ. que nõ eſt alia a linea aſcẽdentiũ: ſed aliter accepta ſm alium ⁊ aliuꝫ modum cõputandi. quia ſm vnã fit acceptio ab inferiori aſcẽdendo ſm aliã fit acceptio a ſuperiori deſcẽdendo. ¶ Tertia eſt habitudo eoruꝫ qui ſunt ab vno principio. ſicut fratruꝫ qui ſunt ex vno patre vel matre. ⁊ nepotũ qui ſunt ex duobus fratribus vel ſororibus. ⁊ ſic deinceps. Et ſm hãc accipitur linea tranſuerſalis. que ſubdiuiditur in eam. que eſt collateralis aſcẽdentium in qua ſunt auũculus matertera. ⁊ patruus ⁊c̃. Et eaꝫ que eſt collateralis deſcẽdentium in qua ſunt frater. ſoror. nepos. ⁊ neptis ex filio vel ex filia ⁊c̃.

Linea ꝯſãguĩnitatis qd eſt.

¶ Tertia cõcluſio eſt quid ſit gradus. Et dicẽdum ꝙ eſt habitudo determinate diſtãtie a perſona. Et quilibet linea habet ſuos gradus. Et linea ⁊ gradus in affinitate ſunt ſm habitudinem ad conſanguinitatem ⁊ non aliter.

Gdus ẽ

¶ De computatione graduuꝫ. .§. i.

Et prima cõcluſio de cõputatione cõmuni iuriſtarum ⁊ canoniſtarum. Nam illa Iſidori ⁊ cetere que ponũtur in littera. diſt. xl. iiij. ſent. ⁊ in decretis. xxxv. q. iij. ⁊. iiij. ⁊. v. Nõ ſunt in vſu. Computantur autem gradus conſanguinitatis hoc modo. In linea enim aſcen

dētium ⁊ deſcendētium computāde ſunt perſone medie. inter illas de quibus querit. ꝙ ſi nulla ſit media ſunt in primo gradu. vt pater ⁊ filius deſcendēdo ⁊ filius ⁊ pater aſcendendo. Si vero ſunt alie perſone medie computatis eis cum extremis. quot ſunt perſone vna minus. tot ſunt gradus. Verbigratia. Auus et nepos diſtant ſecūdo gradu. ſiue aſcendēdo ſiue deſcēdēdo. quia ſunt tres perſone: ſcilicet auus ⁊ nepos. ⁊ qui eſt in medio eorum. qui eſt pater reſpectu primi. ⁊ filius reſpectu ſecundi. remoto igitur vno remanent duo. Et ſic nepos ⁊ auus ſunt in ſecundo gradu. Proauus ⁊ pronepos ſunt in quarto gradu. quia ſunt quinqꝫ perſone numerande. Ratio huius eſt. quia cum gradus ſit certa diſtantia propinquitatis. gradus nō poteſt eſſe eiuſdem ad ſeipſuꝫ. ſicut nec propinquitas. ⁊ ideo gradus ſemper preſupponit perſonam aliquam. cui ſecūda addita facit gradum. ⁊ per eādem rationem tertia addita ſecūde. ⁊ quarta tertie. ⁊ ſic ſemꝑ fit numerus graduum ſm numerum perſonaruꝫ. vna excepta. Et hec computatio graduum in linea aſcendētium ⁊ deſcendētiū eſt cōmunis apud omnes. In linea vō collaterali que nō eſt eorum quorū vnus deſcendit ab altero. ſed eorum qui deſcēdunt a cōmuni principio. aliter computantur gradus ſm leges. aliter ſm canones. Secūduꝫ enim canones computātur hoc modo. Videndum vtrum perſone de quibus queritur equaliter diſtent a cōmuni ſtipite. aut inequaliter. Si equaliter quotto gradu quelibet earum diſtet a cōmuni ſtipite totto gradu diſtāt inter ſe. Verbigratia. ſit nobis ſortes cōmunis parens ⁊ ſtipes. ego nepos ſm vnam lineaꝫ. tu vō pronepos ſm aliā lineam. Si queritur quotto gradu. ego diſto a te. debet reſponderi ꝙ tertio. q; totto gradu in qui es remotior diſtas a cōmuni parente. a quo ego non diſto niſi ſecūdo gradu. ¶ Sed ſm leges aliter computantur gradus in linea tranſuerſali. quia ſm eas duo fratres ſunt in ſecūdo gradu. Filij duorum fratrū ſunt in quarto. nepotes ī ſexto gradu. Et ſic duplicantur gradus ſm computationem legaleꝫ ſupra computationem canonicaꝫ. Sed opinio canoniſtarum. eſt rationabilior. quia abſurduꝫ videtur ponere ſcḋm graduꝫ ſine primo. quod tamē ſequitur ſm opinionem legiſtarum. quia nō eſt dare aliquem qui ſit in primo gradu linee trāſuerſalis equalis. ſed primus in ea qui eſt frater eſt in ſecūdo gradu ſm legiſtas. primus in trāſuerſali inferiori eſt in tertio. ſcilicet filius fratris. ⁊ primus in trāſuerſali ſuperiori eſt in tertio. vt pater ⁊ auus. Et ideo canoniſte melius computant in trāſuerſali. ponētes fratrem in primo gradu. filium fratris in ſecūdo. ſcilicet deſcendēdo. nepotem in tertio. pronepotem in quarto. abnepotem in quinto ⁊c. aſcēdendo vero patruum in ſecūdo. propatruum in tertio. abpatruum in quarto ⁊c. Dilatando vero duorum fratrum filios in ſecūdo nepotes in tertio ⁊c. ſicut in genealogia Adaꝫ per ſeth. ⁊ Cayn qui ſunt in primo gradu ⁊ filij eoruꝫ in ſecūdo ⁊c. Ratio diuerſitatis huius computationis eſt iſta. vt dicit Alexāder papa. xxxv. queſtio. v. ad ſedem. In legibus ob nihil aliud ipſa graduum mentio facta eſt. niſi vt hereditas vel ſucceſſio ab vna ad alteram perſonaꝫ inter cōſanguineos deferatur. In canonibus vō ad hoc progenies computatur. vt aperte monſtretur vſqꝫ ad quottam generationem a ꝯſanguineorum ſit nuptijs abſtinēdum. vt rite ⁊ canonice nuptie celebrentur inter fideles. Hac igitur de cauſa: quia hereditates nequeunt deferri. niſi de vna ad alteram perſonam. idcirco curauit ad ſecularis imperator in ſingulis perſonis ſingulos perficere gradus. quia vō nuptie ſine duabus perſonis fieri nō valent. ideo ſacri canones duas perſonas in vno gradu conſtituere curauerūt. Hec ibi. Quod autem ibi dicitur ꝙ vſqꝫ ad ſeptimum gradum perdurat cōſanguinitas ſm computationem canonum in quibus gradibus ſeptem prohibetur mrīmonium. tūc verum fuit. ſed hodie non durat cōſanguinitas niſi vſqꝫ ad quartum gradum incluſiue. Nam Grego. ix. remouit tres vltimos gradus. ex eo ꝙ nō bene poterāt mēte retineri tot gradus. Et etiam erat difficile ſatis vſqꝫ ad ſeptimum gradum abſtinere a matrimonijs talium. vnde ſequebātur ſepe incōuenientia. Habetur hoc ſtatutum eccleſie. extra de cōſangui. ⁊ affinit. c. Nō debet. ⁊ ibi p glo. Gradus autem ſm leges quoad ſucceſſionem hereditatis durāt. ſcilicet vſqꝫ ad. x. gradum computando modo legali. vt dictum eſt.

¶ De prohibitione matrimonij inter cōſanguineos. .§. ij.

Nota ſm Pe. vbi ſupra tres cōcluſiones. Prima ꝙ ꝯſanguinitas de iure naturali ſm lineam rectā aſcēdētium ⁊ deſcendētium impedit matrimonium. ſed plus filij cum matre ꝙ̄ filie cum patre propter reuerētiaꝫ. Propter qḋ videtur ꝙ in linea recta in infinitum prohibeatur matrimonium. adeo vt ſi Adam hodie viueret nō inueniret vxorem ſm legiſtas. Ratio huius. quia maior reuerentia debetur parentibus remotis ꝙ̄ propinquis. vnde vulgo pater non dicitur dominus. ſed auus quādiu viuit. ⁊ licet minor ꝓpinquitas. tamen maior reuerentia que plus attenditur. Nam cum filia fratris poteſt ſm leges cōtrahi. ſed non cum amita. que tamē non

eſt ppinquior. ¶ Secunda cõcluſio eſt de prohibitione iuris diuini circa hoc. prohibentur enim plures perſone. puta ſimul naturali ſedere cõmorantes. Et ſunt. xij. que Leuitici. xviij. cap. numerantur. mater nouerca. ſoror. neptis amita. matertera. vxor patrui nurus vxor fratris. niſi premortui ſine liberis priuigna. filia priuigni. vel priuigne ſoror vxoris. qui in lege nature permittebatur. vt in lya et rachel copulatis Jacob. Huius rationem Doct. aſſignant quia matrimonium ordinatur ad repreſſiones concupiſcentie. ſed concupiſcẽtia nõ reprimeretur. ſed magis augeretur ſi iter illas perſonas quas conuenit in eadem domo cõuerſari eſſet conceſſa copula matrimonialis. quare lex diuina rationabiliter prohibet talem copulam. Nam quia electio nõ eſt niſi poſſibilium eo ipſo q' cõcupiſcibile ſit impoſſibile minuitur vel tollitur concupiſcẽtia illius. vnde quãdiu cohabitantium virorum et mulierum in vna domo poſſet eſſe matrimonium ſicut tales perſonas prenominatas cõtingit ſimul cohabitare. concupiſcẽtia nõ haberet frenum. ſed ex quo matrimoniũ ſit impoſſibile inter tales. quia prohibitum ceſſat concupiſcẽtia. ¶ Tertia cõcluſio eſt de prohibitione iuris poſitiui canonici. quia illa iuris ciuilis nil ad propoſitum. cum circa ſacramenta laici nil poſſunt diſponere. ergo iure nouo prohibitum eſt matrimonium contrahi in quarto gradu et infra. In quinto autem et vltra in linea trãſuerſali permiſſum eſt. vt ex. de cõſanguini. et affinita. ca. Nõ debet. Alij gradus qui prius erant ſunt ablati. et in huiuſmodi poteſt diſpẽſare papa. et non alius. quia nõ eſt permiſſum epiſcopis ſicut in alijs. Eius enim eſt diſpenſare in iure qui eſt ſupra ius. vel cui cõmiſſum eſt a iure. Unde in gradu lege nature vel lege diuina prohibito. ſolus deus diſpẽſare poteſt vel cui inſpiraret. qui tamen nõ legitur diſpenſaſſe cum quocũque. Papa autem in his que ſunt iuris poſitiui. puta in quarto gradu et tertio. immo et in ſecũdo quandoque. puta collateralium equaliter q contrahãt diſpenſat. vt puta filij duorum fratrum. q lege Moyſi et iure ciuili erat permiſſum. Nec eſt ſufficiẽs cauſa diſpenſationis augmentatio patrimonij. ſed pax vel cõcordia vel aliquid huiuſmodi. In linea autem aſcendẽtium et deſcendẽtium in infinitum nuptie prohibẽtur. Eſt tamẽ dubium vtrũ papa poſſit diſpẽſare in gradu lege diuina nõ naturali prohibito. Et ſiquidem prohibitio legis moſayce in huiuſmodi eſſet pure iudicialis. non moralis. nõ ligaret hodie niſi inquantum eſſet iure canonico reſumpta talis lex. Et ſic in omnibus illis gradibus papa poſſet diſpenſare. ſed fere omnes gradus lege moſayca prohibiti videntur. prohibiti iure naturali. q2 ad omnes illas perſonas cohabitantes eſt amicicia naturalis ſine aliquo ſedere. Unde quia natura nihil fruſtra facit. vbi ſunt mulieres alie ex quibus poſſit eſſe generatio ſine iſtis fruſtra ſit cum iſtis matrimonium. quod nõ eſt neceſſe. nec propter generationem nec propter amiciciam. Unde probabilius eſt q papa non poteſt diſpenſare in iſtis gradibus. Et ſm hoc diceretur q ante legem ſcriptam erat diſpẽſatio a deo vt cum illis cõtraheretur. excepto primo gradu aſcẽdẽtium et deſcẽdẽtium. Unde Adam inſpiratus a deo dixit. Relinquet homo patrem et matrem. ceteras perſonas videtur permiſiſſe. que tamẽ iure naturali erãt prohibite vt frater et ſoror in quibus primum credẽdum eſt deum diſpẽſaſſe propter neceſſitatem.

¶ De cognatione ſpirituali. Capitulum. xv.

TErtia cognatio eſt ſpiritualis. ſcilicet compaternitas. Et prouenit ex hoc. q aliquis cõfert ſacramẽta baptiſmatis confirmationis. vel ſuſcipit ſiue tenet illum cui tale ſacramẽtum cõfertur. Per aliorum ſacramẽtorum collationẽ nõ cõtrahitur cognatio ſpũalis que habeat impedire et dirimere matrimoniũ extra. eo. ti. ca. fina. lib. vj. Jo. andre. Per cathecïſmum vero contrahitur cognatio aliqualis. videlicet que habet ipedire. ſed nõ dirimere matrimonium. eodem ti. c. ij. lib. vj. Iſta autem cognatio habet tres lineas.

¶ Prima eſt inter §. i.

baptizatum et illum qui ad baptiſmum ſuſcipitur. ac etiam vxorem eius ſi tũc habet et carnaliter cognouit. Nam quãdo vnus cõiugum ſiue maritus ſiue vxor. tñ tenet aliquem ad baptiſmum cognatio ſpiritualis tranſit etiam ad alterum nõ tenentem cõiugem iſtius tenentis ad baptiſmum. Et ſic inter tales nõ poteſt eſſe matrimonium: ſcilicet inter ſuſcipiẽtem cum cõiuge eius ſi haberet. et ſuſceptum. immo etiam dicit beatus Tho. in. iiij. ſentẽ. diſt. xlij. q. j. art. iij. q. ij. in corpore. q. q compaternitas trãſit a viro in mulierem quamcũque carnaliter cognitam. quãuis nõ ſit vxor. Idem ſentit glo. ſuper c. ſiquis ex cõiugio. xxx. queſt. iiij. dicẽs. q per fornicarium coitum acquiritur compaternitas quia vna caro efficitur. Idem tenet Jo. andr. in. vj. Richar. autem in. iiij. diſtin. xlij. dicit q ſi aliqui efficiantur vna caro per fornicariam copulam. nõ propter hoc trãſit cõpaternitas ab vno in alium. quia per rem pure carnalem nõ contrahitur cognatio ſpiritualis. Idem tenet Pe. de palu. in. iiij. dicẽs. q cognatio ſpiritualis di/

citur. quia a ſpiritualibus cauſatur. Unde veri/
us videtur. q̄ nõ ſic fornicarij cõmunicent ſibi
actiones ſicut cõiuges. quia in illis nõ eſt niſi
carnale vinculum ad tempus. hic autem ſpiri/
tuale et carnale. vnde ſunt magis vnum in car/
ne vna. vnde et in cõputatione graduum pater
et mater vna perſona cõputatur. Quãuis autem
eſſe duos in carne vna. equaliter ſit in fornica/
tione et cõiugio. tamen hic vbi queritur de co/
gnatione ſpirituali aliquid debet facere vincu/
lum ſpirituale. Hec ille. Anto. de butr. ſuper ca.
Martinus. ex̃ de cog. ſpi. refert vtraq̄ opi. ſed
hanc vltimam dicit tenere Hugo. et Archidia. et
Joã. andr. eo. ti. c. j. In nouella. lib. vj. Nec ob/
ſtat dicũt ipſi. q̄ copula fornicaria inducit affi/
nitatem. q̄ illud in affinitate corporali. que etiã
per illicitam copulam vt vinculum corpale acq/
ri poteſt. ſecus in ſpirituali. vt compaternitas
que eſt vinculũ ſpirituale. Unde et abſonum eſt
dicere. q̄ per coitum fornicarium cõtrahatur.
Hec ille. Idem etiã tenet glo. Ray. Inno. vtrã/
q̄ opi. ponit. et neutram alteri prefert. Unde ſi/
quis inueniret tale matrimoniũ iam contractum
de preſenti vel cõſummatũ. exquo aliqui dicũt
illud tenere. tuta via eſſet vt peteretur diſpẽſa/
tio vl' declaratio a dño papa. quod ſi haberi nõ
poſſet ſm regulam Hoſtie. qui dicit q̄ vbi repe
riũtur cõtrarie opi. de aliquo mr̃imonio vtrum
teneat vel nõ. adherẽdum eſt illi qui iudicat ma
trimonium tenere niſi cõtraria opi. fulciretur
canonica auctoritate expſſa. ſm igitur cum poſſi/
us debẽt dimitti in ſuo coniugio q̄ ſeparari.
Ubi autem tales nõdum cõtraxiſſent cõſulẽdũ
eſſet eis. q̄ abſtinerẽt a contractu huiuſmodi. ſed
bene poſſet aliquis contrahere cum ſorore filij ſpi
ritualis. xxx. q. iij. illud. Item põt contrahere pa/
ter cum illa quã filius eius tenuit ad baptiſmũ
vt notat. xxx. q. iiij. illud. q̄uis filius nõ poſſit
contrahere cum illa quã tenuit pater ad baptiſmum.

Secũda eſt inter .§. ij.

baptizatum (ſiue ſit maſculus ſiue femina) et fili/
os naturales ſuſcipiẽtis (ſiue ſint legitimi ſiue
illegitimi.) Unde inter eos nõ poterit eſſe ma/
trimoniũ. Et q̄ cognatio ſpũalis nõ habet gra
dus. q̄uis filius nãlis Petri nõ poſſit cõtrahe
re cum filia ſpũali ipſius Petri. quam. ſ. tenuit
ad baptiſmum vel confirmationem. poſſet ta/
men contrahere cum filia filie ſpiritualis ipſi/
us Petri. argu. xxx. queſtio. iij. ca. primo. Item
filij duorum compatrum ſiue ſint geniti ante
compaternitatem ſiue poſtea. poſſunt cõtrahe/
re adinuicem. excepta ſolũ illa perſona. per quã
compaternitas eſt cõtracta. que nunq̄ poterit
copulari alicui filiorum ſui patris ſpiritualis.
xxx. q. iij. ſuper his.

Tertia eſt inter .§. iij.

ſuſcipiẽtem in baptiſmo et parentes baptizati.
inter quos etiam nõ poteſt eſſe matrimonium.
Unde mater baptizati nunq̄ põt eſſe vxor eius
qui tenuit ipſum baptizatũ ad baptiſmũ. quia
cõmater eius eſt. Item nota q̄ ſi quis. puta Pe
trus cõtra volũtatem vxoris ſue. puta Marie.
tenet vel leuat de ſacro fonte filiũ alterius. puta
Joãnem filium Martini contra volũtatem ipſius
martini. ſm Joã. neapol. in quodlibet. ix. vtiq̄
contrahitur vera cognatio ſpiritualis inter eos.
nõ obſtãte in volũtatione ſeu contradictione illo/
rum. ita q̄ Petrus eſt vere cõpater Martini. et
Maria eſt vere cõmater ſpiritualis Joãnis. ve
lit nolit. Huius ratio eſt. ſm ipſum q̄ quod eſt
ex ſtatuto eccleſie nõ dependet ex volũtate ſub/
iectorum: ſed ex ſtatuto ſtatuẽtis. Sed ex ſtatu/
to eccleſie eſt q̄ cognatio ſpiritualis trãſeat ab
vno coniugum in alterum cõſummato matrimonio
et q̄ cõpaternitas acquiratur patri carnali per
hoc q̄ aliquis leuat filiũ eius de ſacro fonte. er
go etc. Item poſita cauſa ſufficiẽti cognatiõis
ſpiritualis opꝫ ponere cognationem ſpũalem.
Cã. n. eſt ad quã ſequit' effect⁹. Sꝫ p̄ĩnitas ſpũa
lis quã cõſequit' pactũ ꝑpetuũ vnus coniugum eſt cã
ſufficiẽs alteri coniugũ cognatiõis ſpũalis. poſt/
q̄ eſt mr̃imoniũ cõſũmatũ. ergo etc. ¶ Et no. q̄
regul'r vnus dꝫ tenere ad baptiſmum ſeu leuare
de fonte. vt de cõſe. diſt. iiij. c. nõ plures. Et ſi ne/
ceſſitas cogeret. vnus et idem põt tenẽ in baptiſ/
mo et confirmatiõe. ſm Ray. Si aũt plures tenẽt
Dicit Alb. in. iiij. q̄ hec poti⁹ eſt pmiſſio q̄ ſta/
tutũ qd̃ debeat approbari. Permittit' aũt rõne
amicicie que cõhit' iter eos. Hec ille. Ubi ĝ duo
vel tres ex more p̄rie coiter tenẽt. videt' toleran
dũ et ſine pctõ fieri. Tuti⁹ tñ eẽt hic ſup hoc diſ/
pẽſatõem ab epõ. ſi p̄uult plures hic tenẽtes ad
baptiſmũ. Et cum plures tenent cũ oibus contrahit'
cognatio ſpũalis que ipedit et dirimit ſm Ho/
ſti. ¶ Sed diligẽter aduerte. q̄ opꝫ q̄ teneant
ſiue tãgant ipſm baptizãdum cum baptizat'. vel
cũ de fonte leuat' a ſacerdote imediate. ſi volũt
eẽ cõpatres. alr ex eo q̄ extiterint ibi ſolũ nõ tã
gẽdo. et rñderint pro puero. abrenũcio etc. non
eẽnt cõpres. Pe. de pa. In aliqb⁹ tñ locis ſacer/
dos aquã effundit baptizãdo. et qui volũt eẽ cõ
pres ſpũales tenẽt baptizãdũ. in alijs tenet pue
rũ ipſe ſacerdos cũ baptizat qd̃ p̄cipue fit cum fit
baptiſmus p imerſionẽ. Et tũc p̄mo recipiẽtes
baptizatũ de ſacro fonte a ſacerdote in pãno vl'
nudũ ſunt p̄res ſpũales. vt notat Hug. in decre
tis. Et ſiliter per pcuratorẽ nõ põt contrahi cõpa/
ternitas. quãtum ad cognationẽ ſpiritualem. vt
ponit Archidia. per. l. poſt mortem. ff. de adopt.
Idẽ Joa. an. Si autem aliquis teneat ſiue tan/

gat ad baptiſmum. ꝗuis nihil rñdeat. tamē ef
ficitur patrinus ⁊ cōtrahiť cognatio ſpūalis. Il
li autem pſes qui ſimul tenent ad baptiſmū nō
prohibentur ad inuicē contrahere. vt Inno. po
nit. ¶ Item nota ꝙ laicus etiam qui baptiza//
uit aliquem ſiue in caſu neceſſitatis ſiue extra.
nō poteſt contrahere cum illa quam baptizauit
extra. e. nedum. li. vj. Notat etiā tho. ſ. .iiij. ſen.
di. xlij. q. j. ar. j. in corpore. q. ꝙ ſi mulier vel vir
baptizat vel tenet ad baptiſmū filium propriuȝ
ſi hoc facit in articulo neceſſitatis ſeu ꝑ errorē.
non impediť exigere vel reddere debitū. extra.
e. c. Si vir. Si vō facit ꝑ fraudē: ipediť exigē: ſȝ
teneť reddē. ꝙ ſi vterqȝ fuit vľ fecit ī fraudē. neu
ter poteſt exigere. ⁊ vterqȝ teneť exactus redde
re vt dicit Hoſtienſ. Et addit ꝙ melius eſſet ſi
cōtinerent. Eodem etiā mō ſi vir tenet aliquem
filium vxoris ſue. vel vxor filium mariti ſui. ſi
ex ignorātia hͦ facit excuſať. ſi ex malitia nō pōt
exigere debitum. Idē Rich.. Credo tamē ꝙ ſu
per hoc poſſit epūs diſpenſare. ſ. quoad exactio
nem debiti. ꝑ ſimilitudinem deo qui cognouit
cōſanguineā vxoris. cuȝ quo pōt epiſcopus diſ
penſare. quoad debiti exactionē ſm Pe. de pa.
vt hēs. ṡ. de impedimento affinitatis. ibi vide.
In tertio notabili ¶ Iteȝ nota ꝙ ſi vxor. puta iohāna vxor petri.
tenuit ad baptiſmuȝ filiū berte anteꝗꝫ cōmiſce
retur ſeu cōtraheret matrimonium cū ipſo pe/
tro. ipſa mortua poterit petrus habere ī vxoreȝ
ipſam bertā. ⁊ ſic ſucceſſiue iſto modo. pōt quis
habere duas cōmatres in vxores. Sed ſi petrꝰ
cognouit iohannā anteꝗꝫ teneret ad baptiſmū
filiū berte. nō poterit poſtea vnꝗꝫ bertam habe
re in vxorem. Itē ille qui tenet ad baptiſmū vľ
ꝯfirmationem filiuȝ alicuius. puta petri ex mu
liere cōcubina vel vxore alia ſuſceptuȝ ꝗꝫ ex ea
ꝗꝫ nunc habet in vxorem non efficitur cōpater
iſtius vxoris quam nunc habet ipſe petrus. Et
idē de filijs vxoris alicuiꝰ ex alio viro genitis.
ſ. q. di. xxxij. q ij. arti. ij ad. iij. ¶ Item nota ꝙ nō baptizatus ꝗuis aliū non
debeat tenere ad baptiſmum. tñ ſi de facto vel
in neceſſitate tenet vel leuat vel baptizat. nō cō/
trahit aliquā cognationē. ſpūalē. ſȝ tho. Pe. ⁊
Richar. Et addit alber. ꝙ ſi alter ꝯiugū ē bapti
zatus. ꝑ eum tranſit cognatio ad eū qui non eſt
baptizatus. idē de cōfirmatione. Sed ſi bapti/
zatus tenet filium nō baptizati. bene contrahit
cōpaternitatem. ¶ Item nota ꝙ nō debȝ quis
tenere ad baptiſmum vel ad confirmationem
frēm vel ſororem. quia ſufficit inter tales vincu
lum carnale. ¶ Omnia aūt que dicta ſunt de
tenente ad baptiſmum ſeu de fonte leuante er/
ga ſuſceptum vel leuatum. ⁊ parētes eius quo
ad contrahendā cognationem ſpūalem. intelli/
gas ſilr de baptizante erga baptizatū ⁊ parētes
eius quoad pdictaȝ cognationem. Et omnia
que dicta ſunt de baptiſmo quantum ad tenen
tem ⁊ baptizanteȝ in contrahenda cognatione
ſpirituali cum baptizato. intelligas pariformi/
ter in confirmato ⁊ tenente ad confirmationem
in contrahendo cognationem ſpiritualem cuȝ
confirmante ⁊ parentibus eius. Et dicit Goff.
ꝙ iſta cognatio ſpiritualis ſicut legalis non ha
bet ramos. vnde perſonas cum quibus tracta
te ſunt nō egrediuntur. ¶ Nota igitur ꝙ qcū/
qȝ in aliquo iſtorum impedimentoꝝ detentus
ſcienter contrahit: mortaliter peccat. Et in qua
tuor ex his impedimentis eſt excōmunicatus
ſcienter cōtrahens. nec talis debet abſolui: nec
poſſet niſi ceſſet a tali matrimonio ſic cōtracto:
vel petat diſpenſationem a papa vbi poteſt: ⁊ ī
terim abſtineat ab vſu matrimonij ſic impedi/
ti. ¶ Et nota ꝙ in nullo predictorum decem ⁊
ſeptem impedimentoꝝ poteſt diſpenſare aliqs
citra papam. ſed ⁊ ipſe papa in aliquibus hoꝝ
non poteſt diſpenſare ſcȝ in impedimento liga
minis. cum ſcȝ quis eſt alteri alligatus per ver
ba de preſenti. talis enim non poſſet cuȝ alia cō
trahere etiam dipenſante papa. ¶ Item in im
pedimento erroris perſone: ⁊ in impedimento
violentie vbi nullo modo eſt conſenſus. ⁊ in im
pedimento coeundi. omni modo ex frigiditate
naturali: vel caſtratiōe vel maleficio. vel ex alia
indiſpoſitione proueniente. quia in huiuſmo//
di omnibus nullum eſt matrimonium: nec pōt
facere papa: vt ſit matrimonium. ¶ De impe/
dimento coeundi videtur dicere Petrus de pa
lu. ꝙ ſit ex ſtatuto eccleſie quia id non pertinet
ad ſubſtātiam matrimonij. Et inde eſt ꝙ ſi ſci//
uerit alter tale impedimentū: ⁊ nihilominꝰ con
trahit eſt veꝝ matrimoniū quod nō eſſet ſi deeſ
ſet aliquid de eſſentia matrimonij. Cum enim
principalis finis matrimonij ſit proles. non vi
tatio fornicationis. ſi poſſet coire eſſet de ſubſtā
tia matrimonij multo magis poſſe generare: ⁊
ſic ſenes non poſſent cōtrahere: quod eſt falſuȝ.
¶ De īpedimēto erroris ꝯditiōis videtur du/
bium ſm Hug. tñ iſtud eſt de ſtatuto ecclie. Itē
dicit Pe. de pa. ſ. ꝙ eſt de iure poſitiuo: qꝺ etiā
videtur ſentire Richa. in. iiij. diſti. xxxvj. Dicit
eni ꝙ error deterioris ꝯditionis: ⁊ ſi nō tollat
ꝯſenſum in perſonā. tñ multū minuit: ⁊ qꝛ rō//
nabile eſt: vt deceptis iura ſubueniant. ⁊ maxime
quādo eſt deceptio in re graui. ideo naturali e/
quitate ſtatutū eſt pſonā ꝯditionis ſeruilis eſſe
illegitimam ad contrahenduȝ cū pſona libera
ꝗꝫdiu liberā eſſe credit: ipſe liber ꝯtrahēs cum
ſerua. lediť eni enormiter in bonis mrimonij.
In bono prolis: qꝛ nō hēbit eā in ſua ptāte. In
bono fidei. qꝛ non poterit ita libere reddere de
bitum domino occupante ſeruum. In bono ſa
cramēti. i. cohabitatiōis inſepabilitate. qꝛ dñs

⁊ ar. vi. ad ſcōʒ
poſſet ēam vendere. Hec ille. ¶ De impedimē
to voti ſolēnis in religionem. Alber. ⁊ Tho. ſe.
ſe. q. lxxxviij. arti. xj. in corpore ar. tenent ꝙ nō
poteſt Hugo card. Hoſtien. Inno. ⁊ Richar. in
iiij. tenent ꝙ poteſt ex magna cauſa. vt ex refor-
matione vnius regni ⁊ huiuſmodi. ⁊ Joan. in
ſumma confeſſoruʒ dicit de facto vidiſſe talem
diſpenſationē factam. Hanc etiam opi. ꝙ papa
poſſit diſpenſare. tenere videtur idē Thom. in
iiij. ſentē. diſt. xxxviij. q. j. art. iiij. in corpore. q.
Et Joā. neapol. in quodlibe. dicit hanc opi. eſſe
probabiliorem. ¶ In impedimēto ordinis te-
nent fere oēs ꝙ poteſt quamuis non cōſueuerit.
¶ In impedimēto criminis abſqʒ dubio po-
teſt ſm Pe. de palu. ¶ Et in impedimēto ſpiri-
tualis vel legalis cognationis abſqʒ dubio. po-
teſt ſm Pet. de palu. ¶ De impedimēto etiam
quod eſt publice honeſtatis iuſtitia certuʒ eſt ꝙ
poſſit cum ſit ex ↄſtitutione eccleſie. Unde Pe.
de pal. ſic dicit. Papa poteſt diſpēſare in omni-
bus gradibꝰ publice honeſtatis iuſtitie: qui ſu-
mūtur ſm gradus ↄſanguinitatis. ⁊ hoc patet
quia nō eſt prohibitū lege naturali nec diuina.
Unde poteſt diſpēſare ꝙ quis contraheret cuʒ
ſpōſa vel vxore non cognita fratris vel patris.
Et nota ꝙ quādo aliqui cōtrahūt matrimoniū
de facto: quod de iure nullum eſt. ſi poſtea obti-
neant diſpēſationē a papa ſuper impedimēto.
nō propterea ratificatur predictū matrimoniū
quoad deum. etiā ſi ante diſpēſationem ſecuta
erat copula carnalis. ſed oportet ꝙ de nouo in-
terueniat mutuus ↄſenſus interior in alterutrū.
⁊ ſi cum hoc ſequitur copula carnalis nō eſt ne-
ceſſaria noua expreſſio verboruʒ. ⁊ hoc in fauo-
reʒ matrimonij. Hoc videtur dicere Richar. in
iiij. diſt. xl. in quedaʒ ſimili. tutius tamē eſſet ⁊
clarius: vt etiā de nouo fieret ipſa expreſſio ver-
borum cōſenſum exprimentiū. Dicit etiaʒ Ri-
char. ꝙ cum naturalis vſus mulieris extra ma-
trimonium ſit cōtra ius naturale. ideo ibi locū
nō hʒ preſcriptio. vt. ſ. ex hoc ꝙ tenuit aliquam
ↄcubinam per. xxx. annos facta ſit ei licita talis
cōmixtio. ſed ſemꝑ mortaliter peccat. Ipm etiā
matrimoniuʒ. qꝛ eſt de iure diuino ⁊ nāli. ideo
preſcriptio facere nō pōt vt valeat matrimoniū
qđ a principio fuit nullū. vel ꝙ efficiat nulluʒ:
qđ a principio fuit verū. extra de cōſang. ⁊ affi.
nō dʒ. partim in textu: ⁊ partim in glo. ¶ Iteʒ
nota ſm Hoſt. qñ Doc. diſcordāt circa impedi-
mentū mrīmonij vbicūqʒ Doc. per glo. ſuas di-
cūt ſolui matrimoniū. ſed nō inducūt ius expſ-
ſum ↄtrium dicēs. ad hereas. extra de teſti. lʒ ex
quadā. in fine. ¶ Itē nota ꝙ cum eccliā pcipit
alicui ↄiugum cohabitare cum altera. ⁊ ille cui
precipit ſciat eſſe impedimētū ſm Hug. in hoc
caſu ↄtrarium ad reddēdū debitū nō tenet obedi-
re. tñ in cohabitatione neceſſariorū exhibitiōe
obedire dʒ ⁊ nō negare ei cui ſe de facto copula-
uit. ¶ Itē nota ꝙ qui audit impedimentū eſſe
inter ſe ⁊ vxoreʒ ſm Guil. ſi audit a fidedignis
⁊ nō ſuſpectis cum nō debeat eſſe negligēs ſue
ſalutis. tenet inquirere veritatē. alſ eſſet affectata
ignorātia que nō excuſat. Et ſi ↄcipiat ꝓbabileʒ
opinionē de dicto alicuius nō dʒ exigere debi-
tū lʒ teneat reddere. Secus ſi ita inueniret ve-
ritatē qđ eſſet impedimētuʒ inter eos qđ heret
pro ↄſtāti. tūc nec exigere nec reddere deberet.
Porro qui tale impedimētuʒ audit a viro fide-
digno: etiā iurato aut cōpatri ſuo: aut ꝓprio ſa-
cerdoti. aut etiam publica fama. nō ita tenetur
credere ꝙ peccet mortaliter ſi non reddat: ſed
venialiter Guil.

¶ De impedimentis pluribus non tamen di-
rimentibus matrimonium. vt voto ſimplici ⁊
huiuſmodi. Capitulum. xvj.

Eſt aliud genus im-
pedimēti: qđ eſt impediēs quideʒ
matrimoniū ↄhēdum: ſed nō diri-
mēs ↄctū. Et iſtud eſt multiplex. Et
pmo quidē ↄctus clādeſtinus ipius mrīmonij
extra de matri. ↄtra. con. interdi. eccle. per totū. — De clā-deſtina deſpon-ſatione
Qui ergo ↄhūt clādeſtine mrīmoniuʒ: mortalr
peccāt. Et tale mrīmoniū dꝛ ↄtra interdictū ec-
cleſie: qꝛ cōtra ꝓhibitionē eius eſt. ¶ Ubi nota
ſm Pe. de pal. in. iiij. ꝙ hoc pōt eē dupl'r. Uno
mō qꝛ ↄtra ↄſtitutū iuris. vt qꝛ tpibus anni in-
terdictis. de qbus in. c. ſeq. vel qꝛ eſt clādeſtina
deſpōſatio. Prohibet. n. ne mrīmonia fiāt claʒ
⁊ ſine bānis. ⁊ de clā. deſpō. cum inhibitio. Ibi
dꝛ ꝙ cū dʒ fieri aliqđ mrīmoniū debēt in eccliā
bāna publice per ſacerdotes ꝓponi vt infra cō-
petētē terminū qui ſcit impedimētū ꝓponat. ⁊
ſi apparuerit ꝓbabilis ↄiectura ↄtra copulā fu-
turā. interdicat expſſe donec ↄſtet qđ fieri debe-
at. alſ ſi ↄherēt ſine bānis: vbi. ſ. talia ſeruātur
aut poſt ꝓhibitionē ſi extiterit impedimētū. pu-
ta gradus ꝓhibitus tunc filij dicent illegitimi:
nec excuſabunt ꝓpter ignorātiā parentū. Et ſa-
cerdos qui tales ↄiūctiōes inhibere ↄtēpſerit:
vel regularis qui intereſſet hmōi punit. vt pʒ in
dicta decretali. In aliqbus tñ locis nō ſūt hec
bāna: ſed ſolū ↄhunt ſpōſalia ſolēniter ⁊ publi-
ce multū ante mrīmoniū. ⁊ interim pōt manife-
ſtari an ſit impedimētū. Unde in talibus locis
rōne ↄrie ↄſuetudinis omiſſioneʒ bānoꝝ. puto
nō eſſe pctm. ſed vbi ſuant eēt mortale omitte-
re. Alio mō dꝛ matrimoniū ↄtra interdictuʒ ec-
cleſie. qꝛ eſt ↄtra pceptum hoīs miniſtri iuris ⁊
ecclie. Et iſte miniſter vel eſt parrochialis ſacer-
dos qui pōt matrimoniū diſpēſare: ⁊ non iudi-
care. Ipſe enim habet inquirere de impedimē-

to ꝛ inhibē. Aut eſt officialis epi non ſacerdos qui ſolus bñdicit nubētes vel Archidiaconus aut Abbas. habētes hoc ex ꝯſuetudine vel priuilegio: vt habent iudicare ꝛ diſpenſare ſi non ſunt ſacerdotes. Aut eſt eps vel ſupioꝛ eo. ꝛ hic habet iudicare ꝛ diſpēſare. iudicare rōne iuriſditionis. diſpenſare ratiōe oꝛdinis cum cura. Cōtrahere ergo ꝯtra ꝓhibitionē eccleſie vel miniſtri eſt moꝛtale: niſi fuerit diſpēſatū ab eo qui pōt. Et ſiquidem facta fuerit inhibitio ab inferioꝛi a papa vt epo vel parrochiali: quāuis ſit peccatū. tn̄ ſi non eſt aliud impedimētum tenet. Idem ſi a papa facta eſt ſimplex inhibitio. q2 nō ꝓpter hoc annullat᷑. ſed ſi hoc ꝓhibuerit decernēs irritū ꝛ inane. ſi ſecus factū fuerit. tūc matrimoniū eſt nullū. q2 per hoc reddit eos inhabiles. Plus eſt eniʒ reddere multos inhabiles ꝙ̄ paucos. ſed ipſe ꝓhibēs matrimoniū ꝓpter cognationē legalē: ſpūalem vel carnalē in gradu non ꝓhibito lege diuina. reddit hmōi inhabiles. ergo ꝛc̄. Hec Petrus de palude.

Secūdo votum .§.i.

ſimplex: qđ quidē impedit ꝯtrahēdo matrimoniū: ſed nō dirimit ꝯtractuʒ. di. xxvij. per totū. in textu ꝛ glo. Ideʒ Ray. ꝛ Tho. in. iiij. talis ergo qui habēs votū ſimplex caſtitatis cōtrahit: moꝛtaliter peccat. Et nihilominus adhuc tenet᷑ implere votū ſi nondū cognouit vxorē ſuā cuʒ qua ꝯtraxit etiā per verba de pñti. q2 adhuc implere pōt. ſ. intrādo religionē etiam vxore inuita: ꝛ ſic nō poterit ꝯſūmare matrimoniū abſqʒ peccato moꝛtali. Poſtꝙ̄ aūt conſūmauerit religionē intrare nō poterit vxore inuita: ꝛ debitū quidē tenet᷑ reddere vxori petēti ſiue expꝛeſſe ſiue interpꝛetatiue ſm Tho. ꝛ Richar. in. iiij. Sibi aūt petere nō licet. al's ſm quoſdaʒ vt Richar. peccat moꝛtaliter: quotiēs debitū exigit. q2 adhuc pōt ꝛ dʒ ſeruare votuʒ ꝙ̄tum in ipſo eſt. Et dicit Hoſti. ꝙ ſiquis hñs tale votū petat ab aliquo ꝯſiliū: vtrū ſi ꝯtraheret: teneret matrimoniū. nō dʒ ſibi reſpōdere clare. ſ. ꝙ teneat: ne ex hoc det᷑ ſibi occaſio frāgendi votū. ſed in hmōi debemus prudenter eludere tales querētes vt docet Origenes. di. xliij. in mandatis.

Tertio ſpōſali .§.ij.

tium factū cum altera. niſi mutuo partes ſe abſoluant. vel ex altera partium ſit aliquid ex his per que licite ſponſalia poſſunt frāgi. talis etiā moꝛtaliter peccat.

Quarto tenere .§.iij.

vel ſuſcipere aliquem vel aliquam ad cathecismum qui precedit baptiſmuʒ. extra de cognat. ſpi. per cathecīſmum. lib. vj.

Quinto quedā .§.iiij.

crimina. videlʒ inceſtus poſt cōtractū matrimonium cum affinibus cōmiſſus. xxxij. q. vij. ſiqs viduam. ꝛ c. cōcubuiſti. cum. ſ. quis cognoſcit cōſanguineam vxoris ſue. vel cuʒ cognoſcitur ſi mulier eſt a ꝯſanguineo mariti ſui. Propter huiuſmodi inceſtum delinquēs amittit ius petēti debitum non ſolum ab vxore vel viro attinenti illi cum quo cōmiſit inceſtum. ſed etiam illa vxore vel viro moꝛtuo ſi cōtraxit cum altera perſona (qđ facere nō debet ſine diſpenſatione epi) ab ea exigere non pōt: vt extra de eo qui cog. cōſan. vxo. trāſmiſſe. In vtroqʒ tamē caſu reddere tenetur ſm Richar. in. iiij. diſt. xxxiiij. Poteſt tamē epo diſpēſare. vt. ſ. talis priuatus iure exigendi poſſit exigere abſqʒ peccato. ſm Pe. de pal. in. iiij. ſentē. Cognoſcēdo auteʒ cōſanguineas ꝓprias vel permittēdo ſe cognoſci ꝙ̄uis nō minus peccet. immo magis nō tamē repit᷑ in iure ꝙ priuet᷑ exactiōe debiti. vel qđ impediatur a cōtrahēdo. Richar. etiā hoc dicit. ſ. ꝙ inceſtus cum cōſanguineis nō impedit matrimoniū cōtrahēdum. nec priuat exactione debiti. ſicut inceſtus cum affinibus. Iteʒ interfectio ꝓprie vxoris. xxxiij. q. ij. admonere. ꝛ ca. interfectores. qđ intelligitur cuʒ occidit. vel in vindictam ꝓpter adulteriū ab ea cōmiſſuʒ: vel q2 al's eam exoſam habet ꝓpter aliquem defectuʒ: ꝛ nō propter hoc vt cōtrahat cum alia. q2 tūc dirimeretur illud ſequēs. Et idem ſm Pe. de muliere que dat venenum viro. vel alio modo occidēdi eum. Item raptus ſponſe alterius xxvij. q. ij. ſtatutuʒ. Itē ſuſceptio pꝛoprij filij de fonte vel ad cōfirmationem. quādo. ſ. quis hoc facit inſidiando matrimonio vt poſſit priuare alterum debito cōiugali. xxx. q. j. de eo. Itē interfectio ſacerdotis. extra de penit. ꝛ remiſ. quis presbyterū. Item ſolēnis penitētia. xxxiij. q. ij. de his. Item ſiquis monialē ſcienter in vxorem accipiat. xxvij. q. j. hi qui. De ꝑdictis oēs ſus ponūt Ray. Alber. Thom. ꝛ Pe. ꝛ etiā Hoſtiē. preter vltimū quem ſolus Hoſti. addit. Licet autē hic ꝛ foꝛte alia impediāt cōtrahentiū. ſi tamen timetur de incontinētia debet eis epiſcopus cōcedere licētiam nubēdi. ar. xxxiij. q. ij. antiq. ꝛ c. in adoleſcētia. extra de eo qui cog. cōſan. vxo. ſue. c. ex litteris. Et ſm quod addit Guilel. ſufficit licentia pꝛoprij ſacerdotis: imo ꝙ de cōſuetudine nō ſeruatur iſte rigoꝛ petendi licētiam. Richar. autem dicit in. iiij. de interfectore vxoris. ꝙ ſi cōtrahit matrimoniuʒ quāuis non ſit dirimēdum cuʒ non obſtat aliquod impedimētum: peccat tamen ꝯtrahēdo contra eccleſie ſtatutuʒ: niſi prius fuerit cum eo diſpēſatum. Et idem dicendū de alijs caſibus ſupra.

dictio. Pe. de palu. in. iiij. ponit vtrūqʒ opinio
nem. ſed declinat ad ſecundā dicēs: ꝙ ſine diſ/
penſatione non lʒ inuoluto in aliquo predicto/
rum criminum cōtrahere vel debituʒ petere ſi/
ne diſpenſatione. ⁊ ꝙ non niſi epiſcopus diſpē
ſat. nec valet conſuetudo in contrariuʒ niſi con
ſtaret: ꝙ epiſcopi longo tempore hoc ſcientes
diſſimularēt. alias ꝯtriū faciēs: peccat mortalr̄.

Nota ſecūdum .§. v.

Petrum de pal. in. iiij. ꝙ clādeſtina deſponſa//
tio dicitur fieri ſex modis ſm̄ Hoſti. Primo vi
delicet quādo fit ſine teſtibus. Scdo qn̄ conue
niūt clādeſtine: anteqʒ recipiāt bn̄dictioneʒ nu
ptialem pro loco ⁊ tēpore: quo petere poſſunt.
Tertio quādo ſponſalibus non ſolutis ſed ſol/
uendis ſolū autoritate iudicis ſine licētia eius
ꝯtrahitur aliud matrimoniū. Quarto quando
ꝯtrahūt matrimoniū ante pubertatē ſine iuſta
cauſa abſqʒ licentia epi. ꝯtra prohibitionē que
fit ex. de deſpō. ipu. c. ij. ⁊ hoc eſt peccatū amico
rum qui hoc ꝓcurāt. Quinto ꝯtra interdictum
ſpeciale. ſicut ſi alicui interdicit ne ꝯtrahat cuʒ
aliqua ꝓpter impedimētū ⁊ huiuſmodi. Sex/
to qn̄ hoc fit omiſſis bānis qꝺ intelligitur vbi
non eſt ꝯſuetudo in ꝯtrarium. Et quocūqʒ iſto/
rum modoꝝ ꝯtrahat: eſt culpa mortalis ꝓpter
inobediētiaʒ eccleſie. Sed in ſex caſibus poteſt
iuſte diſpēſari. Primo cum magnatibus. qꝛ eo
ruʒ matrimonia cum magna deliberatione ſo/
lent tractari per amicos. Scdo qn̄ valde nobi//
lis ignobilē ducit. Tertio cum diues paupem.
Quarto cuʒ ſenex iuuenē. Quinto cū timēt pa/
rētes: ꝙ iam ꝯtrit. Sexto cum diu ſic fuerint. ⁊
hoc ꝓpter verecūdiam. Diſpēſat aūt in hoc epus
de ꝯſuetudine per papā ſcita ⁊ diſſimulādo ap
probata. alr̄ cum ſit ſtatutum generalis cōcilij.
ſolus papa diſpenſat. Hec Petrus.

De impedimento feriarum: quando. ſ. non
poſſunt fieri nuptie. Capitulum. xvij.

Est aliud genus i/
pedimenti tp̄alis: ſiue ad tp̄s mri
monij qꝺ hʒ impedire: ſed nō di//
rimere mrimoniuʒ qꝺ dr̄ impedi
mētuʒ feriaꝝ. ꝙ quidē impedit ſolū celebratio
nē nuptiaꝝ ⁊ bn̄dictionē nuptialē ⁊ traductio/
nem vxoris in domū. Nō aūt impedit ꝯtractū
mrimonij vel de futuro vel etiaʒ de pn̄ti qꝺ fit
ſolo ꝯſenſu per verba expſſa: ſm̄ Ray. ⁊ Goff. ⁊
gl. ſup. c. capellanus. extra de fer. niſi repugna/
ret huic patrie ꝯſuetudo. Hoſti. m̄ videt dicere
ꝙ nec etiā iſtud licet. ſed primuʒ coius tenetur
Pe. de pa. in. iiij. dicit ꝯhere per verba de futu
ro nō eſt ꝓhibitum. Et lʒ ſm̄ quoſdā nec etiam
per verba de preſenti. Iſtud tamē vltimum nō
videt. qꝛ iſte ꝯtractus nō debet fieri clādeſtine:
ſed in facie eccleſie. In facie aūt eccleſie non vi/
det faciēdum. ſicut nec bn̄dictio nuptialis. hec
ille. Credo in hoc ſtādum eſſe ꝯſuetudini pr̄ie.
Sciēduʒ igitur ꝙ in his tēporibus nō poſ/
ſunt nuptie celebrari. videlʒ ab aduētu vſqʒ ad
epiphaniā nec includitur octaua epiphie cum
de ipſa nō ſit expreſſum in iure. Item a ſeptua /
geſima vſqʒ ad oct. paſce incluſiue. Itē a tribus
diebus ante aſcēſionem vſqʒ ad oct. pentheco
ſtes: excludēdo tamē ipſam dn̄icaʒ que eſt octa
ua dies a penthecoſte: qꝛ ipſum feſtū nō habet
octauam diem. Unde in ipſa poſſunt nuptie ce/
lebrari. extra de fer. capellanꝰ. in fine. xxxiij. q.
iiij. non opʒ. ⁊ tribus. c. ſequē. Qui autē nupti/
as facit in huiuſmodi tēporibus: mortalr̄ pec/
cat: qꝛ ꝯtra generale ſtatutum eccl̄ie. facit extra
de matri. ꝯtrac. con. interdic. eccl̄ie. per totum.
Pe. de pa. ſuper. iiij. diſ. xxij. dicit ꝙ celebritas
nuptiaꝝ eſt interdicta ab aduentu vſqʒ ad oct.
epiphanie incluſiue. de alijs duobus tēporibꝰ
ꝯcordat cum predictis. Itē de tertio tēpore. ſ. a
triduo ante aſcēſionem vſqʒ ad oct. penthe. di/
cit ꝙ nuptie ſuſpendūtur vſqʒ ad feſtum trini/
tatis: ita tamen ꝙ nō a primis veſperis trinita/
tis lʒ cōtrahere. ſed a principio noctis vel me//
dia nocte. vel ſicut veriꝰ puto a mane in antea.
Et lʒ ita ſit de iuris ſubtilitate. qꝛ tamē ꝯſuetu/
do eſt optima legum interpres. ideo ſequenda
eſt terre cōſuetudo a platis diu ſcita ⁊ diſſimu/
lata ſiue de celebrando nuptias in diebus illis
extremis ſiue de abſtinendo. Iteʒ nota ꝙ fe/
ſta ſm̄ nouam ⁊ veterem legem: a veſpera vſqʒ
ad veſperā celebrantur. tamē in ſeptuageſima
officium ſibi propriū quod abdicat cātica leti//
cie. non incipit in veſperis ſed in completorio
quādo primo intermittit all'a. Unde vſqʒ ad cō
pletorium excluſiue lʒ cōtrahere. Sed officiuʒ
aduentus propriū pfecte incipit a veſperis ſab
bati precedētis. Unde extūc nō lʒ ꝯtrahere. In
diebus vō vltimis nō ſolum veſpere: imo com
pletoriuʒ ſunt de tēpore precedēti per ſe loquē/
do. lʒ per accidens ſuperueniente maiori feſto:
nihil fiat de illo in cōpletorio: vel ſolum memo
ria in veſperis. ſicut apud illos qui faciūt feſtū
trinitatis in octa. penthe. perdit veſperas ⁊ cō/
pletoriū. Et ſimiliter quādo celebre feſtū. venit
in oct. paſce. Nō tamē propter hoc lʒ in iſta ve/
ſpera. ſed ſicut dictū eſt ſupra in talibus eſt con
ſuetudo ſeruanda. Unde in multis terris etiaʒ
de nocte ꝓfunda: in vigilia aduentus ⁊ ſeptua/
geſime nuptias faciūt. ſed ſi poſt mediā nocteʒ
facerent eſſet corruptela. qꝛ media nocte more
romano nox icipit. vt dicitur. ff. de ferijs. l. mo/
re. Unde ſicut nulla conſuetudo excuſaret cele/
brare in mane die. ſic nec poſt mediam noctem

ſed certum eſſet: quia contra ſanctorum patrū canones eſt. Contrahētes nuptias iſtis temporibus prohibitis debent puniri in quo deliquerunt vt. ſ. ad tempus ſeparentur. ſed ſi ſit periculum incontinentie alia penitentia imponatur ꝛ in iſta diſpenſetur. Sacerdos autē qui dedit benedictionem hm̄oi temporibus graui pena lz arbitraria: puniendus eſt. non autē eſſet mortale exigere talibus ab vxore prius rite benedicta debitum. Pe. de pa. Ita ꝛ ſi mortale ſit conſūmare matrimonium tempore tali. tamen poſt primam copulam iterum cognoſcendo nō peccat mortaliter niſi hoc faceret in contēptū eccleſie ordinantis. Petrus de Palude.

¶ De ſponſalibus. Capim. xviij.

Circa cōtractū matrimonij nota: ꝙ matrimonium pmo initiatur. ſ. per ſponſalia: p verba de futuro. Secundo ratificatur per verba de preſenti vl̄ alia ſigna exprimentia conſenſum. Tertio conſūmatur p carnalem copulam. Et hoc cōmuniter obſeruatur. Non eſt tamen neceſſarium ꝙ ſponſalia precedant: quia abſq̄ promiſſione facta de futuro: poteſt quis ſubito contrahere per verba de preſenti. Silr̄ etiā ad eēntiā matrimōij nō ē neceſſarium: ꝙ ſeruatur copula carnalis. Unde inter Mariam ꝛ Joſeph dicitur fuiſſe perfectū matrimonium. ſcilicet quoad eius eſſentiam. ꝛ ſi nō quoad eius ſignificationē cōpletā: cū tamē vterq̄ remāſit virgo. xxvij. q. ij. ſufficiat. §. cū ergo: quia contraxerunt per verba de preſenti. Fuerat enim reuelatum virgini Marie ꝙ Joſeph nunq̄ exigeret ab ea debitū. ſed ſi exigiſſet fuerat diuina auctoritate diſpenſatū: vt reddere non teneretur. Et vna ex cauſis quare fuit virgo maria deſponſata (ſm̄ Origenē. xxvij. q. ij. inuenta.) fuit vt partus virginis diabolo celaretur: ꝗuis enim ꝛ ſi corda hoium non cognoſcat per ſe. non tamen corpora quoad exteriora ſcire valuit. vtrum ex Joſeph vel ſine viro concepiſſet. nec ſi virgo peperiſſet vl̄ nō virgo. ꝛ hoc quia propter nimiam ſanctitatem virginis non permittebatur approximare ei vel hoc cognoſcere. Rich. in. iiij. ¶ Nota ergo ꝙ matrimonium initiatur per ſponſalia que ſunt futurarum nuptiarum promiſſio. xxx. q. v. noſtrates. Que fiunt multipliciter aliquando. ſ. nuda promiſſiōe: vt cum dicit vir accipiam vel ducā te in meam vxorem: ꝛ illa reſpondeat. accipiā vel ducam te in virum ꝛ hm̄oi. Item aliquādo non ſolum promiſſione: ſed etiam appoſitione iuramēti fiunt ſponſalia. Item aliqñ fiūt datis arris ſponſalitijs. Non pn̄t autem cōtrahi ſpōſalia ex altera parte tm̄ nec claudicare ſʒ Guil. Et ſi aliqs accipiat manū mulieris ꝛ dicat ipſi mulieri. Do tibi fidem meā de accipiēdo te in vxorem. Et illa nihil reſpōdeat nec aliquo mō oñdit ſe acceptare: non ſunt ſponſalia. Jlle tn̄ q taliter dedit fidē tenet eam ducere ſi illa voluit ſi nō voluerit nō eſt cōpellenda. ꝛ hoc verū niſi oſtenderit aliquo modo mulier illa acceptare quod agebatur. Unde ſi ante fidē ſic datā tractabat de ſponſalibꝰ vel matrimonio int eos: ꝛ ipſa requiſita ſponte manū dedit ad fidē recipiendam ꝛ hm̄oi. tunc eēnt ꝯtracta ſponſalia. Itē ſi qs ante pubertatē ꝯtrahit matrimoniū per verba de pn̄ti: intelligunt ee ſponſalia: ꝛ hoc niſi eſſent proximi pubertati: ꝛ malitia ſuppleret etatem qꝛ tūc eēt matrimoniū. extra de deſpon. impu. duo. ¶ Jtem nota ꝙ poſt ſeptēniū cōtrahi poſſunt ſponſalia de futuro. extra de deſpō. impu. ſi infantes. li. vj. Et extunc valēt. Si autem alter vel ambo minor eſt ſeptēnio: ꝛ ꝯhunt ſpōſalia ipſi vel parētes pro eis: nihil agit niſi poſtea ratificēt. Si aūt multū appropinqr̄ēt ad tēpus ſeptēnij: ꝗuis nō impleuerint ſeptē ānos tenent ſponſalia ſm̄ Tho. in. iiij. ſcʒ di. xxvij. q. ij. arti. ij. ad vlti. Quia ſm̄ phm̄ in. ij. phiſicorum: qd parū deeſt q̄ſi nihil deeſſe videtur. Hec autē appropinquatio determinanda eſt ſm̄ cōditionē ꝯtrahentiū cū in quibuſdam citius in quibuſdam tardius pueniat intētio ſeu placētia nuptiarū. Tho. ꝛ Hoſt. Tn̄ expreſſe de iure non habetur ꝙ tps ſeptēnij poſſit pueniri. Jlle tamen q maior eſt ſeptēnio: ſi ꝯtrahit ſpōſalia cū minoris ſeptennio licet nō tenuerit etiā ex parte maioris qꝛ claudicare non debent. Quia tn̄ iſte maior fidē dedit: tenet maior minorē expectare: ſi forte velit ſtare in eodē ꝓpoſito: al's peccaret ꝓpter fidē mentitā: ꝛ tenet pniam agere de fide mentita. Jtem inter abſentes poſſunt contrahi ſponſalia per nuncium vel per litteras ſiue per ꝓcuratorē ſup hoc ſi abſens hoc ſciat. vt qꝛ miſit nūciū vel de ꝯſenſu ſuo fit vel poſtea ratū hʒ. xxxij. q. ij. honorant. Hoſt. ¶ Itē ſi q ante pubertatē ꝯtrahūt matrimoniū ſponſalia eē intelligant. Itē nota ꝙ ſi abſens miſit nūcium vel ꝓcuratorē ad ꝯhendū ſponſalia: ꝛ poſtea reuocat: nō ſolū ſi reuocatio pueniat ad ꝓcuratorē anteq̄ puella ꝯſentiat: nihil agit. ar. extra de ꝓcura. ſi nr̄a. ꝛ. c. mādato. imo etiā ſi reuocatio pueniat ad ꝓcuratorē poſtq̄ puella ꝯſenſit. ſi tn̄ ꝓcurator reuocatus fuerat anteq̄ ꝯſentiret puella: nihil eſt actū. Hec Hoſt. Jtem qui ꝯtraxerūt ſpōſalia q̄ tenuerūt vt qꝛ in etate debita fuerūt ꝯtracta: tenent ꝯhere matrimoniū ſimul. Nec pōt alter eorū ꝯtrahere cū altera pſona: ſi tn̄ ꝯtraxerint per vba de pn̄ti. tenet ſcd̄m matrimoniū. extra. c. Sicut. Sed tenet agere penitentiam de fide mētita: ꝛ multo magis ſi primo interuenerit

Ad ho. j. c. xix.

mo interuenerit iuramentum. extra. e. Ex li͠ris. ¶ Sed ſiquis iurat alteri vnam de filiab⁹ ſuis dare in coniugem: nõ nominãdo aliquam determinate. R͠ndit Hoſti. dare tenetur: ſed quãcũq; det. liberatur. q: ꝓmiſſoris eſt electio: ſic̃ ⁊ in aliis ꝓmiſſiõib⁹. ex̃ de re iu. li. vj. c. In alternatiuis. Et ſi omnes moriant̃ preter vnã ad illam dandã tenet̃. ar. ff. eo. qđ certo loco. l. ij. Sʒ ſi vnam ex ipſis offerat ⁊ ille nõ acceptet cui ꝓmiſſum eſt: liberatus eſt ꝓmiſſor: etiã a iuramẽto. ff. de cõdi. inde. Cum his. Qđ ſi vnã ex illis carnaliter cognouerit nullã aliaʒ habere poterit ꝓpter affinitatem ɔtractam. Immo ꝙ plus eſt ſi cõtemplatione precedẽtis ɔtctus cõmixtio facta eſt eſſet matrimonium. extra de eo qui. dux. in ma. ſignificauit. Sed quid ſiquis iurat alteri ſibi dare vnaʒ ex filiabus ſuis: ⁊ determinat quã: ⁊ ſi illam habere nõ poſſit: ꝓmittit ſibi aliam. R͠ndet Hoſtien. ꝙ tenet̃ ei dare primam: ⁊ ad hoc laborare bona fide. extra de ſpõ. Ad audientiam. Qđ ſi non põt: tunc diſtinguendum q: ſi prima cõſenſit ſponſalibus expreſſe vel tacite vtputa q: ipſa preſente: ⁊ non ɔdicẽte: fuerunt cõtracta ſponſalia: vel poſtea ipſa ratificãte ſororem illius habere non põt. q: cum prima contraxit ſponſalia propter impedimentũ publice honeſtatis iuſtitiam vt in dicto. c. Ad audientiã. Etiaʒ ſi illa prima ſponſalia forte ꝓpter ɔſanguinitatẽ aliquã cuʒ prima nõ tenuiſſent. Si v͠o prima nullatenus ɔſenſit ſpõſalib⁹. tenetur ei de ſcd̃a. extra de ſpõ. Ex li͠ris. Sed q̃ritur qđ iuris de penis que ponunt̃ aliq̃n in ſponſalibus. R͠ndeo ſm̃ Ray. lʒ ſponſalia poſſint contrahi ſub ɔditione ꝓmiſſe pecunie: non tñ põt pecunia ꝓmitti pro modum pene. Et ſi ꝓmiſſa fuerit non tenet ꝓmiſſio. nec põt peti. vt ſi dicat̃ niſi tecum cõtraxero. dabo tibi cẽtũ marchas. nam cõiugia debent eẽ libera. extra. eo. requiſiuit. ⁊ c. gẽma. Idẽ Tho. in. iiij. diſ. xxvij. Nota
q. ij. xx. ꝙ arre ſpõſalicie ab ea pte que cãm pſtat vt nu
ſ. ad. ij. ptie nõ ſequant̃. amittunt̃. recepte v͠o reſtituũtur in duplũ. C. de ſpon. l. arris. Quinetiã ſiqs vellet ſpõſalia firmiter alligare. põt ſic facẽ ſm̃ Hoſtien. ſ. vt det magnã q̃ntitatem pro arris ⁊ ſtipuletur eas in q̃druplum. q: tm̃ põt ſtipulari ⁊ nõ amplius. Et tũc ſi ſteterit per recipientẽ quo minus m̃rimoniũ ſequat̃. reſtituet eas in q̃druplũ. C. eo. l. ſi. Ceſſat tñ pena arrarũ in quibuſdã caſibus. vt ſi tꝑe appoſitũ lapſum ſit. tũc enim is per quẽ non ſtetit: nubat impune. Item ceſſat ſi ſpõſus impeditus fuerit: dũ tñ cãm impedimenti nõ ꝓbuerit. Ceſſat etiã ꝓpter cãm legibus interdictã. puta ſi de iure m̃rimoniũ ſequi nõ põt. C. e. l. vl. Nota igit̃ ꝙ ſi in ſponſalibus appoſitũ eſt tꝑs infra qđ fieri debeat m̃rimonium. ille per quẽ non ſteterit impune nubit.

ſed alij dat̃ penitẽtia de fide mẽtita. ex̃. e. Sil.

¶ Inſuper notan- .§. i.

eſt timor votū ſimplex emiſit: tunc enim illi nō
preiudicauit. Et nota ſm Pe. de pal. vbi ſupra
q in caſibus in qbus lz ꝯiugi repetere cōſortē
ſuum religionē ingreſſum ante ꝓfeſſionem ſi/
ue poſt ꝓfeſſionē: nō licet tn̄ de monaſterio euz
rapere. Nec obſtat extra de rap. ca. cum cauſa.
Quia narrat q rapuit: ſed non dicit q licuit.
Poſſet enim vir vxorem vi de vico ad domuz
vi adducere: quia habet in ea correctionem:
ſed non poſſet eam priuato quaſi poſſidenti vi
eripere: ⁊ multo minus de monaſterio extra
here fores frangendo aut habitum violent la/
cerando: vel cum iniuria loci ſacri eam accipiē
do: licet alie peccauerint ipſam recipiendo. Ar
gu. C. vnde. vi. l. ſi quis in tantā. ¶ Quinto vi
dendum eſt de ingreſſu ad religionē qn̄ tenet.
Et dicit Pe. vbi. ſ. q in tribus caſibus. ¶ Pri
mo qn̄ illicite egreſſus eſt: vtpote cum alio con
iuge in religione remanente poſt profeſſionem
egreſſus eſt: vel etiā in ſeculo remanēte ⁊ hone
ſte cum ꝯſenſus eius profeſſus eſt. ¶ Scdo qn̄
licite egreſſus: q: ad requiſitionē vxoris ſine li
centia eius ingreſſus eſt: ſed poſtea vxor penij/
tet de reuocatione ⁊ ipſa mouet. ¶ Tertio quā
do poſt votū ad eam egreſſus mortua eſt ipſa
vxor nam tunc tenet regredi vt impleat votūz
ſuum. ¶ Sed ſi talis qui poſt votū ſolenne: rē/
uocatus ab vxore ad ſeculum mortua vxore cō
traxit mr̄imoniū: verū teneat Pe. de pa. vbi. ſ.
facit talem diſtinctionez: q: ſi inuita vxore fuit
ſolenniter ꝓfeſſus: cum illa profeſſio quantum
ad ſolēnitatē non valuerit eccleſia hoc ꝓhiben
te: iō talis mortua vxore non pōt ꝯtrahere: qa
habet in ſe votū ſimplex rōne illius profeſſio//
nis: ⁊ peccat mortaliter ꝯtrahendo ⁊ exigēdo:
tenet tn̄ matrimoniū: nec pōt eum tanqȝ apoſta
tam religio perſequi. Sed ſi vxore ꝯſentiente
fuit profeſſus: ſed poſtea q: vxor iuuencula. vn̄
⁊ ſuſpecta eū reuocauit ius noluit in hoc caſu ꝓ
feſſionem inhibere ſimpliciter: ſed ſolum inqȝ

ſum erat ad vitam eius: vñ ſimpliciter fuit in ꝑ
iudicium eius votū ſolēne: non in preiudiciū
vxoris: vnde ea mortua eſt apoſtata ſi non redi
it ad monaſterium ⁊ matrimonium ſi contra
xit cū alia non tenet vt di. Hoſt. Hec Pe.

Tertium de- .§.iij.

ne ꝯſiderandū eſt: vtrū preter predictos duos
modos ſcʒ mortē naturalem ⁊ mortē ciuilem q
eſt per ingreſſum religionis ideſt profeſſionē:
ſit alius modus ſoluendi matrimonium ratū
ideſt ꝯtractum per verba de pñti quoad vincu
lum. Ubi Petrus ponit quatuor ꝯcluſiones.
Prima eſt ꝙ ſeruitus ſuperueniēs tali mrī
monio rato nō ſoluit ipſum. Et rō eſt: qꝛ ꝑ hoc
non moritur ad actus carnales. naʒ ⁊ pōt de no
uo ꝯtrahere generaliter de ceteris impedimen
tis que dirimūt matrimoniū poſt ꝯtractū: in
telligendum eſt ꝙ nihil tale ſuperueniens diri
mit prius ꝯtractum: ſed ſolummodo poſt con
tractum. Uerbi grā. Cognoſcens ꝯſanguineā
eius cum qua iam ꝯtraxit per verba de preſen
ti: ⁊ ſi non adhuc ꝯſummauerit nō dirimit tale
matrimoniū: quod dirimeret ſi ante ꝯtractum
per verba de pñti illā cognouiſſet ꝑpter affini
tatem. Scḋa ꝯcluſio eſt: ꝙ tale matrimoniū
ſcʒ ratificatum per verba de pñti non ſoluitur
per votum ſimplex: vñ teneť vel intrare religio
nem vel reddere debitū vxore petente: ſed pec
cat mortaliter reddendo: qꝛ adhuc pōt religio
nem intrare ante ꝯſummationē eius: nec ſuffi
ceret ingreſſus religionis in tertio habitu bea
ti Dominici vel Franciſci cū ꝓfeſſione in ipſo:
qꝛ talis profeſſio nō hʒ vim niſi voti ſimplicis
vñ non eſt ſufficiens ad tollēdum vinculum cō
iugale: ⁊ profeſſus in illa religione tertij habi
tus ꝯiugalis peccaret grauiter ꝯtrahēdo: qꝛ cōtra
ẽ.c.c.4. votū: tamē teneret matrimoniū. Tertia cō
q.xvj. cluſio eſt: ꝙ nec caſtratio quantacūqꝫ ſuperue
niens ſoluit tale mrīmoniū ratū: qꝛ mrīmoniū
non inueniť in iure ſolui niſi in certis caſibus
ſed ille non eſt de illis caſibus. ergo ⁊c̄. Item
xxxij. q. vij. c. Hi qui: dr̄ cōiugiū illoꝝ qui poſt
matrimoniū mēbris truncanť aut a barbaris
exſecti ſunt: ꝑpter hanc cāʒ ſolui nō pōt: ⁊ quā
uis gloſa intelligať de matrimonio ꝯſumma
to: ex eo ꝙ dr̄. xxxiij. q. j. c. j. §. His ita reſponde
tur. ꝯiugium firmatur officio. ſcʒ carnali hʒ gl.
⁊ anteqꝫ ꝯfirmetur impoſſibilitas officij ſoluit
vinculum cōiugij. Neganda eſt illa glo. qꝛ con
iugium ſolo conſenſu per verba de preſenti fir
matur: ⁊ ratum vocatur. vt notat glo. de teſti. ⁊
atteſta. c. Super eo. Quarta concluſio eſt. ꝙ
non ſoluitur tale matrimoniū ratum tantū per
In.iiij. ordinē qui eſt ſacrm̄ vel dignitas. Et magiſter
di.xxvij ſen. in textu videať innuere ꝙ ſponſi non ſoluʒ

poſſunt intrare religionē ſine cōmuni conſen
ſu: ſed etiam ad ordines promoueri. Et Hoſti.
dicat ꝙ coniugi ante carnalē copulā licet epa
tum acceptare: tñ ꝯtrariū huius eſt verū: qꝛ epa
tus ex ſui natura non habet apponi ad matri
monium: cū epiſcopi prius eſſent vnius vxo
ris viri: nihil autem tollitur niſi a ſuo contra
rio: nec epiſcopi moriuntur ciuiliter cū ꝓpriū
habeant: ſicut ⁊ ceteri clerici ſeculares. Uñ qa
religio ſoluit matrimoniū: nō ratione perfecti
onis: ſed rōne mortis ciuilis: epalis ordo lʒ ſit
perfectior ⁊ ſimiliter ſacer ordo lʒ ſit perfectior
qꝫ religio: non ſoluit ꝑpter defectum mortis ci
uilis: ⁊ idō coniugatus incorruptus ideſt nō cō
ſummato matrimonio licite profitetur: qui tñ
illicite in ſeculo ordinatur: nec ſoluiť matrimo
nium quādo de conſenſu vxoris ordinatur vel
epiſcopatur: quoad vinculum. vnde vxor talis
eo viuente non pōt cum alio ꝯtrahere. Coniu
gatus igitur ante copulam non pōt eligi: quia
cenſetur laicus: nec eſt in ſacris: vel eſt irregu
laris ſiue ſuſpenſus: ſed poteſt poſtulari: ⁊ tunc
ſi vxor conſentiat: confirmabiť: ſed ſi diſſentiat
papa non poteſt eum confirmare: nec conſecra
re in preiudicium vxoris: quin ſcʒ teneať red
dere debitum: cum non poſſit contra ius diui
num diſpenſare: ſed poteſt religionem intrare
⁊ prima die de licentia pape profiteri: eadē die
confirmari: ⁊ poſtmodum ordinari ⁊ conſecra
ri. Nec ſimiliter de licentia pape poteſt coniu
gatus inuita vxore etiam ante copulam ad ſa
cros ordines promoueri: ⁊ ſi fuerit ordinatus
nihilominus tenetur reddere debitum: qꝛ ſem
per hoc eſt de iure diuino. Similiter nec papa
poteſt auferre vxori virum ſuum etiam incor
ruptum. i. non cōſummato matrimonio: ⁊ mul
to magis poſt copulā vt ipſum faciat cardinalē
qꝛ ⁊ ille ſtatus ſecularis eſt nō regularis. Dicen
te quodā cardinali. Nos habemus religionē
cuius apoſtate ſunt ſci. vt Hiero. Et ſi arguatur
ꝙ epi tenent locū aploꝝ. Sed xp̄s vocauit
Joanne de nuptijs ad aplatum etiā inuita vxo
re: ſi verū eſt ꝙ dicunt quidam: ꝙ ipſa fuit Ma
ria magdalena: que ꝑpter hoc indignata luxu
riata eſt. Rñdetur ꝙ epiſcopi tenent locū apo
ſtolorum quoad dignitatem: non quoad paupe
tatem ⁊ mortem mundi: quia illis dictum ē de
mundo non eſtis. Preterea alia ratio eſt: quia
Chriſtus hoc potuit facere: ⁊ ſm deitatem ⁊ ſm
humanitatem: quia poteſtatem habuit excellē
tem in ſacramentis quam nulli communicauit
etiam pape. Preterea ꝙ Joānes inuita vxo
re ſecutus fuerit xp̄m ignorať: nec eſt multū ve
riſimile illā fuiſſe mariam magdalenā: ſed etſi
verum eſſet ꝙ in vita vxore Chriſtum fuerit ſe
cutus: licite facere potuit: quia apoſtolatus ad

quez tráſiuit erat ſtatus religionis:ꝛ quoad vo
tum obedientie:caſtitatis ꝛ paupertatis Etſi di
catur ꝙ papa diſpenſat monachum cótrahere
mr̃imonium viuéte prima vxoꝛ:puta quia il//
le cótracto matrimonio cum aliqua ante copu/
lam intrauit religionem ꝛ pꝛofeſſus eſt:ꝛ ſic ſo
lutum eſt vinculum.poſtmodum magna cauſa
vꝛgente vt pace refoꝛmanda vnius regni : vel
per cóuerſionem vnius gentis papa diſpenſat
cũ illo mõacho ꝙ contrahat cum alia:q2 vicu
lum pꝛimum fuit ſolutum.nam ſi vinculũ nõ
Uñ ſit vinculũ voti ſolennis ꝛ ſolutio eius
fuiſſet ſolutum:papa nõ poſſet: niſi dicatur ꝙ
ex ſtatuto eccleſie eſt illa ſolutio : quia ſolénitas
voti eſt ex oꝛdine eccleſie.Dicẽdum ꝙ hoc nõ ẽ
verum:quia hoc nõ ineſt illi voto pꝛopter ſolẽ/
nitatem.alias ineſſet oꝛdini ſacro:ſed ieſt ei ra/
tióe moꝛtis ciuilis. Uñ heremite non ſoléni/
zant votum ſed regulam appꝛobatam . ꝛ tamẽ
per votum heremi ſoluitur .quia hoc eſt ex na/
tura actus mũdo moꝛtificantis ꝛ diuina inſtitu
tione a qua eſt vita heremitica:vt in Johanne
baptiſta. Eſt ergo cóclusio iſtius.§.ꝙ matrimo
nium contractum per verba de pꝛeſenti:ſolum
Aliter Juriſte.
per pꝛofeſſioné religionis appꝛobate ſolui po//
teſt ꝛ nõ per alium modum: etiam auctoꝛitate
pape.Canoniſte autem cõmuniter tenent cótra
rium.ſ.ꝙ papa poteſt diſſoluere illud . Uñ Jo/
an. andre.in nouel.ſuper.c.ex publico.de con
uer.cóiu.dicit ꝙ q̃uis matrimonium ſit inſti/
tutum a deo.ratificatio matrimonĳ tamẽ firma/
tur cõſtitutiõe eccleſie.in q̃ntum.ſ.eſt ſacramen
tũ eccleſie ꝓpter v̄tutẽ baptiſmi:quã v̄tute ratifi/
catiõis(que ẽ q̃lr alter altero viuẽte nõ poſſit cõ/
trahere.)põt papa tollere:vl̃ circa ipſã in aliqui
bus diſpenſare. vt in.c.quãto.de diuoꝛ.Conſũ
matio vero pꝛocedit de iure naturali in pꝛinci
pio cõſiſtit enim in facto.qđ ex quo factũ eſt ne
quit nõ fuiſſe.xxvij.q.v.ſi paulus.Dicit autẽ ꝙ
huius iuris alia ratio eſt diuia.ſ.reuelatio:per
quam ad exemplũ ſanctoꝝ facta eſt hec cõſtitu
tio vel interpꝛetatio:que etiam appꝛobaſ pꝛio
per apoſtolum dicentem. Si infidelis diſcedit:
diſcedat.Secũdo per fauoꝛem:de quo in dec;
c.quanto.Quare videtur facere potius fidem
diuina cõſtitutio . qua ratione dicit ſponſos de
pꝛeſenti ante carnalem copulam poſſe auctoꝛi/
tate pape inuicem ſe abſoluere : ſicut ꝛ ſponſi
de futuro.de ſpon.c.ĳ.Et ſic ratio cógrue ante
copulam poteſt ibi inuenire contrarios actus
per diſſenſum mutuum nõ alterius tñ : quod
nõ eſſet poſt copulam Intelligit autẽ hoc de po
teſtate abſoluta nõ oꝛdinata niſi alia cauſa ſub/
eſſet.nõ enĩ ſit hoc etiam ſine cauſa.Aſſerit etĩ
am pꝛobabile dici poſſe ꝙ cũ circa impedimẽ
ta matrimonĳ reſtringenda ꝛ laxãda poteſta//
tem habeat eccleſia:vt de cõſang.ꝛ affi.c. Non
debz. Statuere potuit quod hic dicit ꝛ de vniꝰ
pꝛofeſſione ꝛ alterius ꝯtractu. Potuit ergo pa/
pa etiam de poteſtate oꝛdinata circa matrimo//
nium non cõſummatum hanc cõſtitutionẽ fa/
cere:ꝛ ſic patẽs ratio cõueniens rationi:vt no/
tatur.xxvĳ.q.ĳ.quapꝛopter.Unde circa nõ cõ/
ſummatũ poteſt eccleſia ſtatuere quicquid pla/
cet:dum tñ ſubſit cã iuſta.ꝛ hoc voluit finis ca.
ex publico.Dicit tamẽ ipſe Hoſtiẽ.ꝙ nõ expe//
dit ꝙ circa hoc multũ laxet habenas:nec etiam
eſt tutũ.Jn matrimonio v̄o ꝯſummato fieri nõ
põt quin per ipſum repꝛeſentetſ ꝯfoꝛmitas car/
nis inter chꝛiſtũ ꝛ eccliam que nullatenus rũpi
poteſt.ꝙ ſi per religioné illud rumpi poſſet:eẽt
cõfoꝛmitatis violatoꝛ ꝛ innueret ꝙ expectaret
filiam fidem ꝛ aliam eccleſiã quã ſibi chꝛiſtus
vniret ꝛ iterum deſpõſaret.quod falſum ꝛ he//
reticum eſt ſm̃ Hoſtieñ.qui plenius iſta tracta/
uit hic ꝛ remittit ad ſũmam. Jdem etiã ponit
Joã.andre.in regula . Actus legitimi in.vj.in
mercurialibus.Et Anto.de butr.ꝛ Archidiac.
in.c.Quapꝛopter.xxvĳ.q.ĳ. Jdẽ Benedictus
ſuper dicto.c.Ex publico addẽs ꝙ ex poteſtate
abſoluta matrimoniũ per verba de pꝛeſenti pa
pa diſſoluere poteſt etiã nulla cauſa ſubſiſtẽte:
de poteſtate oꝛdinata nõ niſi ex legitima cauſa.
Et nõ ſolum de ꝯſenſu vtriuſq;:ſed etiam ſi tñ
adeſſet cõſenſus vnius coniugis legitima cau/
ſa ſubſiſtente:vt vult hic Glo.in fine:cum circa
matrimoniũ non cõſummatũ papa poſſit quo/
modo vult diſpẽſare ſm̃ Innocẽ.hic. Uide ali
quas bullas.ꝛ Martini.v.ꝛ Eugenĳ.iiĳ.con/
tinẽtes talem diſpẽſationem ſiue diſſolutionẽ
matrimonĳ non ꝯſummati cõtrahẽtibus poſt/
modum illis cum alĳs. Unde tales nõ ſunt cõ/
demnãdi:ſed nec conſulẽdum eſt alicui vt pꝛo
curet talem diſſolutionem ſiue diſpenſationẽ:
cum Theologi videantur tenere ꝙ non poſſit
diſſolui niſi per ingreſſum religionis.vt ſupꝛa
dictum eſt.

¶ Nota ſecũdum .§.iiĳ.

Thom̃.in.iiĳ.ꝛ Richard.ꝙ conſummato ma/
trimonio legitime contracto alter alterum di//
mittere non poteſt quoad vinculũ.ideſt vt poſ/
ſit cum alia contrahere.Quantum vero ad co/
habitationem ꝛ actum coniugalem non poteſt
alter alterum inuitum dimittere:excepta foꝛni
cationis cauſa:niſi foꝛte ad tempus velit ſe ſub
trahere a conſoꝛtio vxoꝛis pꝛopter caſtigatio//
nem eius ſubtrahendo ei ſolatiũ pꝛeſentie ſue.
Nam ꝛ quando vxoꝛ pꝛeſtat magnam occaſio/
nem ruine viro ſuo.tũc vir poteſt ſe ſubtrahere Eſt aſal
a ꝯuerſatione ſua.Jdem Alb.addẽs ꝙ nõ opoꝛ qđdã ꝛ
tet cohabitare furoni ꝛ huiuſmodi ſi non vult tranſu/
reſipiſcere.xxviĳ.q.j.c.Uxoꝛ. miſſ hic

¶ Item nota q̇ ex .§.v.

Qñ alt ꝯiugū pōt altū accuſar

foꝛnicatione ſeu adulterio pōt vir vxoꝛem di/
mittere ſeu accuſare ⁊ vxoꝛ virum: niſi in ſeptē
caſibus qui infra ponunt: quia in hoc ſunt pa/
ris ꝯditionis. xxxij. q. v. Si quis vxoꝛē. Et iſta
cauſa ſcꝫ foꝛnicationis extēditur ad foꝛnicatio
nis ſeu adultere ſuſpitionem: ſcꝫ quādo eſt ſu/
ſpitio violenta vel certa. Uerbi gratia. Si pro/
batum eſt q̇ fuit ſolus cum ſola: nudus cū nu/
da in eodem lecto: aut ſimul in multis ſecretis
locis: in latibulis ad hoc cōmodis ⁊ hoꝛis ele/
ctis libere dimittitur vxoꝛ. xxxij. q. j. dixit. Itē
ſecūdo extēditur ad vitium ſodomiticū vt ꝓ
pter hoc poſſit alter alterum dimittere. xxxij.
q. vij. c. Oēs cauſationes. ⁊. c. adulterij. Petr⁹
etiam de pa. dicit q̇ hoc extēditur ad vitiū ſo/
domiticum ⁊ pollutionē extraoꝛdinariā cum
alio vel cū alia cōmiſſam. Et idem dicunt qdā
de omni peccato ꝯtra naturā. ¶ Item tertio
extēditur ad infidelitatem que dicit foꝛnicatio
ſpūalis: vt ſi alter incidat in hereſim: iudaiſmū
vel gētilitatem: ⁊ precipue ſi trahit ꝯiugē ad
infidelitatem. xxviij. q. j. Idolatria. Sed ſi coꝛ/
rigere ſe vellet talis nō debet dimitti. Item ſi
polluat aliquā extra clauſtra pudoꝛis. videt q̇
dimitti poſſit ab vxoꝛe: ꝓpter hoc argu. xxxij.
q. iiij. Meretrices. Item ſi tale quid egit cum
ꝓpria vxoꝛe ſm Hug. ⁊ Lau. vxoꝛ pōt eum di/
mittere: ſi tñ ipſa nō fuit in culpa: ſcilꝫ aſſentiē
do: ſed violentata: vel ſomno decepta ⁊ hmōi.
Ex vitio aūt mollicies: cum ſcꝫ alter cōiugum
polluit ſeipſum: nec pōt talis dimitti ſꝫ Hug.
Item ex ſola voluntate adulterādi ſine opere
ſubſecuto nō pōt dimitti ſm Guil. ¶ Sed no/
ta q̇ iſta dimiſſio pōt fieri dupliciter. Uno mo

duplex dimiſſio vxoꝛis.

do quoad thoꝛi ſeparationē. ſecūdo modo q̄ad
cohabitationis ſeparationē. Et iſte ſecūdus ha
bet etiam primū modū implicitū. Dimiſſo pri
mo modo ſcꝫ quoad thoꝝ videlꝫ dnegādo illi
debitum: pōt fieri ꝓpꝛia auctoꝛitate: etiā ſine
iudicio eccleſie: quādo innocēti cōſtat certe de
adulterio ꝯiugis: tunc enim abſq; peccato pōt
ei denegare debitum: ⁊ hoc niſi cōpellatur au
ctoꝛitate eccleſie: vel niſi ipſe poſtea adulteraſ/
ſet: aut etiā ſi petiſſet vel reddidiſſet debitū vo
luntate ſua poſtq̄ ſciuit de adulterio: tūc enim
videt ſibi recōciliaſſe. Unde nō pōt innocens
amplius denegare debitum adultero niſi reci/
diuaret. Pe. de palu. vbi delinquens oīno vel/
let ſe emēdare vel preſumeret penitens: debet
innocēti pſuaderi q̇ ſibi reconciliet. tamen ad
hoc cogi nō pōt per ſubtractionē abſolutionis
niſi hoc faceret ex odio vel vindicta ſm Tho.

di. xxxv q. iij.

in. iiij. Sed quātū ad ſecūdum modum. ſ. co/
habitationis ſeparationē: qḋ dicit diuoꝛtium
nō pōt alter alterum dimittere ſine iudicio ec/
cleſie: ⁊ ſi dimiſerit debet cogi ad recipiēdū:
niſi foꝛnicatio incōtinēti poſſit probari. Et ſm
Hoſti. infra octo dies: ſi pꝛobet non reſtituet:
als ſic. Et hoc intelligendū eſt ſm Rich. quādo
mrīmoniū eſt celebratū in facie eccleſie: vel co/
ram teſtibus: ſed ſi erat oīno clādeſtinum: pōt
pꝛopꝛia auctoꝛitate dimittere etiā quoad coha
bitationē. Hec ille. Uidet tñ q̇ teneatur illud
matrimoniū notificare eccleſie: ad vitanda pe/
ricula que inde poſſent ꝯtingere. Item ſm Ho
ſti. ſi adulteriū ſit notoꝛiū: ita q̇ inficiationi nō
ſit locus: tunc pōt dimittere auctoꝛitate ſua ex/
tra de diuoꝛ. c. ſignificaſti. Et multo foꝛtius de/
bitum negare. Idē Inno. Sed Guil. dicit hꝫ eſſe
verum ſi alter recedit a coniuge ⁊ publice mo/
ratur cum adultero vel adultera: als ſi ꝓpꝛia au
ctoꝛitate dimitteret: cogetur recipere.

¶ Caſus autem .§.vi.

in quibus vxoꝛ ꝓpter adulteriū cōmiſſū nō po/
teſt dimitti ſeu accuſari: ſunt vi ſcḋm Rayne. — Tho. in iiij. diſt. xxxv. q. pma.
¶ Primus caſus eſt: ſi ipſe eā pſtituit extra de
eo qui cog. ꝯſang. vx. ſue. Diſcretionē. Idē eſt
ſm Pe. de pa. ſi vir ſciuit ⁊ nō pꝛohibuit cū po
tuit. Idē enim eſt ſcientē non pꝛohibere cū poſ
ſit delictū inferioꝛis reparare. Secus aut ſi idi/
recte ei occaſionē dediſſet expellendo eā vel ne
ceſſaria denegādo: q2 nō eſt ignoſcendū ei qui
pretextu paupertatis turpiſſimā vitā elegit. ff.
de rit. nup. l. Palam. ¶ Scḋs eſt cū ipſum viꝝ
credēs defunctū nupſit alteri maritus rediēs
tenetur eam recipere nō obſtante tali adulterio
niſi ſteterit ſcienter cū ſcḋo marito poſtq̄ pmͦ
venit. xxxiiij. q. ij. cū per bellicā. Excuſat enim
predicta ſi habuit ꝓbabilē ignoꝛantiā ſm Ri/
char. ¶ Tertio ſi fuit cognita ab aliquo latēter
quē credebat pꝛopꝛiū virū: ⁊ eſt ar. xxxiiij. q. ij.
In lectū. ¶ Quart⁹ ſi fuit vi oppꝛeſſa. vt. xxxij.
q. v. c. ꝓpoſito. Hoc aūt intelligo de vi abſoluta
ſed ſi metu vel pꝛecepto parentū inſtantia con
ſanguineoꝝ vel alia ſimili cauſa foꝛnicaretur
cum aliquo: etiā ꝯtrahendo cū illo: de facto nō
excuſaretur. xxxij. q. vij. oēs. ¶ Quintus ē quā
do recōciliauit eam ſibi poſt adulteriū cōmiſ/
ſum: vel eam publice adulterantē tenuit: ⁊ reti
net in ꝯſoꝛtiū maritale. xxxij. q. j. c. j. cū ſe. Hu
ius ratio eſt ſm Richar. q2 crimen per reconci
liationem dimiſſum amplius obijci non debet
niſi ſequatur recidiuū. ¶ Sextus eſt licet raro
occurrat: ſi aliquis infidelis coniugē infidelem
dimittat: dato ſibi libello repudij: ⁊ illa nubat
ſecundo viro ſuo: ſi vterq; conuertatur ad fidē
tenetur maritus eam recipere: non obſtante q̇
ſit ab illo cognita cui ſe coniungit: niſi fuerit al
teri foꝛnicata. ex̄ de diuoꝛ. gaudemus. ¶ Se/

primus eſt ſi vir conuincitur adulterari.xxxij.
queſtio.vj.per totum. Ubi etiam nota ꝙ ſi vir
eſt adulteratus occulte vxor maniſeſte:non po/
teſt vir ſine peccato vxorem dimittere: qꝛ vxo//
ri non deficit excipiendi ius: ſed probatio ſm
Thomam Ray.⁊ Albertum.ſi tamen vir egiſ/
ſet penitentiam:⁊ vxor nollet agere:ſed perſe/
ueraret in adulterio:poſſet ſine peccato accuſa/
re ⁊ dimittere.xxxij.queſtio.j.l quatuor ꝑmiſ.
ca. Iſtos caſus ponit etiã Richar.⁊ addit. Alij
addunt octauũ caſum ſcꝫ ſi vir abſtinendo con
tra voluntatẽ vxoris:ei occaſionẽ adulterandi
dedit.xxxij.q.v.ſi dicat. Tamẽ alij dicũt ꝙ nõ
ꝓpter hoc excuſaret mulier adulterãs: qn vir
poſſet eam propter adulteriũ dimittere ſm gl.
¶ Nota etiã ꝙ penitẽtia facta in adulterio nõ
tollit: qn poſſit accuſari vel excipi de ipſo adul
terio:in foro contentioſo.xxxij.q.ij.Admone/
re.⁊.vj.q.j.Qui crimen. Debet tamẽ Innocẽs
parcere penitenti ⁊ ſibi recõciliari ex charitate
⁊ quadam equitate:ꝙ̃uis non teneat ex neceſ/
ſitate.ſcꝫ quantũ ad reddendũ ei debitum con
iugale. Item ſi vnus ꝯiugum fornicetur carnali
ter.⁊ alter ſpiritualiter.ſcꝫ labendo in hereſim
ſm Hoſtien.⁊ Goff.admitteret cõpenſatio:ſi tñ
fornicationẽ ſpiritualẽ dimittat qui in ipſam in
cidat.alr̃ procederet contra eum ⁊ nõ audiret
Effectus accuſationis. contra ſuũ coniugem. ¶ Effectus accuſationis
de adulterio eſt:ꝙ ſi maritus probet qđ intẽdi
tur:vel mulier hoc ꝯfiteat:niſi mulier replicet
ꝯtra eũ aliquẽ de predictis ſeptẽ caſibus: abſol
uitur ab eius cohabitatione ⁊ ſeruitute qua ſibi
tenebat:⁊ poteſt aſſumere habitũ religionis eo
inuito.xxvij.q.ij.c.agathoſa. Et in ſeculo ſine
l.4.di. 35.ar.5. ad.iij. eo viuere poteſt:ſed tñ ꝯtinere tenet ſm Ray.
⁊ Tho.⁊ pe. Ipſa dimiſſa ꝓpter adulteriũ non
poteſt intrare religionẽ contradicente viro:ſed
ſi ingreſſa eẽt viro ſciente ⁊ nõ ſibi ꝯtradicẽte:
ſatis poteſt videri data licentia:⁊ vir tenebitur
ꝯtinere. Et ſi ingreſſa fuerit ꝯtra voluntatem vi
ri:poterit reuocari. Tho.⁊ Pe. Item in ſeculo
remanẽtẽ ⁊ poſt diuortiũ poteſt Innocẽs adul
teram reconciliare ideſt admittere ad ſui coha/
bitationem ⁊ ad actum ꝯiugalem:⁊ ſi nollet co
gi poſſet:⁊ hoc eſt verũ ſi nocens de adulterio
correptus eſt:nam ſi manet incorrigibilis:non
debet ſibi eam innocens reconciliare. ¶ Item
nota ꝙ ſi poſt diuortiũ qui erat innocens: ſcđs
ſit nocens in crimine adulterij: poteſt ⁊ debet
cogi per iudicẽ reconciliari ſibi adulterũ con//
iugem:⁊ precipue ipſo hoc petente: ⁊ adulteri
um allegante cõmiſſum poſt diuortium ab eo
qui innocens prius fuerat. ¶ Item ſi poſt di//
uortij ſententiã conſtiterit eccleſiam fuiſſe dece
ptam per falſos teſtes ⁊ hmõi:debet ſic ſpolia/
tus reſtitui. Taliter etiã ſi alter iam feciſſet pro/
feſſionem in aliqua religione:vel cepiſſet ſacer
dotium:ſi hoc petat:⁊ tenet reſtitutus redde//
re debitum:ſed exigere nõ poteſt. Sed ſi ſic ſpo
liatus non petit reſtitutionem ille qui iam fa//
ctus eſt ſacerdos:vel profeſſus non poteſt ipſe
petere ſociũ in coniugẽ. ¶ Item nota ꝙ cum
reſtituit aliqua vxor viro:ſi dicat ſe habere in
ſpectum virũ ne forte eam ledat:⁊ cauſam veri
ſimiliter oñdit:ad iudicem ſpectat facere caue
re ſibi ſufficienti cautione ꝙ tractabit eam bene
⁊ ꝙ non ledet eam in perſona vel rebus: ⁊ hãc
cauſam ꝓſtabit per iuramentũ.xxxij.q.j.de be/
nedicto. Sed ſi mulier nõ confidit de iuramen
to:debet preſtare cautionem pignoraticiam vel
fideiuſſoriam ſub certa pena.xxxij.q.v.prodeſt
Uel ſi capitali odio ita eam perſequeret ꝙ me/
rito de ipſa diffidat nec poſſit ei de cautiõe ſuf/
ficienti prouideri:non ſolum non debet ei re/
ſtitui:ſed ab eo potius remoueri:ſm Raynũ/
dum ⁊ Petrus de palude.

¶ Nota ſecundũ .§.vij.

Inno.ꝙ vir tunc tenetur ſequi vxorẽ. quando ꝙ vxor debꝫ virũ ſequi.
ſcꝫ itinerant cũ neceſſaria cauſa:ſed vxor tenet
ſequi virum ex quacũqꝫ cauſa recedat ſi domi/
cilium transferens:niſi velit eã trahere ad pec/
catum.extra de diuor.queſiuit. Secus tamẽ ſi
eſſet vagabundus.xxxiij.q.j.ſi quis neceſſita/
te. Item Ber.⁊ Hoſti. Et addit Hoſti.ꝙ ſicut i
voto vltramarino vxor poteſt ſequi virum ⁊ rema
nere ſi voluerit:ſic in omni itinere volũtatis cũ
propoſito reuertendi. Quod videt intelligẽdũ
de longo itinere:ſed vbi transferat domicilium
de loco ad locũ:vxor tenet ſequi eum.xiij.q.ij.
Unaqueqꝫ. Et ſm Guil.debet eam ſequi etiam
in carcerẽ ⁊ in exiliũ. Quod intelligit de carce
re ꝙ̃tum ad debitũ reddendum ſeruata hone/
ſtate:quoad exilium:quoad cohabitandũ ſi nu/
trire poteſt ⁊ periculũ anime ⁊ corporis nõ im/
minet:vel vxor poteſt virum nutrire. ¶ Sed
nota diligenter que dicit Pe.de pa.in.iiij.di.
xxxix.circa cohabitationẽ coniugum. Dicit enĩ
ꝙ ſi in vno cõiugũ ſit tale crimen ꝙ timet alter
corpori ſuo nec põt ſibi ſecure aliter prouidere
licet dimittere talem:nec tenetur cohabitare ⁊
qꝛ ſi non tenetur debitũ reddere cum periculo
corporis ſui:multo minꝰ cohabitare. extra de
reſti.ſpo. Ex trãſmiſſa.⁊ ca.litteras in fine. Un
de falſa eſt glo.extra de diuor.ca.j.que dicit ꝙ
non eſt dimittenda vxor:etiã ſi vite viri fuerit
inſidiata. Item quando vnus coniugum trahit
alterum ad crimen:ita ꝙ lꝫ non cogatur pecca/
re:tamẽ propter periculum ſue fragilitatis ne
coniugalis ſocietas ipſum pertrahat ad pecca/ mat.v. ⁊.xviij.
tum:teneatur illud. Si oculus tuus dexter ſcã/
daliȝat te:erue eum ⁊c. Si enim cum periculo

corporis non tenetur manere. multo minus cū
periculo anime: ⁊ ſicut non tenetur propter pe
riculum infidelitatis cohabitare cum infideli:
ita nec propter periculum aliorum criminum
licet ad nullum poſſit cogi. Et licet iſtud ſit gra
uius ꝙ̄ alia. tamen minimum periculum mor/
talis peccati preponderat maximo piculo cor/
poris: ⁊ licet in hoc ſit diſſimile ꝙ inuito auſer
tur vita corporis non anime: tamen iſta diſſimi
litudo tenet: ita in infidelitate ſicut in aliis viti
is: quia nullum peccatum cadit in inuitum.
Item propter alia crimina vnius quibus alter
non timet probabiliter anime ſue nec corpori:
non debet derelinquere coniugem: etiam ſi ſit
incorrigibilis: niſi ſit fornicatio carnalis: etiaꝫ
ſemel commiſſa vel ſpiritualis fornicatio ideſt
infidelitas in qua ſit incorrigibilis. Et ſic intel/
ligitur extra de diuor. c. ij.

De votis coniugatorum. Capitulum. xxij.

Vxor vota abſtinen
tie vel peregrinatiōis ⁊ huiuſmo
di facta ante matrimonium con//
tractum ſiue poſtea: non tenetur
nec debet implere contradicente viro. Ray.
Sed vir poteſt vouere ⁊ tenetur implere vota
abſtinentie: etiam inuita vxore: niſi per hoc fie
ret preiudicium vxori: puta quia redderetur
impotens ad redditionem debiti ſm Hugo//
nem. xxxiij. queſtio. quinta. precepit. ⁊ capitulo.
Chriſtiana. Nota etiam ꝙ ſi vir dedit iam licē/
tiam vxori implendi votum abſtinentie: ſi po/
ſtea reuocat rationabili cauſa motus: benefa//
cit: ſi ſine cauſa reuocat peccat: tamen in vtroqꝫ
caſu vxor dꝫ obedire: ⁊ non peccat. Ray. xxxiij.
q. v. c. Manifeſtum. ⁊ c. Noluit.

Quantuꝫ ad vo/ §. i.

tum peregrinationis vnus non poteſt ſine con
ſenſu alterius facere ſeu factum adimplere. ſꝫ
Ray. ⁊ Hoſtien. Immo ſm Innocen. poteſt re/
uocare ſi aliquando conſenſit: licet peccet. Exci
pitur ſm predictos aliquando votum hieroſo
lymitanum: quod poteſt facere vir ſine vxoris
licentia ⁊ factum adimplere: vxor tum vt aſſen
tiat eſt attentius admonenda. vel ſi non vult re
quotli. manere ſequatur virum. Dicit tamen beatus.
4. ar. ij. Thō. in quotlibetis. ⁊ Albertus. ꝙ non eſt con
i. 4. di. ſulendum viro ꝙ accipiat crucem ad tranſfe//
[illegible] q. iiij rendū ſe vltra mare ſi vxor ſit talis ꝙ non poſ
[illegible].j. ſet ſequi: ⁊ de eius incontinētia timeatur. Uxor
ſm Hoſtien. poteſt etiam inuito viro votū hie/
roſolymitanum emittere: ſed ſi ſuſpecta ſit vel
nimis iuuenis non exequatur perſonaliter: ſꝫ
votum redimat. alio vadat: maxime ſi talis eſt
que ſecum poſſet ducere bellatores. Quantum
vero ad modicam peregrinationem etiam ſi//
ne voto propter diſponendam domuꝫ: vel quā
tum ad transferendum domicilium alio vide/
tur dicere beatus Thom. in quarto. ꝙ poteſt
vir hoc facere ſine licentia vxoris: quia in di//
ſpoſitione domus ⁊ regimine vite. mulier eſt
ſubiecta viro: ⁊ non econuerſo. Dicit tamen
Hugo. xxxiij queſtio. quinta. capitu. Manife/
ſtum. Glo. ꝙ vir ille vxoris vota reuocare po//
teſt: que ipſa implere non poteſt ſine ſcandalo
viri: vt de ieiuniis: de ſurgendo ad matutinas
⁊ huiuſmodi. alia non. vt ſi vxor vouit dare ali
quid de proprio: vbi conſuetudo eſt ꝙ mulier
habeat bona parafernalia. vel ſi vouit aliquam
orationem ⁊ huiuſmodi.

Quātum ad vo/ §. ij.

tum caſtitatis coniugatorum. Sciendum ſm
Ray. ⁊ Albertum. ꝙ vir ⁊ vxor ad paria iudi//
cantur. xxxiij. queſtione. prima ſiquis. i. Po//
teſt autem fieri tale votum tripliciter. Uno mo
do ꝙ vnus emittat votum caſtitatis altero in//
uito vel ignorante: ſeu ſine licentia alterius.
Secundo modo ꝙ vnus tantum cum licentia
alterius emittat. Tertio ꝙ vterqꝫ de pari con//
ſenſu ſimul emittant. Et primo modo cum ſcili
cet vnus coniugum vouet caſtitatem ſine licē/
tia alterius: ſi inter eos ſit ſīm mrimoniuꝫ inici
atum: puta per ſpōſalia. ſm Pe. de pa. aut opꝫ
ꝙ frangantur ſponſalia de mutuo aſſenſu: ⁊ ſic
poſtea ſeruet votum: vel intret religionē ſi ſpō
ſa eſt que vouit: ſed ſi ſponſus vouit: ipſe vel
religionem intret vel ſacrum ordinem ſuſcipi
at ⁊ ſic diſſoluuntur ſponſalia: etiam cōtra vo/
luntatem alterius: vel faciat contentum alterū
ſcilicet qui non vouit de non ꝯſummando ma
trimonio. Et dicit idem Petrus ꝙ ſm Thom.
per votum ſimplex ſoluuntur ſponſalia: quod di. 38. q
ſi verum eſſet non teneretur religionem intra/ 3. ar. ij.
re qui vouit ſed poſſet remanere in ſeculo con ad pmū
tinendo. Sed cum iura artent ad complenduꝫ
ſponſalia niſi in caſibus quibuſdam expreſſis ca. xviij
de quibus ſupra: ⁊ inter illos iſte non ponitur §. i.
tutius eſt tenere contrarium. Si autem eſſet in
ter illos matrimonium ratificatum ſcilicet per
verba de preſenti: ſed non conſummatum: tūc
ſm Petrum tenetur intrare religionem: ſiue
vir ſiue mulier: niſi coniunx qui non vouit ve
lit eum dimittere ſine debiti petitione: quia
non potuit vouere in preiudicium alterius: et
ſic eſt illi obligatus ſub conditione ſi non in//
tret religionem: quod poteſt facere altero inui
to: ⁊ tūc p ꝓfeſſionē in q̄ morit ciuilr: ſoluit vi/
culū mrimonij: ſed ſi ē ꝯſummatū nō pōt itra/
re religionē alio inuito: niſi ob fornicatōeꝫ noto

rıam. Sed de hoc vide. ſ. de diuoꝛ. Sed ſi alter
caſte vixit. tunc queritur vtrum alius poſſit voue
ca.xx. re continẽtiam ſine licentia alterius ꝗ̃tum ad
§.v. redditionẽ debiti. Jn hoc concoꝛdãt oẽs: quia
nõ poteſt. Nõ eſt ſm Rich. quia hoc eſſet facere
ꝯtra votũ de alieno. quod nõ lʒ. Sed ꝗ̃tum ad
exactionẽ ſũt varie opiniões. vt refert Petrus
de pa. Aliqui dicunt ꝙ nõ poteſt fieri tale votũ.
Unde ⁊ Durandus in. iiij. dicit hoc votũ indi/
ſcretum ⁊ periculoſum: qꝛ redditur alteri nimis
oneroſum: vt ſemp ipſe habeat ſubire confuſio
nem in exigẽdo. ⁊ precipue ſi vero vouẽte mu/
lier haberet exigere: que cõmuniter in hoc eſt
magis verecunda: ⁊ nimis piculoſũ eſt in igne
ſtare. i. iuxta vxoꝛẽ ⁊ vrgente concupiſcentia nõ
poſſe exigere. Et ad hanc videtur declinare bea.
Tho. in. iiij. Dicit enĩ ꝙ tale votuʒ factũ ab vno
ſine expꝛeſſo cõſenſu alterius: põt alter irritare
⁊ ſi irritat nõ tenetur adimplere. Si autẽ audito
voto cõſoꝛtis pꝛo tũc tacet ⁊ diſſimulat: nec ra/
tificat ſi poſtea contradicit ⁊ irritat: ſilr non te/
netur implere. Hãc opinionẽ dicit Johes nea/
pol. in quotli. viij. eſſe ꝓbabilioꝛẽ: addẽs ꝙ ẽt ſi
talis qui vouit ſine licẽtia alterius: exigeret eti
am cum pctõ moꝛtali: puta pꝛeſuppoſita verita
te alterius opinionis cõtrarie: tenetur exactus de
bitũ reddere: alias peccaret. Alij etiam dicũt ꝙ
põt fieri tale votum. ſ. de nõ exigendo debituʒ.
Ratio: qꝛ hoc eſt voluntatis. ſ. petere debitũ: ⁊
eſt ꝑfectionis nõ petere: ⁊ de his eſt votũ. Et di
cit Rich. in. iiij. hãc opinionẽ eſſe cõioꝛẽ ⁊ tutio
rẽ. Et ad hanc videtur declinare Pe. de pa. dicẽs
tamẽ ꝙ hoc nõ eſſet alicui cõſulendum: maxie
ſi per hoc mr̃imoniũ redderetur oneroſum al/
teri. puta vxoꝛi ſuſpecte vel verecunde in petẽ/
do debitũ: ⁊ lʒ talis peccet vouendo nõ petere:
ſi tñ vouit tenetur ſeruare inquantũ poteſt ſine
hoc ꝙ reddet mr̃ionium oneroſum. puta red/
dendo nõ ſolum exigenti expꝛeſſe: ſed interp̃ta
tiue. Ad tollẽdum igitur oẽ dubium: bonum
eſſet petere ſuper hmõi diſpenſationẽ. Et poſſet
in huiuſmodi eṗs diſpenſare: vt apperte trahi
poteſt ex his que dicit Jo. andr̃. in nouel. in. c.
rurſus. extra qui cleri. vel vouen.

Quantum ad §. iij.

ſecundũ modũ cũ. ſ. vnus vouet cõtinentiã de
licentia alterius loquẽdo de voto ſolẽni religio
nis. Dicit petrus de pa. ꝙ circa hoc eſt duplex
opinio. Quidam enĩ dicunt ꝙ lʒ intrando reli
gionem iſtud debeat obſeruari. ꝙ ſi ille de cuiꝰ
licentia alter intrat religionẽ eſt ſenex ⁊ nõ per
ſona ſuſpecta de incõtinentia: poteſt in ſeculo
remanere vouendo continentiam: ſed ſi eſt iu/
uenis vel perſona ſuſpecta: non poteſt remane
re in ſeculo: ſed debet intrare religionem vt ha
betur extra. de conuer. cõiuga. c. cum ſis. ⁊ cap.
vxoratus. tamen iſtud non obſeruatur. Alij di/
cunt: ꝙ ſicut viro ꝯſentiente vxore in voto ab/
ſtinẽtie: idem vir põt reuocare poſtea: lʒ peccet
reuocãdo ſine iuſta cauſa: illa tamẽ tenetur obedi
re. Jta ⁊ in voto caſtitatis quoad vtrũqʒ: qꝛ ſcʒ
vno vouente ꝯtinentiã de licentia alteriꝰ: ſi po/
ſtea licẽtians reuocet: lʒ peccet: tamẽ licẽtiatus
reddere tenetur debitum. Et ſubdit idem Pet. ꝙ
poſſet ſic diſtingui: qꝛ aut licẽtians ad religio/
nẽ non eſt perſona ſuſpecta: de qua timetur de in
cõtinentia: ⁊ vult ſimiliter cõtinere ⁊ vouere: ⁊
tunc lʒ re integra. ſ. anteq̃ꝫ coniunx eius ꝓfitea/
tur poſſit reuocare licẽtiam: ſicut ⁊ mandatũ re
adhuc integra reuocari põt: tamen poſt votum
ſolẽne emiſſum a licentiato: nõ poteſt reuocare
ipſum. ⁊ ſic intelligitur. ca. agathoſa. xxvij. q. ij. ⁊
xxxiij. q. v. qui vxorem. Aut licẽtiatus eſt perſo
na ſuſpecta: de cuius incontinentia timetur: ⁊ ta/
lis que nõ poterat licẽtiare de intrando: ⁊ tunc
lʒ peccet: reuocando poſt votum ſolẽne: tamen
qꝛ illud fuit temere emiſſum: tenetur licẽtians de
bitum reddere. Hec Pe. Dicit tamẽ hanc ꝯclu/
ſionem dubiaʒ. Et eandẽ diſtinctionẽ facit Pe.
de voto ſimplici emiſſo de licentia alterius. ſ. ꝙ
poſſit reuocari a perſona licẽtiãte ſi eſt ſuſpecta
de incontinẽtia. Et argumentũ ad hoc ſumit a
foꝛtiori per. c. j. de ꝯuer. cõiug. Sed Doc. mul/
ti ⁊ precipue Tho. in. iiij. ⁊ Jo. neapol. in quot/
libet. viij. dicũt. qꝛ votum continẽtie emiſſum
ab vno ꝯiugum de licẽtia alterius: ſeu ſine licẽ
tia: ſed poſtea ratificata: licẽtians nõ põt ipſum
reuocare. Unde ſi ille qui ſic vouet peteret debi
tum: nõ ſolum licẽtians non tenetur reddere: im
mo nec debet: alias peccaret moꝛtaliter ſm Jo.
nepol. qꝛ cooperatur ei in crimine moꝛtali. ar. ad
hoc. xxxiij. q. v. manifeſtum. §. ſi. cõtinentie vo/
ta. Nec coiter tenetur qđ dictum eſt. ſ. a quibuſ/
dam. ꝙ ita poſſit reuocari votum cõtinentie ſe/
mel ꝯceſſum ab altero ſicut votum abſtinentie.
Oẽs tñ in hoc ꝯcoꝛdant: ꝙ ex hoc ꝙ vnus vo/
uit ſimpliciter de licẽtia alterius nõ impeditur
quin ipſe poſſit ad placitũ exigere debituʒ a vo
uente dum ipſe ſiliter nõ vouerit. De voto autẽ
ſolẽni per ſuſceptionẽ oꝛdinis ſacri. Dicit Pe.
de pal. ꝙ ſi ſciente vxore ⁊ cognoſcẽte ſe teneri
ad ꝯtinẽtiam ex oꝛdinatione viri ipſa cõſentiat
ipſum oꝛdinari: ꝗ̃uis vir eius nõ debuiſſet oꝛ/
dinari ſi erat ſuſpecta: non pꝛopterea poterit re
uocari votum viri oꝛdinati: nec tenetur ipſe pꝛo/
pter hoc ei reddere debitũ petẽti: nec ipſo moꝛ
tuo poterit cum alio cõtrahere: alr̃ matrimoni
um eſſet nulluʒ. Nec eſt ſimile de ꝓfeſſione ⁊ oꝛ
dinatione: qꝛ pꝛohibitio eccl̃ie poteſt facere ꝓ/
feſſionem nullam: nõ autem oꝛdinẽ. Pet. Sed
ſi inſcia vxore vel ſciente vel contradicẽte rece/

pſit vir ordinē ſacrum: ipſe quidē deponeť ⁊ re
ſtituetur vxori ſi vxor hoc petierit: ⁊ ſic reddere
teneť debitum: ſed non poteſt exigere: nec poſt
mortem vxoris cum alia contrahere: alias nul
lum erit matrimonium.

¶ Quantum ad .§.iiij.

tertiū modum cum .ſ. vterqꝫ pari ꝯſenſu voue
rit ꝯtinētiam. Nullus eoꝝ pōt vel debet exige
re debitum vel reddere: niſi cum peccato mor
tali. ſm Joā. neapol. ⁊ alios. Et ſi vnus eoꝝ frā
geret votum: puta aliam cognoſcēdo: alter ni
hilominus teneť ſeruare. argu. xxxiij. q. v. c. qđ
deo. Sed vbi eſſet periculum incōtinētie. quia
perſone ſuſpecte: forte bonū eſſet diſpēſatiōes
querere ſuper tali voto. Et ſm Guil. videtur ꝙ
ep̄s poſſet diſpēſare. ¶ Item ſm Pe. de pa. qn̄
alter cōiugum intrat religionem ⁊ profiteť al
tero inuito: pōt reuocari: ad petitionem ipſius:
⁊ reuocatus teneť reddere debitum: ſed nō po
teſt exigere ratione voti. Mortuo eo qui reuo
cauerat: is qui ꝓfeſſus fuerat inducendus eſt vt
redeat ad monaſterium: nō tamē cogēdus. Cu
ius ratio eſt: q2 profeſſio eius nō tenuit: ex quo
nō iurauit de licentia ꝯiugis ſue. Et q̃uis non
poſſit poſt mortē reuocantis ꝯtrahē cum alio:
tamē ſi ꝯtraxit matrimoniuꝫ tenebit: ſed exige
re non poterit debitū. Item cum vnus ꝯiugꝫ
de licentia alterius intrat religionē: ſed anteq̃
profiteať reuocať ab eo: mortuo reuocāte pote
rit etiam cum alia ꝑſona ꝯtrahē: nec teneť redi
re ad monaſterium: nec prohibeť exigere debi
tum. Et hoc votum veruꝫ eſt. niſi aliud obſiſtat:
puta ſi votum emiſiſſet. Qui autem de licentia
ꝯiugis profiteť: non pōt de iure redire ad vxo
rem: ꝙ ſi de facto ad vxorem reuertitur: cogen
dus eſt: nō ſolum ea mortua: ſed etiā viuēte re
dire ad monaſterium. ⁊ ſic videť dicere illud. c.
ex parte. extra de conuer. coniuga. Et ſi mortua
vxore contraheret cum alia: matrimoniuꝫ nul
lum eſſet. Pet.

¶ De dotibus ⁊ donationibus propter nupti
as. Capitulum.xxiij.

Dos ē que datur vi
ro a muliere pro onere qđ de matri
monio ſuſtinet. Unde tādiu durat
q̃diu ⁊ matrimoniuꝫ: ſed eo ſoluto
ſolui: q2 ſine eo eſſe nō poteſt. ff. de iure dot. l.
iij. Et eſt dos quaſi propriū patrimoniū mulie
ris. ff. de mino. l. deniqꝫ. §. ſed vtrum. in fine.
Sed q̃diu ſtat matrimoniū dñium dotalū eſt
penes virum. vnde ꝯtra volūtatem viri nō po
teſt inde elemoſynā facere. ¶ Nota ꝙ due ſunt
ſpēs dotis. nam alia eſt profecticia: alia aduēti
cia. Profecticia dos eſt que a patre pro filia: vel
ab auo pro nepte: vel ab alio nomine eoruꝫ: ſeu
de bonis eoruꝫ datur vel proficiſcitur. vt. ff. de
iure do. l. profecticia. Aduenticia dos quam ip
ſa mulier dat pro ſe vel pro alio ſiue ſit frater ſi
ue alius quiuis. ¶ Iteꝫ dos alia extimata alia
inextimata. Sed ſi extimata datur tam lucrum
q̃ damnum pertinet ad maritum: ſicut ad rei
emptorem. Si vō inextimata dānum ⁊ lucruꝫ
pertinet ad mulierem. ff. de iure dot. l. plerūqꝫ.
Fructus tamen pertinet ad maritum ꝓpter one
ra matrimonij. Unde fetus dotalium pecorum
ad maritum pertinent: quia fructus computā
tur: ſic tamen vt ſuppleat inde mortua capita ex
iam natis fetibus. vt in dicta. l. plerūqꝫ. Pactū
patri factum a filia dum nuptui traderet ꝙ do
te contenta nullum ad bona paterna regreſſuꝫ
haberet: improbat lex ciuilis. Si tamē iuramē
to nec vi nec dolo preſtito firmatum fuerit: de
bet ſeruari. extra de pact. quāuis. lib. vj. Dos ⁊
donatio propter nuptias donari nō poteſt: etiā
conſentiente vxore. ff. de fundo dot. l. lex iulia.
nec valet alienatio niſi vxor iurauerit non con
trauenire. extra de iureiurā. Cum contingat. ⁊
ca. Licet. lib. vj. Sed iſtam materiam cum ſciliꝫ
iuratur ſuper huiuſmodi. vide diffuſe. ē. in. ij.
parte in ti. de iuramento.

¶ In quibus caſi .§.i.

bus maritus lucratur dotem. Reſpōdeo: lucra
tur ex pacto: vt ſi paciſcať de tota dote: vel eius
parte poſt mortē vxoris lucranda. vt. C. de pac.
ex conditione. l. ex morte. in principio. ⁊ in au
tentica: ibi poſita. ¶ Item lucratur ex lege: vt
ſi propter adulterium mulieris fiat diuortium
mulier dotem amittit. extra de donati. inter vi
rum ⁊ vxo. plerūqꝫ. ¶ Item mortua vxore in
teſtata ⁊ deficiētibus liberis ⁊ propinquis: vir
ſuccedat vxori ⁊ lucrať dotē ⁊ econuerſo eſt. C.
vn̄ vir ⁊ vxor. l. j. In alijs autēꝫ caſibus dos ad
mulierem: ⁊ donatio propter nuptias redit ad
virum: niſi ſecus obtineat de conſuetudine. ex
tra de donatio. inter vi. ⁊ vxo. donatio. §. ſane.

¶ Pone ꝙ ꝓpter .§.ij.

adulterium vxoris facta ſeparatione thori: mu
lier dotem amiſit: nunc autem probata conſan
guinitate ſeparantur omnino: nunquid pote
rit mulier dotem repetere. Reſpondeo nō. Nā
licet modo appareat ꝙ non fuit matrimoniuꝫ:
mulier nihilominus punienda eſt propter intē
tionem cum opere ſubſecuto. extra de biga. ca.
nuper. ⁊ c. vltimo. ⁊ etiam vt per hec ceteris de
linquendi materia auferatur: ⁊ ne cogitet falſa
probatio contra matrimonium. Hec Hoſt. Lau
rē. Goffre. Bernar. ⁊ Joan. Et nota ꝙ quia ad
penas leguꝫ quis non tenetur: niſi ꝑ oſtēꝫ quis

fuerit adiudicatus. ſcilicet per iudicem condemnatus. ſm Thom. ⁊ Ray. ideo ſi mulier cõmittat adulterium non ipſo facto amittit dotem: ſed poſtquam in iudicio ſuper hoc fuerit iudicata. ſcilicet de adulterio.

ℂ Cui reſtituenda .§. iij.

ſit dos. Reſpondeo ſi dos fuerit a patre profecta: tunc ſi in matrimonio filia premoriatur: debet dos reddi patri. vt. C. ſolu. matrimo. l. dos a patre. niſi ſi mulier reliquerit liberos: q2 tũc licet de iure deberetur patri: tamẽ de conſuetudine remanet penes liberos. vt no. i dicta. l. dos. Si vero vir premoriatur tunc talis dos patri ⁊ filie reddenda eſt: ita tamen q nec pater aliter q̃ voluntate filie eam petere poteſt. ff. ſolu. matri. l. ij. q ſi pater non viuat vxori reddenda eſt. vt ibi. Si vero dos fuerit a quocũq alio: tunc ſi premoritur vxor ad heredes eius pertinebit dos. Si vero premoritur vir: dos ad vxorem redibit. Intellige niſi ille qui dedit fuerit ſtipulatus dotem ſibi reddi. C. de re. vxor. ac. l. vnica. ⁊ ff. ſolu. matrimonio. l. quotiens. §. j.

ℂ Quando reſti- .§. iiij.

tuenda ſit dos. Reſpondeo ſi dos conſiſtit in rebus immobilibus: debet reſtitui ſtatim ſoluto matrimonio. Si vero in mobilibus debet reſtitui infra annum. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. cum autem. An ſemper maritus in caſu reſtituende dotis compellatur reddere in totum. Reſpondeo: maritus in reddenda dote non cõdẽnatur: niſi inquantum facere poteſt. ſcilicet habita ne ratione egeat ſi non dolo verſatus eſt. vt. C. de rei vxo. actio. l. vnica. ⁊ debet cautionem exponere. q ſi ad meliorem fortunã peruenerit ſoluet reſiduum. Hoc etiam priuilegium tranſit ad filios eiuſdem matrimonij. vt ſolu. matri. l. maritum. ſed hoc heredi extraneo non eſt preſtãdũ: quia tale beneficium perſonale eſt: ⁊ cum perſona extinguitur.

ℂ Utrum maritus .§. v.

vel eius heres in reddenda dote poſſit detrahere impenſas. Reſpondeo. expẽſas vtputa q domum reficit: ⁊ huiuſmodi retinere poteſt. vt. C. de impe. in re. do. l. prima. Expenſas vero voluntarias ſiue voluptuoſas perdit. etiam ſi voluntate mulieris facte ſunt. ff. ſolu. matrimo. in voluntarijs. Quid ſi maritus tenetur de dote: ⁊ alia debita habet. Reſpondeo. mulier pro dote habet obligata omnia bona viri: intantum q preſertur omnibus creditoribus non habentibus expreſſam hypothecam. Et hoc niſi alius ſit in ſimili iure: vt quia petit dotem precedẽtem. C. qui po. in pigno. l. ſãa. ver. prima reſtitui. ⁊ §. ſed in donatione ꝓpter nuptias: vt preferſ mulier creditoribus niſi poſterioribus. Etiã cõſtante matrimonio vxor recuperare põt dotem vt qñ vergit ad inopiam. C. de iur. do. l. vbi. Pro delicto viri non debet vxor dotem amittẽ. extra de pig. ex lris. Etiam ſi cõmiſit crimen leſe maieſtatis. C. ad. l. iul. ma. l. quiſqs. Poſſeſſione pignorata genero pro dote fructus: nõ debeant computari in ſorte: ſi gener ſuſtinet onera matrimonij extra de vſur. ca. ſalubriter. vide. ẽ. in parte. ij. ti. j. de vſuris. Qui habet cognoſcere de matrimonio: habet ⁊ de dote tanq̃ de acceſſorio. ex de donatione inter virum ⁊ vxorem. c. j. ⁊ ca. iij. ff. de iure dot. l. ſecunda ⁊ tertia.

ℂ Donatio pro- .§. vi.

pter nuptias eſt. q ſpõſus ſpõſe donat: qñ ipſe ab ea dotem accepit. extra de do. inter vi. ⁊ vxo. ca. nup. Huius aũt donationis ꝓprium eſt q ſi paciſcanſ maritus de dote vel pte dotis lucranda vxore ꝓmortua: talem ptem debet lucrari mulier de donatione ꝓpter nuptias ꝓmortuo viro. extra de dona. inter vir. ⁊ vxo. donatio. §. ſane. ⁊. C. de pact. cõuẽtis. l. ex morte. In hmõi autem dotibus ⁊ donatiõibus ſunt diuerſa ſtatuta in diuerſis locis. Nam alicubi vt florentie ſi vxor premoriaſ cõſũmato matrimonio: vir lucraſ totam dotẽ: ſi non extãt filij ex ea. nam ſi filios relinquit illis remanet. Alibi lucraſ ptem: ⁊ alia pars reſtituiſ ei. vnde ꝓfecta eſt dos. Si vir premoriaſ: reſtituiſ ei tota dos: ⁊ donatio propter nuptias. Et in hoc ſtatur magis legi municipali ſeu ſtatuto q̃ iuri communi.

ℂ Dos conſtan- .§. vij.

te etiam mrĩmonio ab vxore põt repeti viro in inſulam deportato: cuius affectionẽ mulier nõ mutauit ſm Pe. de pa. in. iiij. di. xlij. Et idem de viro de regno bãnito. C. de iure dot. l. vbi. ⁊ in rebus. ℂ Item vergẽte viro ad inopiam: poteſt peti dos cõſtãte matrimonio: nõ ꝓpter paupertatẽ eius: quia tunc ſub tali cautione quam preſtare põt cõmittenda ⁊ dimittẽda eſt dos: ſed ꝓpter paupertatem mentis: vt qñ incipit eſſe ꝓdigus. ⁊ diſſlapidator: q2 tunc cautio parum valeret: ⁊ ſic intelligiſ illa lex vbi ⁊ in rebus. Pe. Item q licet ſm ius ciuile mulier ſecũdo nubens lucrareſ legatum ſibi factum ſub cõditione q permaneret vidua fauore matrimonij: dum tñ non nuberet infra annum a morte viri. tñ q2 iura canonica ⁊ diuina plus fauẽt viduitati q̃ matrimonio: vt ſtatui ꝑfectiori: ideo nubẽs cõtra cõditionẽ legati nõ lucraſ: ſed amittit ipm. Pe. de pal. vbi. ſ.

ℂ Item ſcien- .§. viij.

dum q qñ vxor ꝓpter diuortium factum ꝓpter

adulteriū ſuum pdit dotē: ſi ipſa erat filiaſami/
lias.i. in patris ptāte ꝯſtituta: ⁊ dos erat pfecti/
cia.i. de bonis patris pfecta. vl' alis qñcūq; dos
erat ad pſem recaſura: pater nō pdit eam ppter
delictū filie: qꝛ nō dꝫ pater portare iniqtatē fi/
lij. Si vo nō erat recaſura ad pſem: q̄uis ab eo
pfecta eſſet: qꝛ ea mortua eam rehabiturus nō
erat: tūc maritus eā lucraſ: ⁊ ſic intelligit Hoſt.
C. de adul. l. vlt. ad fi. ⁊ extra de do. iter vi. ⁊ vx.
c. plerūq;. Sed qñ dos erat reditura ad patreꝫ:
pſ eaꝫ pdit: q̄diu filia adultera viuit: ſicut etiā
nō potuiſſet eam repetē ipſa nō adulterāte: nec
dꝫ ipſe ex delicto filie lucrari: ſed tenebit eā vir
adultera viuēte poſt eius mortē redibit dos ad
pſem: ſicut ſi platus eccſie cōmittat ſelloniaꝫ.i.
ꝯiuret ꝯtra dñm: q̄diu ipſe viuit ecclia ſeuduꝫ
pdet: ſed ipſo mortuo ad eccliaꝫ ſeudū redibit:
nec delictū pſone redūdat in dānum ecclie. Ex
his ſequiſ. ꝙ ſi vir cōmittit crimē leſe maieſta/
tis. ppter qḋ bona eius cōfiſcenſ ⁊ ipſe nudus
exulet: vxor pdit doteꝫ q̄diu viuit vir eius: ne
per eius delictū lucreſ vxor qḋ prius nō hēbat
interim tñ fiſcus ei puidere teneſ neceſſaria lo/
co viri: ſed viro mortuo rehabebit integre do/
tem ⁊ dotarium ſuuꝫ: vt dicunt de conſuetudi/
ne. Hec Pe. de pa. in. iiij. di. xlj.

¶ Item ſciendum .§.ix.

de expēſis factis ab vxore extra domum: qꝛ vir
pro oneribus mrimonij hꝫ doteꝫ: ideo a tpe cō
tracti mrimonij intus ⁊ extra dꝫ ſacē expenſas
vir ſm q̄titatē dotis. ff. ſami. her. l. ſi maritus.
Imo etiam ſi dotē non hꝫ vel pdidit culpa ſua:
teneſ ei neceſſaria puidere ſm facultates ſuas:
Imo vbi maritus diſſipat bona ſua vergens ad
inopiā: etiam ꝯſtāte matrimonio: mulier recu/
§.vij. perat dotē. vt dictū eſt. Sed qñ mulier ſpōte re
ceſſit nō recupat expenſas: niſi a tēpore quo re/
diens non eſt admiſſa: ⁊ hoc niſi opponatur de
adulterio: qꝛ adultere nihil tenetur preſtare: ni
ſi ipſa replicet de cōſimili. Dico autem ꝙ ſpōte
vaganti nō tenetur ad expēſas: ſed ſolum quā/
do iuſta de cauſa: puta ppter nimiam ſeuitiā vi
ri vel aliquid huiuſmodi. Uel qꝛ vadat ad lon
ginquas partes ⁊ eam mittit ad conſanguine/
os ipſius vxoris pro maiori honeſtate ⁊ huiuſ
modi. Pe. de pa. vbi ſupra.

¶ De diuerſis vitijs coniugatoruꝫ in genere. Capitulum. xxiiij.

Ex notatis in prece/
dentibus caplis. ⁊. §. Nota ſum ma
tim vitia tam viroꝝ q̄ mulieruꝫ cō/
iugatoruꝫ: que cōcernunt ꝯiugium
⁊ que mortalia ſunt. ¶ Primo ſiquis cōtrahit
ſciens in ſe eſſe vel habere aliquod predictorū
impedimentorū. xij. que impediunt ⁊ dirimūt
matrimoniuꝫ: non habita diſpēſatione a papa
in his in quibus a papa pōt diſpenſari. ¶ Se/
cūdo cum habēs votum ſimplex religionis vel
caſtitatis: vel qui ſuſcepit habitum religionis
approbate cum firmo propoſito remanēdi: an/
te profeſſioneꝫ tacitam vel expreſſam egreſſus
eſt ⁊ cōtrahit matrimoniū ſine diſpēſatione pa
pe. ¶ Tertio cum talis cōtrahens matrimoni/
um ⁊ cōſummās exigit debitum: nō habēs ſu/
per hoc diſpenſationē: reddere autem tenetur.
¶ Quarto cum quis cōtrahit matrimoniū clā
deſtine ſine preſentia ſaltem teſtiuꝫ. ⁊ quouſq;
manifeſtū faciat ſufficienter ſemper eſt in mor/
tali. ¶ Quinto cum cōtrahit cōtra interdictuꝫ
eccleſie: vt quia ordinarius audiēs aliquod im
pedimentū circa aliquod matrimonium fien/
dum: precipit ne fiat cōtractus talis: niſi prius
diſcuſſo negocio. ¶ Sexto quādo quis cōtra/
hit de futuro vel de preſenti nō intēdens cōtra
here: ſed decipere ⁊ copulā extorquere. ¶ Se/
ptimo cum quis cogit aliquē vel aliquā ad cō/
trahēdum de futuro vel de preſenti: etiaꝫ ſi ſint
pater vel mater: qꝛ oīmoda debet eſſe in huiuſ
modi animi libertas: ſecus ſi perſuadeat tm̄.
¶ Octauo quādo ſpōſalia etiam de futuro tm̄
frangit extra illos noueꝫ caſus qui ſupra ſignā
tur: alius autē cui frangūtur excuſatur. ¶ No ca.xvj.
no quādo contractū per verba de preſenti hoc §.j.
negat: ⁊ q̄uis alter cōtrariū probare nō poſſit
vel nō probet. tamē neuter cum alio cōtrahere
poteſt: alꝭ eſſet in cōtinuo adulterio ⁊ ſeparari
deberet. ¶ Decimo quādo poſt contractuꝫ per
verba de preſenti nō vult cōſummare alio re/
quirēte cōgruo tempore: nec religionē vult in/
gredi vt poſt profeſſioneꝫ alter ſit liber hoc fa/
cit: puta quia audiuit illum pauperem vel ini/
quum: vel quia indignati ſunt ad inuicē ⁊ hu/
iuſmodi: ⁊ ſimiliter peccāt parētes qui hoc nō
permittūt ſine rationabili cauſa: vt qꝛ ſine volū
tate coruꝫ contraxerūt ⁊ huiuſmodi. ¶ Unde/
cimo quādo ꝯſummāt matrimoniū ante bene/
dictionē nuptiaruꝫ cum bñdici debeant: vt qa
primū matrimoniū. ¶ Duodecimo qñ cōſum
mant matrimoniū ſeu celebrant nuptias tēpo/
re prohibito ab eccleſia: vt in aduentu vſq; ad
octauam epiphanie: a. lxx. vſq; ad octa. paſche.
⁊ a diebus rogationum vſq; ad octauas pen/
the. ⁊ hoc ſiue ſit virgo ſiue vidua: ſiue fiat cuꝫ
ſolēni apparatu: ſiue pauperrime. ¶ Tertiode
cimo qñ qs cognouit ꝯſanguineaꝫ vxoris ſue
vſq; ad quartū graduꝫ: nam tūc non pōt exige
re debitum ab vxore: vel vxor a viro ſuo ſi fuit
cognita a cōſanguineo viri ſui: niſi habita diſ/
penſatione ſuper hoc: reddere tamē debituꝫ te
net ꝯiugi exactus: ſiue expreſſe ſiue interptatiue.

ue.ꝛ hoc quando iſtud fuit perpetratuꝫ poſt cō
ſummatum matrimonium vel in cōtractu per
verba de p̄ſenti:nā ſi ante fuiſſet:eſſet ipedimē
tū dirimēs m̄rimoniū. ¶ Decimoq̄rto quādo
alter alteri denegaret debitum nō habens ali/
ca.xx. quā cauſam rationabilē:etiam ſi faceret cauſa
deuotiōis vbi alter oīno petat ſibi reddi. ¶ De
cimoquinto q̄ñ in actu cōiugij reperiř aliquis
de illis octo caſibus qui notanř.s.in.c.de actu
coniugij. Nam vel eſt moꝛtale vel dubium de
moꝛtali.ibi videtur:vbi etiaꝫ hēs q̄ñ eſt venia/
le in vſu cōiugij:ꝛ q̄ñ nulluꝫ pctm̄. ¶ Decimo
ſexto q̄ñ vir ſine cauſa rationabili grauiter ver
berat vxoꝛē ſuam:vel contumeliař ei turpibus
verbis multū:vel cū nō pꝛouidet neceſſarijs cū
poſſit. ¶ Decimoſeptimo q̄ñ vxoꝛ habens niſi
dotem ſi det de bonis domus ꝛ viri ſine licētia
eius expꝛeſſa vel interpꝛetatiuā:ꝛ m̄lto magis
contra pꝛohibitionē eius cōſanguineis vl̄ ami
cis:vel expendat in rebus malis vel vanis : vt
ludo ꝛ pōpis:vel etiaꝫ notabilr̄ in elemoſynis:
peccat grauiter quia furtum cōmittit:niſi ha/
beat artem multum lucroſaꝫ vltra gubernatio
nem domus. ¶ Decimooctauo cū vnus coniu
gum aſſentit alteri in adulterio:vel vir exponit
vxoꝛem alijs cauſa tempoꝛalis ſubſidij:vl̄ alia
de cauſa:vel vxoꝛ permittit virum vitiuꝫ ſodo
mie perpetrare cum poſſit obſtare. ¶ Decimo
nono quando vxoꝛ nō vult ſequi virū in coha/
bitando vl̄ mutādo domiciliū:niſi timeret pꝛo
babiliter moꝛtē vel mutilationē:vel ꝙ exponat
eā alijs:vel ꝙ trahat eam ad hereſim vel aliud
moꝛtale:vel ꝙ nō poſſet eam ſuſtētare vel fami
liam cum inter ſuos ſubueniař eis. ¶ Vigeſi/
mo quando de conſenſu vtriuſqꝫ vterqꝫ vouit
cōtinentiaꝫ ꝛ nō ſeruant:tūc eni ꝛ exigēs ꝛ red
dens ſine aliqua diſpēſatione peccaret moꝛtali
ter niſi diſpenſeř. ¶ Vigeſimopꝛimo de negli
gentia in gubernādo familiā:in admonendo
filios ꝛ ſeruos ad mādata dei ꝛ eccleſie ꝛ̨ ſacra
menta ſumēdo:in coꝛrectione vitioꝛū ꝛ hmōi.
in pꝛouidēdo neceſſaria domui:in exceſſu amo
ris alterius ad alterum:in pompis ꝛ vanitati/
uerſitatis ſi ſimplr ſupponit ciuitati cōtra cuiꝰ
hoies indicunt̃ repreſalie: nō poterūt indici re
preſalie; propter delictum domini habētis ſub
iectos. ſed bene ꝑpter delictum dictarum ciui
tatum. Itē in dictis repreſalijs cōtra homines
vnius ciuitatis. puta bonoñ. ab altera ciuitate
puta floren. ſi incole bononiē. ciuitatis ſubeūt
onera ipſius ciuitatis: exercere poterūt repreſa
lias ꝯtra eos al's nō. Item in dictis repreſalijs
ꝯtra hoīes ciuitatis. puta bononieñ. an contra
bononienſes alubi commorātes puta florētie
poſſint exerceri dicte repreſalie. dubitat̃ ꝛ aliq
dicūt ꝙ poſſunt ſi dicti bononiēſes florētie mo
rātes ſubirēt onera bononie. ſecꝰ ſi nō ſubirēt.
Alij dicunt ꝙ poſſunt exerceri ꝯtra tales ſi ſint
in eadem ꝓuincia. ſecus in alia prouincia. Alij
ꝯcedūt ſimplr in omni loco ꝛ caſu. ¶ Itē ſi de
facto nō poſſet ciuitas arcere ciuem ſuū. q etiā
eſt ciuis ciuitatis ꝯ quā indicunt̃ repreſalie. cō
tra eū optime repreſalie exercebunt̃. Nam pro
pter defectum iuriſditionis indicuntur. ſed de
iure nō debȝ iuriſditio deficere. cuȝ de iure om
nes ſubijciant̃ principi. ix. q. iij. ꝑ principalē. ſȝ
de facto deficit. qꝛ de facto nō recognoſcunt ſu
periorē. Sicut igit̃ de facto dicere pōt cum nō
ſubditus iniuriat̃. ſic ꝛ de iure ſubditꝰ de facto
reſiſtere pōt ꝛ ſic recurri ad remediū extraor
dinariū repreſaliaꝝ que iñ ſubditū nō artabāt
donec ſpecialiter ꝯtra ſubditū ſuerit ꝓceſſum
iuris ordine ſeruato nec ꝓceſſus ſortiri poteſt
effectum propter facti rebellionem. ¶ Item cō
tra bona exiſtētia in territorio ciuitatis ꝯ quā
ſunt indicte repreſalie exerceri poſſunt repreſa
lie. vt. ſ. capiant̃ ꝛ reducant̃ intra territoriū ciui
tatis indicētis. Nam ꝑpter defectuȝ iuriſditio
nis recurrit̃ ad manū regiam deficiēte formu
la iuris ſolēniter dicēdi. ꝛ ſic vbiqȝ hoc fieri po
teſt. quia vbicūqȝ licituȝ eſt cuilibet defendere
corpus ſuū Io. de lig. aliq cōtra. Item de rebꝰ
mobilibus ꝛ immobilibus illoꝝ ꝯ quos conce
duntur que reperte fuerit in territorio ciuitatis
concedentis exerceri poſſunt: hec omnia de re
preſalijs extracta ſunt ex libello Jo. de lig.

¶ Eſt quoddam .§.ij.

aliud bellum ſingulare qd̄ dr̄ duelluȝ quod fit
inter duos. Et fit iſtud duellum aut ꝑpter odij
exaggeratonē aut ꝑpter glorie temporalis cō
ſecutionem. vt. ſ. oſtēſis viribus corporis in pu
blico ex tali bello laudem ꝯſequat̃ de fortitudi
ne. aut propter iniūcti criminis purgationem
cum. ſ. alicui imponit̃ furtuȝ vel proditio ꝛ hu
iuſmodi. ꝛ ipſe duello vult oñdere ſuā innocen
tiā: ſed tale belluȝ eſt pctm̄ mortale ꝛ valde gra
ue. cum exponat ſe morti corporis ꝛ aie. Et eſt
ꝓhibitum lege diuina: naturali ꝛ poſitiua. Nā
in lege diuina dr̄. Exo. xx. non occides. ſ. nec te
nec alteꝝ. talis aūt exponit ſe occiſioni ſuppſiꝰ.
Item facit ꝯtra illud preceptum. non tentabis
dñm deum tuum. Deut. vj. hoc enim dr̄ tenta
re dñm vt dr̄. ij. q. v. monomachiam. Eſt ꝛ ꝓhi
bitum lege naturali ſumēdo ius naturale ꝓ in
ſtinctu nature ꝓueniente ex rōnabili intelligen
tia que appellat̃ naturalis equitas. di. j. ius na
turale. Itē ꝓhibet̃ lege canōica. extra de pugna
in duello. per totum. ꝛ. ij. q. v. conſuluiſti. ꝛ. l. ci
uili. C. de gladia. Joan. de lig.

¶ Nota de mate .§.iij.

ria duelli Ray. in ſumma querens vtꝝ conſue
tudo gñalis excuſet duellantes a pctō. ponit di
uerſas opi. Aliqui enim dicunt indiſtincte ꝙ
excuſat. Sed iſtam reprobat Ray. ꝛ bene. quia
hoc eſt ꝯtra diuinum preceptum. non tētabis.
Nulla autem conſuetudo que potius dicenda
eſt corruptela poteſt tollere diuinum preceptū
di. viij. que contra mores. ꝛ per alia ca. Alij di
ſtinguunt de duello videlicet quia aut offert̃.
aut oblatum ſuſcipitur ſponte. aut ſuſcipitur
inuitus iudice indicente. Et in primo ꝛ in ſe
cundo caſu peccat: mortaliter ſed non in ter
tio caſu vbi ſcilicet indicitur ei a iudice. ꝛ ſi nō
ſuſcipit oportet eum perdere vitam vel res ſu
as. Quidam iteruȝ hoc diſtinguūt. quia. ſ. vbi
eſt periculum vite puta innocenter accuſatus
de crimine ſi non vult ſe purgare per hunc mo
dum ſibi idictum tanqȝ ꝯuictus occidit̃. dicūt
tūc eſſe licitum qꝛ facit ad defenſionem ſuam.
Et hanc opi. videt̃ tenere. Nycolaus de lyra ſu
per. xvij. c. j. Regum vbi agit̃ de duello Dauid
cum Golia. Sed in cauſa ciuili ſeu pro dfenſio
ne rerum temporalium dicunt eſſe illicitū. Sȝ
vilis. Glo. Ray. credit etiam in hoc caſu eſſe li
citum. dicit enim cum res ſuas liceat armis de
fendere eas defendēdo raptoreȝ occidere ſi ali
ter defendere non poteſt: quare non poteſt eas
defendere duello non ꝙ ipſe offerret duellum:
ſed ꝙ a iudice offertur ſeu potius infertur. Et
ſic concludit iſtam opi. tenendam ſubdens ꝙ
de ſacerdote nō credit ꝙ ſuſcipere liceat nec in
cauſa ciuili nec etiam criminali. Nec ipſe. Sed
ſi hoc eſſet licitum laico ratione proprie defen
ſionis vt dictum eſt: cum ſit ita licitum de iure
nature clerico ſe defendere ſicut laico liceret
etiam ſacerdoti in dicto caſu duellum ſuſci
pere. Sed ſi non licet ſecundum ipſum: ergo
nec laico. Tutior ergo videtur opinio Ray.
concludens cum Alano: ꝙ ſine exceptione
nulla conſuetudo poteſt excuſare a peccato

⁊ ꝙ oēs indiſtincte: peccāt mortalr̄ ⁊ offerētes
duellū ⁊ ſuſcipientes ſiue ſpōte ſiue coacte. Et
iudices qui deferūt ⁊ qui preſtant auctoritatē.
Et aſſeſſores in hoc ⁊ dantes conſilium auxili/
um ⁊ fauorē: ⁊ ſacerdotes qui dant hmōi bn̄di
ctiones: minus tamē grauiter peccat qui inui/
tus ſuſcipit ꝗ̄ qui volūtariꝰ vel qui offert. Idē
dicūt Goff. Hoſti. ⁊ Joh. in ſum. confeſ. li. ij. ti.
iij. reprobantes oēs p̄dictas opi. Idem videt
ſentire be. Tho. ij. ij. q. xcv. ar. fi. in. fi. dicit eni ꝙ
eadeʒ ratio videt eſſe de lege duellorꝫ que ⁊ de
iudicio ferri candentis ⁊ aque bulliētis: niſi ꝙ
plus accedit ad rationē ſortiū inꝗ̄tum ibi nō
expectat miraculoſus effectus. ſ. in duello ſicut
in iudicio ferri candentis ⁊ hmōi: niſi forte qn̄
pugilles ſint valde impares virtute vel arte: ſʒ
iudicium ferri candentis ⁊ aque bullientis di/
cit idem Tho. eſſe illicitum: tum quia ordinat
ad iudicandū occulta: que iudicio diuino reſer
uant: tum etiā quia hoc iudicium nō eſt diuina
auctoritate ſanctū ⁊ allegat. ca. cōſuluiſti. ij. q.
v. ergo ⁊c̄. Dauid autē in illo facto excluſat tan
ꝗ̄ motꝰ ex inſtictu ſpiritu ſc̄ti: vt dr̄. ij. q. v. mo/
nomachiā: vbi dr̄ ꝙ duellare eſt deum tentare.

Titulus. v. de doctoribus ⁊ ſcholaribus.

De modo atqꝫ forma acquirendi ſcientiaʒ. ⁊ diuerſo fine ſtudentium. Capi. j.

BOnitatem ⁊ diſci
plinam ⁊ ſciam doce me: q: māda
tis tuis credidi. ps. cxviij. Ut ait
phs primo meth. Oēs hoies na/
tura ſcire deſiderāt. Huius ratio: q: vnūquod/
qꝫ naturaliter appetit ſuam perfectioneʒ: ⁊ q:
ſcientia ſeu cognitio veritatis p̄ficit intellectuʒ
qđ eſt precipuū in homie: ideo appetit ſcire vt
perficiat. Quod aūt ait Aug. ꝙ ſūt quedā que
melius eſt neſcire ꝗ̄ ſcire. diſ. xxxviij. ꝗ̄uis. nō
ideo hoc dicit quaſi ſit aliq̄ ſcientia mala de ſe:
ſed propter abuſuʒ eius inquantū. ſ. quis male
vtit aliquorꝫ ſcientia vʒ vel ad oſtentationem.
ſm̄ illud ſcientia inflat. j. Cor. viij. c. vel ad cu/
rioſitatē ſupſtitionē vel cupiditatē. Un̄ Bern̄.
Sunt quidā qui ſcire volūt vt ſciant. ⁊ curioſi/
tas eſt. Sūt qui ſcire volūt vt ſciant: ⁊ vanitas
eſt. Sūt qui ſcire volūt vt lucrent: ⁊ cupiditas
eſt: qn̄ lucrū querūt per fas ⁊ nefas. Et ſunt qui
ſcire volunt vt edificent. ſ. alios: vel edificent.
ſ. in ſe ⁊ charitas eſt. De p̄mis tribus generibꝰ
querentibꝰ ſcire. Sapien. xiij. dicit. Uani ſunt
omnes hoies i quibus nō ſubeſt ſciētia dei. Et
illud Eccl's. j. In multa ſcientia al's ſapia multa
eſt indignatio. De vltimo autem genere dici/
tur Sap. x. Dedit illi. ſ. iuſto ſcientiam ſctōrum
honeſtauit illū in laboribus. In hoc cōſiſtit ta/
lis ſcientia vt primo ⁊ principaliter cognoſcat
deum: deinde ſeipſum ⁊ quecūqꝫ alia ſcire pro
curat ad deū finaliter referat. Unde Augu. pro
breuiſſima orone ⁊ vltima dicebat. Deus ſem/
per idem noueram te: nouerim me. Quia igit
ſicut ⁊ aliorum bonorū: ita ⁊ hmōi ſcientie da/
tor eſt deus: ideo ps. ſuo exēplo docet nos hāc
a deo poſtulandam ⁊ procurandā dicens. Bo/
nitatem ⁊ diſciplinam ⁊c̄. Ubi tria notantur.

Ut cognitio veritatis a deo expectetur. ibi doce me.

Ut ordo cōgruitatis obſeruetur. ibi bonitatem ⁊ diſciplinam. ⁊ ſcientiā.

Ut cognitio humanitatis applicetur. ibi q: mandatis tuis credidi.

Primo cogni/ .§. i.

tio veritatis a deo expectet. Clarū eſt ꝙ nullus
naſcitur magiſter: ſed vacuus omni ſciētia. Si
cut eniʒ ait phs. ij. de anima. Anima noſtra na
ſcitur ſicut tabula raſa in qua nihil eſt pictum:
ſed apta eſt pingi. Quāuis auteʒ cōmuniter in
ſcientijs doceamur per magiſtros: tamē q: ois
homo mēdax. vt dicit in ps. ſ. ex ſe propter qđ
maximi phi qui dixerunt: labia noſtra a nobis
ſunt: quis noſter dn̄s eſt? q: non recognouerūt
ſciam ſuam a deo: ſed ſibi attribuerūt: ſtulti fa/
cti ſunt. vt dicit Ro. j. ⁊ multos errores docue/
runt diſcipulos ſuos. Sed etſi magiſter vera ⁊
optima doceat: niſi deus illuſtret menteʒ diſci/
puli irradiatione ſaltē naturali: nullā ſciētiam
addiſcere pōt quis. Et hoc eſt qđ ait xp̄s Mat/
thei. xxiij. Unus eſt magiſter veſter qui in celis
eſt. qui. ſ. eſt p̄ncipalis ad mouendū intellectuʒ
ad percipiēdas ſcias. Inſuper ⁊ ois ſapientia a
dn̄o deo eſt. Ecc̄i. j. ⁊ ab ipſo fonte deriuate ſūt
ſciētie. Un̄ Amb. ſuper ep'lam ad Col'. ait. Ois
ratio ſup̄ne ſcientie vel terrene creature in eo ē
qui eſt caput earuʒ ⁊ auctor: vt qui hunc nouit
nihil vltra querat: q: hic eſt p̄fecta virtus ⁊ ſa/
pientia: qcq̄d alibi querit hic p̄fecte inuenit. In
Daniele ⁊ Salomone oſtēdit infidelibus ſe au
ctorē eſſe totius ſapientie: qđ infideles non pu
tant: q: non legūt in euangelijs ⁊ p̄phetijs: ſed
aſtrologiā ⁊ alia hmōi qui deſpecta ſunt: q: ni/
hil valēt ad ſalutem ſed mittūt in errorē: ⁊ duʒ
his ſtudent curā anime non habent. Hec ille ⁊
habet di. xxxvij. legimus. j. §. ſed ecōtra. A deo
ergo eſt expectāda ſciētia ⁊ imploranda dicen/
do. Bonitatē ⁊ diſciplinā ⁊ ſciam doce me. In
uocaui ait ſapiēs ⁊ venit in me ſp̄us ſapientie.
Sap. vij. Sic Salomon poſtulādo ſapientiam
exauditus eſt: non ſolum ad regendū populuʒ
recipiendo ſcientiam: ſed ⁊ moralium: vt patet
in prouerbijs ⁊ eccleſiaſten ⁊ diuinorum arca/
norum vt in

noꝛum vt in canticis canticoꝝ ac etiã naturaliũ
um. Nam diſputauit de plãtis a cedro vſq3 ad
hyſopũ: ⁊ de aĩalibus terre ⁊ volucribus ⁊ pi-
ſcibus. vt dicit. iij. Reg. iiij. Et multa ſcripſit: l3
non inueniant nũc de hmõi naturalibus eius
ſcripta. Ita tñ a deo expectãda eſt ſciẽtia vt ſol-
licitudo ⁊ laboꝛ adhibeat. Prouer. xxvij. Stu-
de ſapientie fili mi ⁊ letifica coꝛ meu3 vt poſſis
exprobãti rñdere ſermonẽ. Sicut enĩ deus ſm
cõem legem coꝛpoꝛa ſanat mediãtibus natura
libus medicinis ⁊ ꝯſilijs medicoꝝ: ⁊ aĩas pec-
catis languidas curat mediãtibus medicinis
ſpũalibus ſacroꝛum ⁊ ſacerdotibus ea cõferen
tibus. Ita ſapientiã dz ꝓcurare ſibi qui vult ſa-
piens ⁊ doctus haberi: q̃uis aliquãdo ꝑter cõ
munem legẽ deus ſanat aliquos in coꝛpoꝛe ſi-
ne medicinis miraculoſe: ⁊ in aĩa ſine ſacramẽ
tis. Ita ſm curſum ſolitũ docet hominẽ ſciam
deus: mediãtibus magr̃is ⁊ laboꝛibus ⁊ exer-
citijs diſcipuloꝝ his vacantium quãuis aplos
docuerit oẽm veritatẽ ſeu cõem ſcientiam ſine
humana iduſtria. Vñ Hiero. dicit. Quod illis:
ſcil3 aplis ſuggerebat ſpiritusſanctus: hoc ali-
is ꝯfert quotidiana in lege domini meditatio.
Laboꝛando igitur in ſtudio ⁊ a deo poſtulãdo
bonitatem diſciplinam ⁊ ſcientiam dabitur ei.

Secundo oꝛdo .§. ij.

cõgruus ſeruari debet in poſtulãdo ⁊ ꝓcuran
do ſcia3 qui hic tradit: v3 vt pꝛius ac poti⁹ pro
curetur bonitas: ⁊ exinde diſciplina ⁊ demum
ſcia. Nam vt ait apls. i. Coꝛ. xiij. Si nouerim
oĩa myſteria. ſ. quoad ſapientiã diuinoꝝ: ⁊ ha-
buero oẽm ſciam quo. ſ. ad noticiam naturali-
um: charitatẽ aũt non habuero nihil ſum. Ipa
charitas eſt que facit aĩam ſimpliciter bona3: ⁊
ex qua eſt vera bonitas in hoĩe ⁊ in operibus
eius. Dicit enim Augu. Radix omnium bono
rum eſt charitas. de peni. diſt. ij. quia. Debet er
go poſtulari ⁊ opere procurari.

Bonitas diſpõnis īterioꝛis quoad affectũ.
Diſciplina cõpoſitiõis exterioꝛis q̃ad actũ.
Scia cognitiõis certioꝛis quoad intellectũ.

In adipiſcẽdo ⁊ habẽdo ſcientiã vtiliter et
docendo: op3 pꝛimo habere bonitatẽ verã mẽ-
tis: que vtiq3 procedit ex gratia. ſm illud apo-
ſtoli ad Ephe. v. Fructus lucis eſt in omni bo-
nitate. i. effectus gratie eſt omnis bonitas. Vñ
Fulgen. Non eſt perfecta bonitas a qua nõ oĩs
malicia vincitur. Hec aute3 bonitas eſt virtus.
Unde Augu. dicit ꝙ virtus eſt bona qualitas
mentis qua recte viuitur. Et phs in ij lib. Ethico
rũ. ij. dicit ꝙ virtus bonum facit habentem et
opus eius bonum reddit. qđ maxime fit ꝑ cha
ritatem: que omnem virtutẽ complectit. vt enĩ
dicit. Sapien. j. In maliuolam aĩam non itroi-
bit ſapientia: nec habitabit in coꝛpoꝛe ſubdito
peccatis. Et ideo ſi fragilitate in aliqđ peccatũ
labunt q̃3 citius reuertant ad pñiam vt anima
maliuola. i. que voluit malũ peccati efficiat be-
niuola ⁊ nõ ſubdita peccato ſ3 bonitati. Unde
ſepe cõfiteat ⁊ aliquãdo coicet: q̃uis enim pec
catum non tollat homini lumẽ naturale intelle
ctus: ſed paſſionibus multũ offuſcat. Et diabo-
lus ipſe qui habet ſcia3 de diuinis ⁊ humanis
ſup omnes moꝛtales: qꝛ cũ ea bonitate3 virtu-
tis non h3: ad augmẽtũ ſibi eſt iudicij. Nec ho
minis meritũ ad qđ ſequitur gloꝛie pmium ex
ſcia eſt ſed ex eius vſu bono qui ꝓuenit ex cha-
ritate. Et rõ huius eſt qꝛ ad meritu3 requiritur
liberi arbitrij actus: ſed cũ intellectui ꝓponitur
clare aliqua veritas quã capiat: ia3 non eſt libe
ra ratio ad aſſentiendũ: vel diſſentiendũ: ſ3 ca-
ptiuatur ⁊ cogitur ad aſſentiendũ. In vſu autẽ
ſcie cõcurrit actus liberi arbitrij: qꝛ liber eſt q-
libet ad diſcendũ vel docendũ vel ꝯſiderãdu3
ſuper aliqua materia ⁊ ab his deſiſtendu3: ⁊ iõ
hoc faciẽdo cum bonitate. i. charitate meret. er
go bonitas pꝛimo querẽda eſt. Et quia cu3 vna
ex potẽtijs in actu ſuo multũ intẽdit: alie remit
tuntur ab actib⁹ ſuis: qñ intellectus laboꝛat in
ſpeculãdo virtutes ſcientie ſeu addiſcendo: ne
affectus nimis remittat a feruoꝛe bonitatis et
paulati3 euaneſcat: iõ inter lectiones ſpeculabi
lium foꝛmanda eſt breuis oꝛatio: vł meditatio
erga deum: aut lectio ſepe habenda de doctri-
nis moꝛalibus ⁊ affectiuis. Sicut legit de bea
to Thoma de aquino: qui inter exercitia ſpecu
latiuoꝝ quotidie legebat. vel audiebat aliquid
de collationib⁹: vel vita patru3. Debet ſcđo
doctoꝛ ⁊ ſcholaris ꝓcurare diſciplinã. i. cõpoſi
tionẽ moꝝũ exterioꝝũ ſeu modeſtiã. De qua di-
citur Eccl. xlv. Dedit illi legẽ vite. i. ſpũalis gra
tie ⁊ diſcipline. i. cõpoſitionis exterioꝛis. ſed ſ3
tñ ꝓcedat ex bonitate interioꝛi. Nam aľs eẽt hy
pocriſis ⁊ ſimulata equitas ⁊ duplex iniqtas.
Unde dicit Sap. j. Spũſſanctus diſcipline ef-
fugiet fictum. i. ſimulatã compoſitionẽ actuu3
exterioꝝũ. Debet ergo eſſe diſciplinatus. i. mo-
deratus in verbis. vt pauca dic. ⁊ illa rõnabi-
lia ⁊ vtilia: qꝛ in multiloquio non deeſt pctm̃.
ait Salomon. qui aũt moderatur labia ſua pru
dentiſſimus eſt. Prouerb x. A ꝯtẽtionibus ad
oſtentationẽ caueat a detractionib⁹: ſuſurratio
nibus: irriſionibus: periurijs: ⁊ turpibus ver-
bis quibus hodie multi dediti ſunt ſcholares.
Inſuper ab emulationibus ſocioꝝ vel magr̃o
rum ſuoꝝ. Sit quoq3 diſciplinatus in aſpectu.
qꝛ vt ait Augu. Impudicus oculus impudici
coꝛdis eſt nuncius. Non ergo diſcurrat ꝑ pla-
teas vel eccliãs ad videndũ mulieres ⁊ ꝓcãdũ
vel ſociandu3. qꝛ vt dr̃ Matth. v. Qui viderit

mulierē ad ꝯcupiſcendū eā:iam mechatus eſt
eā in corde ſuo. Diſciplinā habeat in auditu:
nō audiat cātilenas:turpia v̄ba. Corrūpūt eni
bonos mores colloqa mala. ait apl's.j. Corin.
xv. Nec audiat ⁊ minus credat detractiōes ab
alijs factas:ſȝ horreat:vt eni dic̄ Dam̄ ca.xj.q.
iij. Nō ſolū. Nō ſolū reus ē qui de alio malū ꝓ
fert:ſed ēt qui aurē cito cribus ꝓbet. Diſcipli/
di.44. na vtaſ in guſtu.vt in cibo ⁊ potu ſit ꝑpar⁹. Nā
c.non li vt ait Hier. Uēter pinguis craſſuȝ ſenſuȝ gene
ceat. rat. Jn veſtitu qȝ vt hūiliter induaſ oēȝ luxuriā
vitet:vt ſit diſciplinat⁹ in tactu.q2 nil ita obnu
bilat rōnē ſicut actus venereus.ſm phȝ. Unde
Eccli.xix.d2. Uinū ⁊ mulieres apoſtatare faciūt
ſapiētes:⁊ auferūt cor.i.rōneȝ ⁊ bonitatē. A ri/
xis abſtineat.ludis:tripudijs:cōuiuijs:ꝑtiali/
tatibus circa ea q̄ ꝑtinēt ad vniuerſitatē.ſed vt
d2 ꝑuer.j. Eroſaȝ habuerūt diſciplinaȝ. Coſter
oīa iſta vitia hodie reperiunſ in ſcholarib⁹:et
aliqñ in magr̄is ⁊ iō paruȝ ꝓficiūt. Bonitas ḡ
quoad deū:diſciplinā quoad ꝓximū: vtraqȝ q̄/
ad ſeipm petēda eſt a dño. ¶ Debet tertio do/
ctor ſiue ſcholaris vacare acqſitiōi ſcie. Eqdeȝ
ſcia eoꝝ q̄ ꝑtinēt ad ſtatū ſuū vnicuiqȝ neceſſa/
ria eſt. Xp̄ianus eni qlibet ſcire dȝ que ꝑtinent
ad xp̄ianitatē: v̄ emādata dei ⁊ eccl'ie. Medic⁹
que ad medicine ſciaȝ:aduocatus ⁊ iuriſcōſul
tus dȝ h̄re ſcias iuris. Sacerdos que ꝑtinēt ad
debitā miniſtrationē ſacroꝝ. Religioſi que ꝑti
nēt ad religionē:⁊ prelatus que ſpectāt ad db/
tū reginīē ꝑpli:⁊ doctor cuiuſqȝ facultatis q̄ ad
illā ꝑtinent. al's hmōi ſcie defectus ꝑnitioſus ē
cuilibȝ tali. Uñ Eſa.v.d2. Propterea captiuus
ductus eſt ꝑpl's meus:q2 nō hūit ſciaȝ. ait dñs.
Et Leo papa. Si in laicis vr̄ intolerabilis inſci
entia:q̄ꝫtomagis in ſacerdotib⁹:nec excuſatio
ne digna eſt nec venia.di.xxxviij. Si in laicis.
Dicit eni dñs ꝑ ꝓphaȝ Oſee.iiij. Quia tu ſciaȝ
repuliſti:repellā te ne ſacerdotio fungaris mi/
hi. Et Gra.di.xxxvj. Qui eccl'iaſticis.§.ex qb⁹.
Non ſufficit ꝓlatis bona ꝯuerſatio: quoad ꝓ/
mū.ſ.bonitatē.⁊ honeſtas morū:quoad ſcd̄ȝ.ſ.
diſciplinā:niſi addaſ ⁊ ſcia.⁊ hoc eſt tertiū; qđ
poſtulaſ.cū d2 bonitatē ⁊ diſciplinā ⁊ ſciam do
ce me. Licet aūt ſcia ſcripturarū vtilis ſit oib⁹:
maxie neceſſaria eſt clericis. De qua Hiero. Di
ſcamus in terris quoꝝ nobis ſcia ꝑſeueret ī ce
lis. Et ſtudio eius maxime clerici ⁊ religioſi de
bēt inſiſtere.vt oñdit Gratia.diſt.xxxvj. ꝑ totū.
tñ ⁊ vacare alijs ſciētijs.vt quadruuij ⁊ triuij ſi
ne ⁊ mō debitis non ꝓhibeſ etiā clericis ⁊ reli/
gioſis:niſi ſtudij ꝓphāce.i.medicine ⁊ legū qđ
vetatur certis ꝑſonis eccl'iaſticis.vt diceſ iſra.⁊
ſȝ vt vtiliorib⁹ vacēt. Dicit eni Hiero. Muſica:
⁊ geometria:⁊ arithmetica hñt in ſua ſcia veri
tatē:ſȝ nō ſunt ille ſcie pietatis.di.xxxvij. ſiqs.

Ubi dic̄ glo.q2 de aſtronomia.i. aſtrologia nō
facit Hiero. mentionē que eſt q̄rta ſcia in q̄dru
uio:que abijt in diſſuetudinē:vl' ſorte potius:
q2 huic vacātes falſitates īmiſcēt iudicijs ⁊ nō
ſolū de naturalib⁹.ſed ⁊ de actibus hūanis ex
libero arbitrio ꝓcedētibus ex cōſtellationibus
volūt diuinare. Grāmatica aūt que ē ianua cū/
ctarū ſciaꝝ non ſolū vtilis.ſed neceſſaria eſt.et
logica ad diſputandū ⁊ vincendū errores. Uñ
Hiero. Siqs grāmaticā artē nouerit vel diale/
ticā:vt recte loquēdi rōnem hēat:⁊ inter vera
falſaqȝ dijudicet:nō improbamus.di.xxxvij.ſi
quis. Sciētia phie plurimū cōfert ⁊ ad noticiā
ſacraꝝ l'raꝝ:⁊ ad cōuincendos errores gentili
um. Uñ Augu. inqt. Si qd veri de deo ſibylla
aut orpheus ceteri ve gentiuȝ vates.i. poete ⁊
phi dixerūt:valet quidē ad paganoꝝ vanitatē
cōuincendā.di.xxxvij. Si qd. Et Hiero. Si qſ
piaȝ aduerſus mathematicos velit ſcribere im
perit⁹ matheſeos riſui patet:⁊ aduerſus phos
diſputās ignoret dogmata phoꝝ.ſ.riſui patet.
di.xxxvij.§ de mēſa. Et in huius figurā mune
ra tria que magi dño obtulerunt ei vtiqȝ grata
dſignāt tres partes phie.vt ait Gra.di.xxxvij.
legim⁹.ſ.naturalē cui ſupponiſ medicina. Mo
ralē cui ſupponiſ canonica ⁊ ciuilis ſcia. Et rō/
nalem que ad logicā ꝑtinet. Rhetorica autem
cui deſeruit poeſis ad ꝑſuadēdū plurimū valȝ
vñ ⁊ ad ꝓdicādū. Et in figurā tanqȝ rē ſibi gra
tam dñs in lege primitias mellis iuſſit ſibi of/
ferri:deſignātē dulcedinē humane eloquētie.
vſ vȝ in ipſa eloquētia deo intendat placere:⁊
ſic hoibus nō ꝓpter ſe:ſed ꝓpter deū. Et in pre/
dictoꝝ exemplū. Daniel ſanctus ꝑmiſit ſe eru/
diri in ſcientia chaldea que vtiqȝ hūana erat.
Dañ.j. Et moyſes fuit eruditus in omni ſciētia
egyptiorū. Actuū.vij. Paulus quoqȝ apl's ali/
qua phoꝝ ⁊ poetarū ſuis ſcripturis īdidit. Uñ
j. Corin.xv. Sententiā menādri ponit.ſ. Corrū
punt bonos mores colloquia mala. Et ad Titū
ꝑmo pigmenidis poete verſus inducit. Cretē
ſes ſemꝑ mendaces male beſtie ventris pigri.
Et cōtra athenienſes diſputās arati poete vtiſ
teſtimonio dicens. Genus cum ſimus dei in ip
ſo viuimus mouemur ⁊ ſumus. Actuuȝ.xvij.
Hiero. etiam vſus eſt quibuſdā verbis Uirgi/
lij.de cōſe.diſt.v. nunqȝ ⁊ Galieni ⁊ Hippocra/
tis.di.ea.ne tales. Et Aug. v̄bis Lucani.xxvj.
q.v. nec mirū. Jn hoꝝ etiaȝ figurā precepit do
minus populo ſuo iſrael expoliare egyptios:
vaſis aureis ⁊ argenteis ab eis mutuatis:mor
taliter inſtruēs vt ſiue aurum ſapiētie:ſiue ar/
gentū apud poetas inuenimus eloquētie:illō
in vſum ſalutiferū noſtre eruditiōis vertam⁹.
vt dicit Gratia.di.xxxvij. Legimus.§. ſed eco/
tra. Beda etiā dicit di.ea.turbat. Turbat acu

men legentiũ ⁊ deficere cogit qui eos a legen/
dis ſecularibus libꝛis oĩbus modis eſtimat p/
hibendos: in qbus ſiqua inuẽta vtilia ſunt ꝗſi
ſua ſumere licet. Eugenius papa in ſynodo ſta
tuit. vt oĩno cura ⁊ diligẽtia habeat: vt magi/
ſtri ⁊ doctores ↄſtituantur qui ſtudia lrarum li
beraliũq; artiũ dogmata aſſidue doceãt: quia
in his maxime diuina manifeſtant ⁊ declaran
tur mãdata. di. xxxvij. de quibuſdã. Et extra de
magiſtris. c. j. dicit ꝙ eccleſia cathedralis deb;
tenere magros artiũ liberaliũ ad minus gram
matice qui clericos ⁊ alios paupes doceãt gra
tis ⁊ debet aſſignari magiſtro pꝛouentus vni⁹
pꝛebẽde. Et eodẽ modo debẽt alie eccleſie face
re quarũ ſufficiunt facultates. In metropolita
na eccleſia vlterius debet eſſe magr̃ theologie
⁊ recipere pꝛuentus: ⁊ non tñ pp̃ter hoc deb; eẽ
canonicus. Ipſa eñi theologia eſt dña omniu;
ſcientiaꝝ ⁊ oẽs artes liberales ſunt ei ancille: et
ei deſeruiunt: ⁊ ad hũc finẽ a clericis ⁊ religio/
ſis in eis debet ſtuderi: nõ ad vanitatẽ ⁊ curio/
ſitatem: ſed ad maioꝛẽ eruditionem ſcriptura/
rum ⁊ cũ timoꝛe ⁊ obedientia: q: ſcia inflat. ait
apl's. Quomodo aũt ſit licitũ vel illicitum in il
lis ſtudere diffuſius habetur ſupra parte ſecun
da titulo tertio capitulo de curioſitate.

¶ Tertio opoꝛtet .§. iij.

in docẽdo ⁊ diſcendo humilitatẽ ſeruare. Pꝛo
uer. xj. Ubi humilitas ibi ⁊ ſapiẽtia: ⁊ econtra.
Dicit Grego. ꝙ maximũ obſtaculũ veritatis eſt
ſupbia. Ad hãc humilitatẽ ptinet vt ne qs ſeip
ſum doceat. nec ab alio qđ neſcit diſcere erube
ſcat. Senex ad iuuenẽ: ⁊ eps tot ãnoꝛu; a colle
ga. necdũ anniculo partus ſum edoceri. ait ſũ/
mus doctoꝛ Augu. xxiiij. q. iij. ſi habes. Et Hie
ro. ſcribit ad ruſticũ. Diſcas qđ poſſis docere:
⁊ rõnabile; hoſtiã offeras deo: ne ſis miles pꝛi
uſq; tyro: ne pꝛius magiſter ſis ꝗ diſcipulus.
xvj. q. j. Si clericatus. ⁊ c. precedẽti ait. Multo
tpe diſce que poſtmodũ doceas: ⁊ inter bonos
ſemper ſectare melioꝛes. Tempus tacendi ⁊ tẽ
pus loquendi. Eccl's. iij. Quia pꝛius veritas ta
cendo diſcitur poſtea docetur. Et chriſtus ſapi
entia patris duodẽnis in templo repertus ẽ in
medio doctoꝛum: non quidẽ docens: ſed audi
ens ⁊ interrogans illos. Luce. ij. Unde Hiero.
Pythagoꝛicoꝛũ doctrina eſt per quinquẽniu;
tacere ⁊ poſtea erudite loqui. etſi quiſpiam in/
geniũ acutiſſimu; haberet Auguſtini. qui oẽs
artes liberales ⁊ aliquas etiam mathematicas
per ſeipſum legẽdo nullo tradente homi; didi
cit: melius tamen ⁊ certius a voce viua ꝗ moꝛ
tua libꝛoꝝ ſcientia; hauſit. Nam vt dicit Hie/
rony. Habet neſcio quid latentis energie viue
vocis actus: ⁊ de oꝛe magiſtri in aure diſcipuli
tranſfuſa foꝛtius ſonat. Pertinet ad hãc humi
litatem: vt diſcipulus credat regulis ⁊ doctri/
nis magiſtri. Uñ phs ait. j. Poſterioꝝ. Opoꝛ/
tet addiſcentem credere. Et hoc eſt quod dicit.
q: mandatis tuis credidi. q. d. ideo debes me
docere ſcientiam: q: credidi regule tue doctri/
ne. Si enim non credideritis non intelligetis.
dicit Eſaias. Eſa. vij. Quantã humilitatẽ ⁊ aui
ditatem addiſcendi ab alijs etia; doctiſſime vi
ri ⁊ Ethnici habuerint: oſtendit Hiero. in pꝛo/
logo biblie dicens. Legimus in veteribus hy/
ſtoꝛijs quoſdam luſtraſſe pꝛuincias: nouos adij
ſſe populos: maria tranſiſſe: vt eos quos ex li/
bꝛis nouerãt coꝛam quoq; viderẽt. Sic pytha/
goꝛas memphiticos vates: ſic Plato egyptum
⁊ architam Tarentinu;: eãq; oꝛam ytalie: que
quondam magna grecia dicebatur: laboꝛioſiſ/
ſime pagrauit: vt qui athenis magiſter erat et
potens: cuiuſq; doctrinas achademie gymna/
ſia perſonabant: ⁊ fierẽt peregrinus atq; diſci/
pulus: mallens aliena verecũde diſcere ꝗ ſua
impꝛudenter ingerere. Deniq; cũ litteras qua
ſi toto oꝛbe fugientes perſequitur: captus a pi/
ratis ⁊ venũdatus: tyranno crudeliſſimo paru
it: ductus captiuus vinctus ⁊ ſeruus. tamẽ qa
phs maioꝛ emente ſe fuit. Ad Titum Liuium
lacteo eloquentie fonte manantem de vltimis
hiſpaniarum galliarumq; finibus quoſda; ve
niſſe nobiles legimus ⁊c. ibi vide multa exem
pla Lactantius. Magno ⁊ excellenti ingenio
viri cum ſe doctrine penitus dediſſent: quicqđ
laboꝛis poterant impendi: contemptis omni/
bus ⁊ priuatis ⁊ publicis actionibus: ad inqui
rende veritatis ſtudium contulerunt: eſtiman/
tes multo eſſe preclarius diuinarum humana
rũq; rerum inueſtigare ac ſcire rõnem: ꝗ ſtruẽ
dis opibus: accumulandis honoꝛibus inhere/
re: quib⁹ rebus qm̃ terrene ⁊ fragiles ſunt: ⁊ ad
ſolius coꝛpoꝛis pertinet cultum nemo melioꝛ
nemo iuſtioꝛ effici põt. Erant quide; illi verita
tis cognitione digniſſimi: quam ſcire tantope
re cupiuerunt: atq; ita vt rebus omnibus eam
anponerẽt. Na; ⁊ abieciſſe quoſdã res familia
res ⁊ renũciaſſe vniuerſis voluptatibus ↄſtat:
vt ſolã nudãq; virtute; nudiq; expediti ſeque/
rent. Hec Lactã. in pꝛincipio de falſa religione.

¶ De multis que pertinẽt ad doctoꝛatu; in di
uerſis ſciẽtijs. ⁊ de pluribus defectibus docto/
rum ⁊ ſcholarium. Capitulum. ij.

AUguſtinus de an/
chona in libꝛo de poteſtate eccleſia
ſtica dicit. ꝙ magiſtrãdus in theo/
logia tenetur ſcire humanas ſci/
entias. Et ratio eſt. quia cum magi/
ſter in theologia tenetur diuinã ſcripturã de/

clarare intelligibiliter: docere eloquẽter: ↄtra impugnãtes defendere fideliter: ⁊ ad hec tria plurimũ valeant ſcie hũane methaphiſice ſcie diffiniendi ⁊ diuidendi rethoꝛice: ethice: ⁊ politice. ideo debet hꝛe noticiam talium: ita tñ ꝙ nõ ſiſtat i eis: ſed i theologia finaliter. Et credibile eſt vt ait Aug. ꝙ phi de litteris nr̃is habuerũt quecũꝗ bona ⁊ quecũꝗ vera dixerũt. Cuꝫ ante lr̃as gentis hebꝛeoꝝ doctrina fuit: in qua vni⁹ dei cultus emicuit: nec ipſe pythagoꝛas fuit a cui⁹ poſteris platonici theologiã didiciſſe aſſerũtur. Et ideo ſi qua vera dixerũt tãꝗ ab iniuſtis poſſeſſoꝛib⁹ accipienda ſunt. Uñ ⁊ Caſſio. ait ꝙ ois ſplẽdoꝛ rhetoꝛice eloquentie: oẽs modi poetice locutiõis a diuinis ſcripturis ſũpſit exoꝛdiũ. di. xxxvij. Legimus. §. Sed econtra. Utile etiam eſt ⁊ ↄgruuꝫ ſcire talẽ magr̃m varias linguas: pꝛecipue hebꝛaicam ⁊ grecam ꝓpter infideliũ cõuerſionem: ⁊ ꝓpter ſcripture ſacre plenioꝛẽ intellectionẽ. Magna eni ſacra ſunt i iterpꝛetatiõib⁹ nominũ pꝛecipue hebꝛaicoꝛũ. vt pꝫ in expoſitione dicte ſcripture: ⁊ pꝛopter docentiũ maioꝛem fructificationẽ. Unde extra de magr̃is ſtatuitur ꝙ i vrbe ⁊ quibuſdã alijs locis habeant docentes hmõi linguas.

Ordinatio au- .§.i.

tem ſtudioꝛum ⁊ pꝛecipue in theologia ⁊ canonico iure pertinet ad papaꝫ. Unde extra de magiſtris. c. j. ſtatuitur. ꝙ teneantur magiſtris in theologia ad docendũ theologiam in eccleſijs metropolitanis. ⁊ in. c. ſuper ſpecula. de mgr̃is mandat: ꝙ pꝛelati eccleſiarũ ⁊ capitula mittant aliquos dociles ad ſtudendum in theologia. Huius ratio quadruplex eſt ẽm Aug. de anch. in li. de ptãte eccleſiaſtica. dicit eni ꝙ fides xp̃iana: cuius papa eſt caput ⁊ directoꝛ: multis modis iuuat ⁊ ꝓmouet per oꝛdinationẽ ſtudioꝝ. ¶ Pꝛimo in erroꝝ vitatiõe. Nõ eni pñt errores vitari ⁊ repꝛobari niſi cognoſcãtur. Unde ex defectu ſcie pꝛouenit colere mltos deos. Unde dr̃. Sap. xiij. Nõ cognoſcẽtes quis eẽt oiuꝫ artifex. ſed aut ignem: aut aerem: aut gyrũ ſtellarũ: aut aquã: aut ſolẽ: rectoꝛes oꝛbis terraruꝫ putauerũt. ¶ Scõo in vitioꝛũ vitatiõe. Sicut eni vitioſi nõ curant: niſi per virtuoſos: ſic ſtulti quoꝝ infinitus eſt nũerus nõ curantur niſi p ſapientes. Unde ſcribitur. Sap. vj. ꝙ multitudo ſapientũ ſanitas oꝛbis terrarũ eſt. ⁊ rex ſapiens ſtabilimẽtũ ꝑpl̃i. Plato etiã dicebat reſpublicas foꝛe btãs ſi ſapientes eas gubernarẽt: vl' qui eas gubernãt ſapie vacarent. ¶ Tertio in iudicioꝝ determinatiõe. Nõ eni aliter iudicia iuſte determinari pñt niſi per ſapiẽtum diſcuſſionẽ. Unde ⁊ Salomoni dictũ eſt. iij. Re. iij. Quia poſtulaſti tibi ſapiam ad diſcernendum iudicium: ecce feci tibi ẽm ſermones tuos ⁊ dedi tibi coꝛ ſapiẽs ⁊ itelligens. ¶ Quarto in regni ⁊ populi dominatione. Nõ eniꝫ poſſunt ꝗ pſunt iuſte dñari ⁊ imperari ſubditis: niſi vigeãt intellectu ⁊ ſcia. Unde ſcribit Sap. viij. Per ſapiẽtiam habebo claritatem ad turbas: ⁊ honoꝛes apud ſenioꝛes ⁊ iuuenes. Diſponam p ipſam populos: ⁊ natiões mihi erũt ſubdite. Pꝛopter iſta ergo facta eſt decretalis in ↄcilio lateraneñ. ⁊ poſtea p Inno. tertium cõfirmata: ꝗuis male ſeruet: modicũ tñ vtile eſt bonos canones eſſe ⁊ eos nõ ſeruare. ¶ Ubi etiam notãdum ẽm eũdem Aug. de ancho. ꝙ pꝛimum ſtudiũ fuit oꝛdinatũ in egypto. ibi nãꝗ gẽs ſacerdotum vacare dimiſſa eſt ad inuẽtionem ſcientiarum. vt dicit phs in. j. metha. Fuit autem illa oꝛdinatio ſtudij circa ſcias mathematicas: q̃ vt dicit Aug. de doctrina xp̃iana. vtiles ſunt ad ſacram theologiam intelligẽdã: ⁊ ſi non neceſſe. Et ꝗuis illi ſacerdotes ſacram ſcripturaꝫ ignoꝛarẽt: tñ ipſam figurabãt ⁊ ↄditionem docẽtium eam. Pꝛimo qdẽ: q: illaꝝ ſciẽtiaꝝ inuẽtoꝛes erãt ſacerdotes: q ſtipẽd: a a cõitate percipiebãt: liberi a cẽſu regali vel iudiciali exiſtentes. vꝫ illud Gen. xlvij. Subiecitꝗ pharaoni ioſeph oẽm terram egypti pter terram ſacerdotũ qui a rege fuerat tradita eis. Scõo pp moduꝫ tradẽdi illas ſcias: q: ſ. tradiderũt illas ſcias p quaſdam ſilitudines ⁊ figuras qḋ eſt pꝛopꝛiuꝫ theologie. vnde dicit phs. j. metha. illos theologizaſſe. eo. ſ. ꝙ figuratiue ⁊ metaphoꝛice locuti ſũt. Qḋ aũt ſciãt magiſtri in theologia ſciẽtias ſeculares vel varias linguas ⁊ parum vel nihil ſciãt vel ſtudeãt ſcripturaꝫ ſacram: valde reprehẽſibile ⁊ incõgruum eſt. Parati inquit pꝛinceps apl'oꝛuꝫ: in pꝛima canonica ſua. c. iij. reddere rõnem omni poſcenti vos de ea fide ⁊ ſpe que in vobis eſt. Et Hiero. Sacerdotis eſt ad interrogatũ rñdere de lege: non ait de philoſophia vel geometria: ſed de lege. ſ. dei que ẽ in ſacra ſcriptura. Sed hodie clerici ⁊ religioſi nõ vacãt niſi ſophiſmatibus ⁊ foꝛmalitatib⁹ ⁊ metaphiſicis vel ſermonibus faleratis Ciceronis. Et ſi canones vident nõ niſi de iudicialibus ⁊ vix aliquãdo dignantur aſpicere ſacras ſcripturas: textum ſententiarum: libꝛum decretoꝝ fundamenta iuris diuini ⁊ canonici. vt' impleatur illud apoſtoli. Semper diſcentes ⁊ nũquam ad ſcientiam peruenientes. ij.ti.iij.

Querit Augu- .§.ij.

ſtinus de ancho. in li. vbi. ſ. Utrum magiſtrandus in theologia teneatur ſcire ius canonicũ. Et rñdet ꝙ diſtinctio vni⁹ ſcie ab alia nõ accipitur penes rem q̃ cognoſcit: ſed penes diuerſuꝫ modũ ſciẽdi. Uñ penes diuerſum modũ ↄſide

randi pħs.vj.metħa.poſuit diſtinctionē ſcien/
tiarū. Jlla ergo eadē que tractanť in theologia
recipiuntur in iure canonico ⁊ que reſpuuntur
ibi reſpuunť ⁊ hic.vt di.xij.Omnia.⁊ di.xv.c.
Sancta romana. Differunt aūt theologia ⁊ ſci/
entia canonica in mō conſiderādi quantū ad
qnqʒ. ¶ Primo quidem:qꝛ a theologia deter
minanť ille materie de diuinis ſacris ⁊ alijs ac
moribus fideliū modo ſubtili:⁊ quaſi propter
quid.eo tamen mō quo in theologia aſſignari
poteſt propter quid.in iure autē canonico mō
groſſo ⁊ poſitiuo ⁊ ſolū qꝛ. ¶ Scđo qꝛ illa de
terminantur a theologo pncipaliter ppter veri
tatis cōtemplationē a canoniſtis principaliter
propter actionem ⁊ qōnū occurrentiū ſolutio
nem. ¶ Tertio qꝛ a theologis determinatur
principaliter de cultu dei:⁊ de his que ſpectāt
ad integritatē fidei vnius dei:a canoniſtis ma
gis de miniſtrorū ordine ⁊ eccleſiaſticorū nego/
ciorum ſpectantiū ad talem cultū ¶ Quarto
qꝛ a theologia determinanť canones qualiter
pij opitulentur etiā defendanť ꝯ impios. Jn
iure canonico qūo opitulentur pij ⁊ defendā/
tur cōtra impios. ¶ Quinto qꝛ a theologo de/
terminantur magis vlr ⁊ in foro ꝯſcie:in quo
agitur cā inter deum ⁊ hoiem.a canoniſtis vō
magis particulariter applicando ad particula
ria negocia in foro exteriori iudicij:in quo agi
tur cā inter hoiem ⁊ hominē. Et qꝛ ſermones
vles in materia morali parū ſunt vtiles.vt dici
tur.j.Ethicorū.ideo puto ꝙ prouida ordinatio
eēt:vt dignus magiſtrari in theologia poſt le/
cturam libri ſniarum:teneret legere librū de
cretorū:quatenus magis tritus ⁊ expertus aſ/
ſumeret in his que ſunt neceſſaria ad ꝯſulēdū
ſaluti aiarum. Hec ille. Ex qbus elici pōt reſpō
ſio ꝙ non tenetur de neceſſitate:ſed de ꝯgruita
te. Eſt eni ſcia canonica quedam practica theo
logia. Sed ꝯtēplatio dei ad quā ordinať theo
logia tanqʒ ad finē:acquiri non pōt vere ⁊ vti/
liter:niſi per charitatē ⁊ virtuoſa opa:⁊ obſer/
uationē mandatorū que pertinēt ad practicam.
Sicut aūt theologia non reſpuit ſcias huma/
nas:que pluribꝰ erroribus admixte ſunt:ita et
ius canonicū nō reſpuit terreni imperij leges
que minus erroris habēt qʒ ſcientie ſeculares.
Ūn ſicut magrandus in theologia dʒ pus ſci/
re ſcias humanas vt clariꝰ ⁊ ſubtilius poſſit in
telligere ſacrā ſcripturā.ſic multo magis dʒ ſci
re ſanctorū canones vt melius ⁊ fructuoſiꝰ poſ/
ſit ꝯſulere ſaluti aiarū. No.ēt ꝙ lʒ Tho.in qōli/
bet.iij.q.iiij.ar.j.teneat eē licitū pcurare magi
ſteriū ſi alſs ſit idoneus ⁊ ad bonū finē querat ſʒ
⁊ debito mō:ſed platur.ī etſi alſs idoneus et ad
bonū finē nunqʒ licitū eſſe.put habes de hoc dif
fuſe.L.ij.par.ti.iij.c.de ābitione. Aug.ūn de an
cho.vbi.ō.tenet nō eſſe licitū.ēt ſi alſs ſit idone
us ad magiſteriū. Qđ ſi verū eſt peccarēt q ad/
mitterent tales. Sed durus eſt hic ſmo ꝯdēnare
tot ⁊ tantos.ſed certo certius eſt non eſſe abſqʒ
graui pctō qui admittūt ad hmōi idoctos ⁊ in
eptos. Ūn premittiť vigoroſū examē p lectio/
nē aliquā ⁊ diſputationē in qua ad argumēta
hʒ rīdere. Et exinde ab his q ſunt de collegio
hʒ per ſcedulas approbari vl' reprobari ſʒ ma/
iorē partē eorū. Et per cācellariū ſeu vicecācella
riū ſtudij dať ſibi lnia recipiendi doctoratū vl'
in theologia:vel in iure:vel in phīa:vel medi/
cina:⁊ ptās cathedrā tenēdi:legendi in ſtudi/
is:diſputādi publice interpretādi:gloſandi:et
alia hmōi. Deinde ipſe doctorādus poſt aliquē
ſermonē per eū factū ad cōmendationē illiꝰ fa/
cultatis petit ab vno pmotorū ſuorū quē noiat
ibi exiſtentē dari ſibi inſignia doctoratus. Et il/
le ſurgens poſt cōmendationē illius ſcie i qua
dʒ doctorari ⁊ cōmendationē doctorādi dat ſi
bi inſignia.videlʒ pmo librū clauſum:vt habe
at in mente clauſā ⁊ habituatā ſciam:⁊ teneat
clauſā indignis:⁊ quoad ea q̄ nō expedit ma/
nifeſtare. Scđo dat ſibi librū apertū:vt doceat
alios ⁊ manifeſtet. Tertio dat ſibi anulū deſpō/
ſando talem ſcientiam. Quarto birretum in ſi
gnū aureole ſeu pmij. Quinto oſculum pacis.

¶ Queritur etiā §.iij.

quid ſit magis expediēs an inſiſtere ſcie theo/
logie.puta docēdo vel legēdo alijs:aut intēde
re ſaluti aiarū. Ad qđ rīdet Tho.in quodli.j.q.
vij.ar.ij.ꝙ hec duo adinuicē cōparari debent
dupliciter. Ūno mō abſolute. Alio mō in aliq̄
caſu. Et prima qdē ꝯſideratione melius eſt ſeu
magis expediēs inſiſtere ſcie theologie qʒ intē
dere ſaluti pticulari aiarū:puta ſacra miniſtran
do:vt baptizādo ⁊ ꝯfeſſiōes audiēdo ⁊ hmōi:
qđ probať per exemplū. Nā in edificio aliquo
melior eſt qui diſponit de edificio.⁊ dr̄ archite
ctor:qʒ aliquis manualis qui opere exequiť ſʒ
qđ ei ab alio diſponiť. Ūn in edificijs ꝯſtruen/
dis maiori mercede cōduciť qui de edificio di
ſponit:qʒuis nihil operet manibus qʒ manua/
les artifices qui dolant ligna ⁊ icidūt lapides.
Jn edificio aūt ſpūali ſunt quaſi manuales ope
rarij qui particulariter inſiſtūt cure aiarū:puta
ſacra miniſtrādo:vl' aliquid hmōi pticulariter
agendo:ſed qʒſi pncipales artifices ſūt epi qui
imperant ⁊ diſponūt qualr predicti offm ſuū
exequi debeāt.ppter qđ epi.i.ſupintēdētes di
cunť. Et ſilr theologie doctores ſūt qʒſi pncipa
les artifices qui inquirūt ⁊ docēt qualr alij de/
bent ſalutē aiarū pcurare. Simplr ergo melius
eſt docere ſacrā ſcripturā ⁊ magis meritoriū ſi
bona intētione agať:qʒ impēdere particularē

curam ſaluti ħmōi vł ſilius. Unde ⁊ apoſtolus
de ſe dicit. j. Cor. j. Non miſit me dn̄s baptiza/
re: ſed euāgelizare. Quis baptizare ſit opus ma/
xime cōſerens ſaluti aiarū. Et. ij. Ti. ij. ait apl's.
Cōmenda ħ fidelibus qui idonei ſunt ⁊ alios do
cere. Ipſa eni rō dictat ꝙ melius eſt erudire de
ptinētibus ad ſalutē qui in ſe ⁊ in alijs poſſint
pficē: q̄ȝ ſimplices qui in ſe tm̄ pn̄t pficere. Se/
cundo ſm ſcd̄aȝ ↄſideratonē. i. in aliquo caſu
neceſſitate iminēte hūt epi ⁊ doctores itermiſ/
ſo ꝓprio officio particulr intēdere ſaluti aiarū.
Debēt ergo rectores eccliarū nō ſolū hr̄e cōpe/
tentē ſciam lrarū: ſed etiā tpaliū negociorum
ſolertiā: vt coꝝ cautela ecclie ſeruent indēnes.
di. xxxix. per totū. Et lȝ quis ꝓpter hoꝝ ſimplici
tateȝ repellaſ ab obtinēdo bn̄ficio: nō tn̄ deycit
ab obtēto: ſȝ daſ ei coadiutor. vt pȝ. vij. q. j. Qr
frater. ex̄ de elec. c. Cū in cūctis. Secus aūt ī lit
teratura: qꝛ ſi nō hȝ cōpetentē pōt remoueri.

Queritur in/ .§. iiij.

ſuper que ſit dignior ſcia medicina vel ſcia iu/
ris. Ad qd̄ rn̄det Augu. de ancho. vbi. ſ. Unā
ſcientiā eſſe digniorē alia contingit tripliciter.

Primo ex parte rei conſiderate.

Scd̄o ex parte modi conſiderandi.

Tertio ex parte finis ad quem ordinatur.

Et pmo modo. ſ. ex parte rei ↄſiderate meta
phiſica eſt dignior omni alia: cū eius ſubiectuȝ
ſit ens inquātū ens. Ex parte vō modi ↄſiderā/
di mathematica eſt dignior naturali phia: cuȝ
mō abſtractiorī ↄſideret. Ex pte vō finis archi/
tectomatice digniores ſunt ſubſeruiētibus: ſi/
cut militaris eſt dignior frenifactiua. Scientia
ḡ medicine videſ dignior alijs ſcientijs practi/
cis: cū ſit de corpore ſano egro ⁊ neutro: qd̄ cor
pus eſt organū anime ⁊ oīum actuū humano/
rū. Ex pte vero finis dignior videſ ſcia legalis
vel militaris: cū ordineſ ad ↄſeruationeȝ boni
publici: qd̄ preferſ bono cuiuſlibet pticularis
pſone. Sed ex pte modi ↄſiderādi vel icertitu/
dine tradēdi videnſ ſe hr̄e ſicut excedētia ⁊ ex/
ceſſa: qꝛ ſicut regula medicinalis variāda eſt ex
varietate cōplexionū: ſic regula iuriſperitoꝝ
variāda eſt ex varietate ↄditionuȝ ppl'i. vt dicit
Augu. de libero arbitrio. Cuȝ ergo ſcia me
dicine ⁊ iuris ſe habeāt ſicut excedētia ⁊ exceſ/
ſa ⁊ vtraq̄ȝ a deo ſit. Naȝ de medicina ſcriptuȝ
eſt Eccli. xxxviij. Altiſſimus de terra creauit me
dicinā: ⁊ vir prudēs nō abhorrebit eā. Et de iu
re ſeu legibus dicit Prouer. viij. per diuinam
ſapiētiā. Per me leguȝ conditores iuſta decer/
nūt. Et vtraq̄ȝ eſt ſatis neceſſaria hoībus. Me/
dicina ad ſanationē corpoꝝ. Iura ad pacificuȝ
hoīuȝ ↄuictū. vt dicit di. iiij. ca. facte ſunt leges
⁊ vtriuſq̄ȝ peritus multū ab hoībus honoraſ.

Unde dicit Eccli. xxxviij. de medico. Diſcipli/
na. i. doctrina ⁊ experimentuȝ eius p eā exalta/
bit caput illius: ⁊ in cōſpectu magnatoꝝ collau/
dabit. Et de iure quo exerceſ iuſtitia habetur.
Sap. viij. Per hāc habebo claritatē ad turbas
ſ. iuſtitiā legis ſeruatā ⁊ honorē apd̄ ſeniores.
Ideo debent iuriſperiti ⁊ medici ſeruare illud
apl'i. Honorē inuicē preuenientes. Ro. xij. ⁊ non
alter alterū ↄtēnere ⁊ deridere. Iuriſperiti ap/
pellātes medicos obſtetrices: ⁊ medici iuriſpe
ritos nuncupātes boues ⁊ aſi''os tāq̄ȝ groſſaȝ
ſciam eorum reputātes. Sciētia aūt iuris poſi/
tiui: cum diuidaſ in canonicum ⁊ ciuile: nulli
dubium ſciam canonū digniorē ⁊ vtilioreȝ eē
ſciētia iuris ciuilis. Un̄ ⁊ imperator dicit. ꝙ ſa
cre leges nō dedignanſ ſequi ſacros canones:
quod etiā firmat Gratia. di. x. per totū. oſ̄ndens
ꝙ vbi leges ſint contrarie ſacris canonibus nul/
lius ſunt momenti. Ius canonicum principali
us reſpicit ⁊ dirigit ſpiritualia. Ius auteȝ ciui
le temporalia reſpicit ⁊ dirigit.

Queritur vtruȝ .§. v.

magiſtri ſcholarū poſſint ſcholaribus collectaȝ
imponere vel exigere. vt pro feſto celebrādo vł
nō celebrando pecuniā exigēt. Rn̄deo ſm Ho
ſti. Si magiſtro eſt annexū ſufficiens beneficiū
vt prebēda aliqualis ſufficiēs ſalariū publicuȝ:
non lȝ ei exigere: alīs ſymoniā cōmitteret: quia
venderet obſequiū ſpūale: qd̄ ex officio ſuo te/
netur facere exquo ei prouideſ. extra de ſymo.
c. nemo. j. q. iij. vendētes. ⁊ c. nō ſolū. ſed tamē
ſponte oblata recipere pōt. j. q. ij. ſicut epm. Si
vō non ſit annexū tale beneficiū vel ſalariū aut
ſi non ſufficiat ei ad cōpetentē victū: poteſt acci
pere collectā pro laboribus. ar. xij. q. ij. charita
teȝ. Et videſ Hoſti. innuere ꝙ non ſolū ab extra
neis: ſed etiā a clericis ecclie poſſit exigere: nō
tamē debet exigere a paupere: cum ipe potius
debeat paupertati ſubuenire. Sȝ ⁊ talis exactio
ſm Guil. non debet eſſe coactoria: vt ꝙ niſi ſol
uant expellat eos de ſcholis: aut ꝙ accipiat li/
bros vel res eoꝝ: ſed potius inopiā ſuā eis ex/
ponēdo. Hec oīa intelligēda ſunt ſi magiſter ē
ſufficiēs. ꝙ ſi inſufficiēs eſt ⁊ officiū docēdi aſ/
ſumit: nō eſt ei pūidenduȝ ex debito: ſed culpe
ſue imputet. ff. ad. l. aquil. idē iuris. Si vō ſuf/
ficiens eſt ⁊ non hȝ prouiſionē etiā ſi diues eſt:
pōt a diuitibus licite accipere: qꝛ non teneſ eis
gratis ſeruire. Satis ↄcor. Inno. Ray. ⁊ Guil.
Iſtam etiā materiā diffuſe tractat glo. ſup. c. de
quibuſdā. di. xxxvij. ⁊ poſt multa ar pro ⁊ con/
tra. Demum concludit Ioā. ꝙ tunc magiſter fa
ciet collectam: cū ei ſua pleniſſime nō ſufficiūt.
vt. x. q. iij. priſcis. ⁊. xij. q. ij. epe ⁊ ſubdit Bar.
brix. Ego credo quicqd dicat Ioā. ꝙ magiſter

ſacere collectā poteſt procurari ſibi:etiā ſi abū/
det:q꞉ ⁊ eps cum viſitat eccleſiā vel ꝯſecrat:re
cipit procuratione etiā ſi abūdet. vt de cen.c.cū
apls.⁊.c.ſopite. Nec hoc eſt vēdere ſcientiā:q̄
vendi non pōt cū ſit res ſpūalis:ſed pro labore
ſuo promittit ſibi premiū ſeu ſalarium:hoc eſt
eni locare operas. Sicut etiā lʒ aduocato exige
re ſtipendiū pro ꝓcinio ſuo:⁊ iuriſcōſulto ꝓ
conſilio ſuo. vt dicit Augu.xj.q.iij.non licʒ. Et
ꝑdicator non dʒ vendere predicationē ſuā:⁊ ta
men petere pōt ſuſtentationē ſuā. Hec oīa itel/
ligenda ſunt cum magrō non eſt alr ꝓuiſum
de prebēda:vel de ſufficiēti ſalario pro labore
ſuo. Nam ſi ꝓuiſum eēt ſufficiēter:tūc exigen/
do reputaret ſymoniacū:⁊ hoc coiter tenetur.
Item nota ꝙ ſi magiſter feſtuʒ alicuius ſancti
qͦd de ſe colendum eſt nō vult cōcedere ad cele
brandū niſi data ſibi pecunia ſm̄ Ray. ſymoni
am cōmittit:quia vendit quod ſpirituale ē ad
quod tenetur:⁊ eodem modo ſi feſtum non co
lendum ipſe vult feſtare nec vult legere niſi da
ta ſibi pecunia. vt.j.q.iij.vendentes.

De licentia do/ .§.vi.

cendi vtrū poſſit aliquid exigi pro ea vel ſolui:
aut etiam pro licētia eundi ad ſtudiū:aut etiaʒ
pro ſubſtituendo aliū in locū ſui in docēdo. Et
videt ꝙ non. Nam hoc expſſe dicit titulus de
magiſtris.⁊.c.j. hec expreſſe ꝓhibet.ne pro licē
tia docendi aliqd exigat:quinimo in.c.ꝓhibe
as eo.ti.mandat ſolutū pro tali licētia debē re/
ſtitui ⁊ promiſſuʒ remitti. Quāuis eniʒ in hoc
non cōmittat ſymonia:q꞉ non vendit ſpūale vł
ſpūali annexū:ibi tamē eſt vitiū concuſſionis.
Circa huius materie declarationem diſtin/
guenduʒ videtur de lnia docendi:q꞉ dupl'r ſu/
mitur. Uno mō in ſpāli pro ipſa actualitate do
cendi:puta cū cōducit quis ab aliq̄ vniuerſita
te ad legendū in aliq̄ facultate:vel ad hoc bene
ficiū ſeu prebendā recipit vel ex ſe:tm̄ añ incho
ationē lecture opʒ accipere lniam a rectore illi
us vniuerſitatis:vel cācellario vel alijs ex ſtatu
to vel cōſuetudine loci. Et pro tali lnia ꝓhibet
aliquid exigi vel recipi. Et de hoc videt intelli
gendū qͦd dicit eo.ti.c.j. videlʒ pro lnia docen/
di nullus preciū exigat:vel ſub obtētu alicuiꝰ
ꝯſuetudinis ab eis qui docēt aliqd querat:nec
docere quēq̄ꝫ qui ſit idoneus petita lnia inter/
dicat:⁊ taliter exactū mandat reſtitui in.c.ſe.e.
ti. Et ad hoc facit qͦd notat Jo.an. ſuper.c.quāl/
to. vbi dicit ꝙ illud fuit impetratuʒ.ſ.ꝙ nō exi
gatur aliquid a docente cōtra cancellariū pari/
ſienſem:qui a quolibet docēte vnam marchaʒ
exigebat. Uincen. Alio mō poteſt intelligi licē
tia docēdi ipſa dignitas magiſterij qua datur
facultas alicui in gnāli vt poſſit legere publice
interpretari ⁊ gloſare. Et hoc fit in doctoratiōe
alicuius in aliqua facultate. Et pro tali lnia do/
cendi aliquid accipere vel exigere nō videtur
prohibitū:q꞉ per dictū.c.cū cōſuetudo. que eſt
optima legū interpres:vbiq̄ꝫ habeat ꝯriū. Nā
in doctoratione alicuius qui eſt cācellarius exi
git ⁊ recipit octo florenos vel plures:⁊ exami/
natores preſentes duos florenos nec aliter do
ctoraret:niſi illa ſolueret:nec adhuc legi repre
hendentē talē exactionē. Et pōt eſſe rō diuerſi/
tatis:q꞉ pro iſta lnia generali ſeu doctoratione
licet exigere ⁊ non pro ꝑma:q꞉ illa nō ordinat
ad actualitatē legēdi. Uñ ſcia coicatur:ſed ad
quādā dignitatem in cuius collatione.ſ. magi
ſterij ⁊ talis lnie:ponitur ſpaciuʒ tpis pro quo
alijs tūc illi nō pñt vacare:⁊ exercitiū laboris
q꞉ preſentes hñt ſtudere pro arguēdo ⁊ qui cō
fert gradū vel dare lniam:hʒ ſermocinari rōne
officij:vt q꞉ cancellarius pōt hre laborare. pro
directione vniuerſitatis ⁊ defenſione. Et ſic fit
in ſumptus offi:cij nō in modū precij. Sed pri/
ma licētia ordinat ad coicationē ipſius ſciētie:
⁊ nullus ibi labor vel exercitiuʒ vel tps ponit.
Si aūt diſtinctio iſta non placet:ſed ſub licētia
docendi intelligat ⁊ ſpālis ⁊ generalis que da
tur in doctoratu. tūc opʒ dicere. vel iſta.c. illius
ti. eſſe abrogata per ꝯriam conſuetudinē vbiq̄ꝫ
ſeruatam:quā ⁊ timorati viri ſecuti ſunt. vel ꝙ
vbiq̄ꝫ corruptela eſt ⁊ tranſgreſſio illoruʒ cano
num:qͦd durum eſt tantā multitudinē cōdem/
nare. Nec tm̄ eo caſu vertetur turpitudo ex par
te ſoluentis has quotas licentianti ⁊ examināt
tibus:q꞉ ex quo idoneus eſt ad legendum redi
mit vexationē ſuam. extra de ſymo.c.dilectus.
ſm̄ Goffre.⁊ Hoſt. Et qui intereſt examinatiōi
recipit quaſi pro labore ſuo.xij.q.ij.charitateʒ.

Nota ꝙ Car. .§.vij.

floren. tractans iſtam materiā inducit aliquos
doctores dicentes illicitam dationem talem et
ſymoniacam vel turpe lucrum:quod ipſe non
tenet:ſed licitam aſſerit ratione laboris.⁊ alle/
gat Petrus de anchona hoc tenentem. Iteʒ no
ta ꝙ ſi prelatus non vult dare licentiam alicui
clerico eundi ad ſtudiuʒ:niſi data ſibi pecunia
ſm̄ aliquos ſymonia eſt. Nam ipſa licentia ſpi
ritualis eſt ⁊ ſpirituali competit poteſtati. extra
de ſymonia. tua nos. ſed ſm̄ Innocen. nō eſt ſy
monia:ſed turpe lucrum. nam induxit ius:q꞉
forte non habebat ⁊ contradicit ei quod no.e.
titu.ca.penul. hec Joā.an. Item nota ꝙ ſi ille q
habet poteſtatem concedendi licentiam docen
di vult legere in perſona propria:non poteſt al
teri licentiam denegare vel eum impedire. Et
ſi ipſe ſit valde idoneus ſʒ Hoſt. Et ratio eſt:q꞉
hoc eſt in ꝑiudiciū auditoꝝ:cuʒ ſepe qs habe/

ad gſam diſcendi ab vno ⁊ nō ab alio. Unde ⁊
Quintil. ait Scia coaleſcere nequit niſi ſociata
fuerit tradentis accipiētiſqꝫ cōcordia. Item cū
querit vtrum aliquis obtēta licentia legēdi ve
lit aliū ſubſtituere ſibi nūquid a ſubſtituto pōt
recipe expēſas quas fecit i ꝯuiuys ⁊ hmōi. Re
ſpōdet Guil. ꝙ ſi eſt cōſuetudo loci ꝙ poſſit ali
um ſubſtituere: tunc ab alio pōt recipere expen
ſas factas: quaſi loco inter eſſe dū tamē ille do/
ceat noīe eius. Si aūt totū ius ſuū transfert in
ſubſtitutū: nō debet aliquid recipe etiā pro in/
tereſſe: nec poteſt etiam in prio caſu paciſci cuꝫ
ſubſtituto de certa portione emolumēti recipiē
di: ⁊ multo minus in ſecundo caſu.

De monachis .§.viij.

vel mendicātibus fratribꝰ magiſtrādis: ⁊ cleri
cis docētibꝰ vel ſtudētibus in theologia: vl' eti
am alijs ſcientijs: quibꝰ imunitatibꝰ gaudeāt.
Et primo querit. vtrū monachus vl' de ordine
mendicantiū poſſit ⁊ debeat in magrꝫ aſſumi.
⁊ videt ꝙ nō: qꝛ vocem plāgentis hꝫ nō docen
tis ſm Hiero. xvj. q. j. monachus. Sꝫ ꝯtra ideꝫ
Hiero. dicit. Multo tpe diſce qđ poſtea alios
doceas. xvj. q. j. ſic viue. Item ſi religioſus ido
neus eſt pre ceteris: qꝛ eminentis ſciētie ⁊ ſan/
ctiſſime vite: nūquid nō eſt melius talem in ca
thedra ponere q̄ᷓ minus honeſtū: nō ita littera
tum clericū ſecularē: ⁊ maxime cū tales cōiter
gratis doceāt: ⁊ ex hoc releuentur eccleſie. Re/
ſpondet aluarus li. de planctu ecclie: ſi talis di
ligeret. ſicut cōiter hodie faciunt pdicatores ⁊
minores ⁊ alij mendicantes: ⁊ nedū hoc in or/
dine pcurantes: ſed per ſeculares potētes pla/
tos ⁊ cardinales ecclie hoc magiſterium pcurā
tes: repellat vt indignus ⁊ ambitioſus. j. q. vj.
ſicut. ⁊. viij. q. j. in ſcripturis. Aut a ſuo ſupiori
mittitur: ⁊ ab illo ad quē pertinet licētiat: ⁊ ſic
eſt admittendus vt. xvj. q. j. moderamine. ⁊. c.
ſunt nōnulli. dum tn̄ abſtineant a ſciētijs phibi
tis. de quibꝰ ſciētijs. ſ. legibꝰ ⁊ phiſica: vt eſt me
dicina. als hoc eis conceſſum videt. ex̄ de pre/
ſum. c. nōne. maxime in theologia ad quā oēs
indiſtincte admittēdi ſunt: tam ſeculares q̄ᷓ re/
ligioſi. hoc etiam requirit ſalus animarū ⁊ pu/
blica vtilitas que preferenda eſt priuate. Et in
hoc debet obedire monachus abbati: ⁊ ſiſr reli
gioſus ſuo ſupiori: niſi eſſet multuꝫ ineptus ⁊
ignorās ſm Hoſti. Et ſubdit idē aluarus. Ego
nunq̄ᷓ vidi aut audiui in aliquo ordine iniun/
ctam alicui religioſo talē obediētiam verā per
prelatuꝫ. Nā nō cū obediētia ſed extorta ⁊ pro
curata ⁊ frequēter empta licentia: currunt qui
dam religioſi cū loculis ſuis pro magiſterio ⁊
lectoratu. Tanta eſt ambitio quorūdaꝫ tota die.
Ad dictum Hiero. ſuprapoſitum pōt rndēri. ꝙ
monachus inq̄ᷓtum monachus. i. ſm illuꝫ ſta/
tū pciſe non hꝫ docere ſed lugere. Sed ſi ad al/
tiorem ſtatum vocatus fuerit: vt ad regendum
vel legēdum: tūc habet etiam docere. Item no
ta ꝙ in. c. ſup ſpecula. eo. ti. ſtatuit ꝙ docentes
in theologica facultate: dū in ſcholis docuerit:
⁊ ſiſr ſtudētes in theologia: dum in ſcholis ſtu
duerint p annos qnqꝫ: recipiūt itegre puētus
pbendaꝝ ⁊ ſuoꝝ beneficioꝝ: nō obſtante qua/
cūqꝫ ꝯſuetudine vel ſtatuto in contrarium. Et
nota ꝙ loqtur tm̄ de doctoribꝰ ⁊ ſtudentibꝰ in
theologia. Et hoc intelligēdum in ſtudio gene
rali nō ſpeciali alicuius ville vel caſtri: ⁊ de li/
cētia platoꝝ ſuoꝝ. extra đ cle. nō reſi. c. tue. ⁊. c.
relatum. Item epi pñt diſpenſare ꝙ q obti
nent eccleſias parrochiales iſiſtēdo ſtudio: nec
ſit diſtinctio magis de theologia q̄ᷓ de alijs ſci
entijs: nō teneant pmoueri infra annū: niſi ad
ſubdiaconatum: ad quem niſi ſint pmoti infra
dictū tps ſunt priuati. Ad ſacerdotium aūt nō
tenent promoueri vſqꝫ ad ſeptēniū: ⁊ interim
pnideat ecclie p vicariū ⁊ elapſo ſeptēnio ſi p/
mo anno non faciet ſe ad ſacerdotiū pmoueri:
Capelle vero monaſterioꝝ exemptoꝝ ſubſunt epo ſicut ⁊ alioꝝ: niſi exempta ſint ipſa mo͂aſteria cum capellis ſuis. vt de priui.c.Ex ore. vnd͂ ro͂ne capellarũ ad ſynodũ venire tenenẜ. vt de ma.⁊ obe.c.Quod ſup. Et hoc intellige de his qui pplm habent. ⁊ ſic no͂ co͂tradicit palea iſta. di.xviij.eps.⁊.xviij.q.ij.§.ſi.que itelligitur de his que non habe͂t. Addit ad glo. Jo.an. ꝙ oĩs inſtitutio ⁊ deſtitutio co͂firmatio et inueſtitura pertine͂t ad legem iuriſditionis. Jte͂ cauſas audire: ⁊ omnia que circa iudiciũ agunẜ expedire: viſitare: corrigere: exco͂municare: ſuſpendere: interdicere: ſtatuta facere: inquirere: tam de vita clericoꝝ ꝗ̃ de ſtatu eccleſie ⁊ officijs. Qđ aũt dicit ad ſepulturas mortuoꝝ: referẜ hoc ad id qđ fit in cathedralibus eccleſijs in quibꝰ canonico mortuo vel preſbytero vocantur pſbyteri ciuitatis ad ſonũ campane. Ad lege͂ dioceſanam addit Jnno. vltra co͂numerata in glo. dicta miſſas publicas vbi voluerit ca͂tare ⁊ cathedram ponere cauſa predica͂di vel cauſas audie͂di a ſubditis moderatũ auxilium petere. de ce͂ſi.c.cum apl's. pro negocio eccleſie clericos mittere ⁊ eis impare. xij.q.j. Quia tua fraternitas. ⁊ dicit Jnno. ꝙ non alia ro͂ne dicunẜ leges dioceſane ⁊ iuriſditionis: niſi quia a iure aſſumpte ſunt ⁊ nominate: ⁊ potius a iure moderno decretalium ꝗ̃ antiquoꝝ canonũ. Quia ergo propria regula ⁊ inuariabilis doctrina de his dari non po͂t ideo dicit has leges per ſingula declarandas. vt factũ eſt. Dicit etiam ꝙ vocare ad ſynodum magis videẜ legis iuriſditionis ꝗ̃ dioceſane. ¶ Jn.c. vt iuxta. ſummatim dicitẜ ꝙ viſitans eps monaſteriũ no͂ itroducat ſeculares: ſed duos vel tres canonicos cũ aliquot religioſis. Ubi Hoſti. dicit ꝙ co͂ſiderata mente huius legis no͂ verbis huius legis plures poterit vel pauciores debebit ducere, co͂ſideratis idoneitate ⁊ numero eorũdem. Addit Joã.an. ꝙ hodie co͂cilium Uienen͂. de ſta.mo.c. Recolentes. Dicit viſitatores monaſterioꝝ monialiũ conte͂tos eſſe duobus notarijs ⁊ duabus perſonis eccleſie ſue: ⁊ q̃tuor alijs viris maturis ⁊ ho͂eſtis: et debe͂t tales eſſe in habitu honeſto: vt in cappa vel eo quo chorum intrant ſm Hoſti. ¶ Jn.c. Graues ſummatim dicitẜ. ꝙ per reſcriptum qđ papa ma͂dat ordinario ꝙ corrigat clericos ſue dioceſis: no͂ datur ei iuriſditio ſup exemptos. Ubi dicit glo. ar. ꝙ per generale mandatuꝫ poſterius co͂ceſſum no͂ derogaẜ priori ſpeciali: de quo in generali mentio no͂ habetur. Item arg. ꝙ ius co͂mune no͂ tollit priuilegiuꝫ illi eccleſie que eſt exempta a iuriſditione epiſcopi. Jte͂ ar. ꝙ papa per litteras ſuas no͂ intendit preiudicare alteri. vt de offi. deleg.c. Super eo. Jte͂ ex eo ꝙ prelatus eccleſie exe͂pte eſt neglige͂s ad corrigendum ſubditos: no͂ ppterea transfertur poteſtas corrigendi ad epm: nec aliqua iuriſditio in eos. Jte͂ cum ſit triplex iuriſditio. ſ. ordinaria delegata ⁊ arbitraria. ſ. ex co͂promiſſo de tertia glo. non ta͂git: qr no͂ po͂t quis ex ea interdicere vl' exco͂municare: etſi alias punire. Et ꝙ in textu dicitur ſnĩam latam relaxes. exponit glo. relaxata͂ eſſe oſtendas: qr nulla erat. Uel ſm Hoſtien. ideo dicit relaxes. vt eps prudenter ⁊ caute poſſit errorem ſuum corrigere: ne co͂fundatur. Und͂ poterit dicere talis ſnĩas quas tuli de voluntate pape relaxo: cui oportet obedire.

¶ Ordinarij quid §.vij.

facere debea͂t erga habe͂tes plura beneficia curata vel dignitates. ¶ Jn.c. ordinarij. de offi. ordi. li.vj. ſummatim hoc dicitẜ ſm Jo.an. Hic ſtatuit papa ꝙ habentes plures dignitates vel alia bn͂ficia curam animarũ habentia per ordinarios co͂pellanẜ oſtendere infra tempus co͂pete͂s ſuperioris arbitrio ſtatuenduꝫ diſpenſationem qua͂ habe͂t ſuper hoc qđ ſi no͂ oſtenderint proinde habeanẜ ac ſi nullas haberent. Si aũt oſtenderint ⁊ ſufficientes: no͂ amplius moleſte͂tur prouiſo in dictis bn͂ficijs: ne cura animarũ negligatur. Si aũt dubiteẜ de diſpe͂ſatione ad ſedem apoſtolica͂ recurratur. Talibus plura beneficia talia obtine͂tibus: aliud no͂ co͂feratur beneficium: niſi oſtenſa diſpe͂ſatione ſufficie͂ti. Et tunc ita demũ co͂feratur ſi per diſpenſationem poſſit illud cum alijs retinere: vel ſi priori renũciauerit. Aliter collatio facta no͂ valeat. Et qua͂uis videaẜ loqui de epis: tñ ſm glo. poſt Guil. ⁊ Bar. ꝙ etiam co͂pulſione͂ iſtaꝫ facere poſſunt quicu͂qꝫ inferiores qui habe͂t inſtitutioneꝫ: vt plebani aliqui. diſ.lxiij. Si in plebibus. ⁊ de offi. dele.c. Super eo. Jpſi eniꝫ ordinarij ſunt. vt de offi. ordi.c. Cum ab eccleſiarũ. Jteꝫ ex eo ꝙ dicitur in tex. ordinarij. impleri dicit glo. poſt Guil. ꝙ cuꝫ quis habet plura talia bn͂ficia in diuerſis epiſcopatibus quilibet ordinarius eorũ in quibus habet bn͂ficium poterit illum co͂pellere ad exhibitionem ſeu oſtenſione͂ ſue diſpenſationis circa hmõi. Dicit etia͂ glo. no͂ ſoluꝫ papam diſpenſare in pluribus curatis. ex de preben.c. De multa. Jn.vj.c.ti. dicitur in.c. Cum eps. in tota ſua dioceſi iuriſditionem ordinariam noſcatur habere: dubium non exiſtit qn in quolibet loco ipſius dioceſis non exempto per ſe vel per alium poſſit pro tribunali ſedere: cauſas ad eccleſiaſticum forum ſpectantes audire perſonas eccleſiaſticas cum earuꝫ exceſſus exegerit capere ac carceri ma͂cipare: necno͂ et cetera que ſpectant ad eius officium libere exercere. Hec ibi. vbi glo. dicit ꝙ ide͂ eſt in legato circa ſuam legationem. Jde͂ in archiepo circa ſua͂

propriã diocesim: sed non quoad prouinciam. eo. ti. c. j. Et cum intentio epi in hoc sit fundata de iure cõmuni qui dicit se exemptũ: hoc habꝫ oſtendere di. centeſima. c. contra morem. In locis autem exemptis non poteſt iudicia exercere. vt. xvij. q. ij. Luminoſo.

¶ De bonis dignitatũ. §. viij.

gnitatũ vel eccleſiarũ vacantiũ non occupãdis per eos ad quos ſpectat collatio: pñtatio: vel cuſtodia: ⁊ pena cõtra tales habet̃ de offi. ordi. c. Preſenti. li. vj. vbi ſic dicit̃. Preſenti ꝓhibemus edicto: ne epi vel eorum ſuperiores: vt archiepi ⁊ patriarche. ſm glo. aut abbates ſeu quis alij regulares vel ſeculares: plati aut eccleſiaſtice pſone quecũq; vacãtibus dignitatib⁹: pſonatibus: prioratib⁹: vel eccleſijs quibuſcunq; ſibi ſubiectis: ſeu ad collationẽ: ordinatõeꝫ: pñtationẽ: aut cuſtodiã pertinẽtibus eorũdẽ bona morientibus eoꝝ rectoribus vel miniſtris in ipſis inuenta: ſiue vacationis ipſoꝝ tpe obuenientia: que in vtilitatem eorũdẽ expẽdi: vel futuris debẽt ſucceſſoribus fideliter reſeruari: occupare: ac in vſus ſuos conuertere q̃quo mõ preſumant: niſi de ſpãli priuilegio vel conſuetudine iam ſcripta legitime ſeu alia cã rationabili hoc eis cõpetere dinoſcatur: aliogn epi ⁊ eoꝝ ſuperiores ab ingreſſu eccleſie: ceteri vo ab officio ⁊ bñficio tãdiu eoipſo nouerint ſe ſuſpenſos: quouſq; reſtõnem fecerint de pdictis. Porro vbi ex priuilegio vel conſuetudine vel alia de cauſa rationabili ſibi aliquis predictoꝝ aſſerit bona competere ſupradicta: hoc ſolũmõ debet de illis bonis itelligi que ſolutis debitis ſi qua ſunt ⁊ de his que fuerint neceſſaria p ſeruitoribus ⁊ miniſtris ac incũbentibus oneribus vſq; ad nouos redditus ſupportãdis congruere ſeruatis: ex ipſis reperta fuerint ſuperẽſſe. Hec omnia ibi in textu. Ubi notandum q̃ hic non ponit̃ pena laicis contra iſtam ↄſtõneꝫ facientibus: ſꝫ tantũ perſonis eccleſiaſticis. Nã pena ſuſpenſionis non cadit in laicos. Uerum ⁊ ipſi laici ⁊ alij quicũq; qui vſurpant bona vacantiũ eccleſiarũ etiam ſi ſint patroni ſunt ipſo facto excõmunicati. vt patet de elec. c. Generali. lib. vj. Ponit etiã hic glo. notabilis de fructibus eccleſiarũ iam perceptis: quõ rector poſſit diſponere in morte. Item in. c. Si ſacerdos. de offi. ordi. ſummati dicit̃ ſm Jo. an. q̃ archiepis non põt ſibi conſtituere officialẽ in dioceſi ſuffraganeoꝝ ſuorũ: etiam pro futuris cauſis per appellationẽ deuoluendis ad eum: niſi de conſuetudine hoc habeatur: ⁊ tunc tales officiales inhibere non poſſunt priuſq̃ fuerit appellatũ. Secundario dicit̃ q̃ donec archiepis poteſt haberi de facili. vt q: eſt in prouincia ſua vel circa illam: officiales eius non poſſunt proferre ſententias excõmunicationis: ſuſpenſionis: vel interdicti. in ſuffraganeos ſuos ꝓpter põtificalis ordinis reuerentiã. Dicitur eñi ibi in princi. c. q̃ cum metropolitani ſuoꝝ ſuffraganeoꝝ non ingrediant̃ dioceſim vt in eis auctoritate propria iudicent diſponant aliqd vel aliud agãt: que canonica prohibeant inſtituta. nequaq̃ hec poſſunt in illis per alios exercere. vbi glo. dicit. q̃ hoc intelligit̃. ſ. q̃ non intrent in dioceſim ſuffraganeoꝝ in caſibus non pmiſſis. Naꝫ ⁊ cã viſitationis habent ingredi ⁊ procurari: ⁊ tunc ⁊ alijs cauſis prout habet̃ in iure iudicẽt. gloſa pro tribunali ſedẽdo diſponãt ex̃ iudiciũ faciẽdo corã ſe celebrari ⁊ añ ſe recognoſci contractus. de fo. cõpe. c. Romana. li. vj. Agãt. puta ↄferẽdo ordines ⁊ ſacra ſimilia faciendo.

¶ De arbitris. Capitulum. vj.

De arbitris habetur extra eo. per totũ. ⁊. ij. q. vj. A iudicibus dicit̃. Judicum alij ſunt arbitrarij. alij ordinarij. Ordinarij ſunt qui ab apoſtolico vt eccleſiaſtici: vel ab impatore. vtpote ſeculares legitimã poteſtatẽ receperunt. Arbitrarij ſunt qui nullã poteſtatem habẽtes cũ conſenſu litigãtiũ in iudices eligunt̃ in quos cõpromittitur: vt eoꝝ ſnie ſtetur. Horũ alij ſunt ordinarij ⁊ arbitri. alij arbitrarij tantuꝫ. Ubi dicit̃ glo. q̃ ordinarius non ſolum põt inter partes amicabiliter cõponere. v. q. ij. Si primates. ſed etiaꝫ ſm canones poteſt arbitriũ ſuſcipere ſi a partibus eligatur. extra de arbitris. c. Cũ tpe. Et idẽ poteſt etiam ſubdelegatus. lex aũt que videtur huic ſententie ↄdicere. iij. q. vij. §. Tria. intelligitur q̃ ordinarius nõ põt iubere q̃ partes cõpromittant in eum. ⁊ ſic non eſt cõtra. Arbitrorum aũt duo ſunt genera. Quidam dicunt̃ arbitri. ⁊ quidam arbitratores. Sed arbitri etiaꝫ ſunt dupliciter. q: quidam dicuntur arbitri iuris. qui videlicet eliguntur a partibus ex recuſatione iudicis ordinarij vel delegati. Et tales debent ſeruare formã iuris in executione iuſtitie: ⁊ ab eis appellatur. Arbitri autem ſimpliciter ſunt qui eliguntur a partibus. que ſi non cõſentiunt ſententie eius reducunt ſe ad arbitriũ boni viri: qui ſunt vt amicabiles cõpoſitores. ⁊ hi etiam tenentur ſeruare formã iuris in executione iuſtitie. Sed arbitrator nõ tenetur ſeruare formam iuris in executione iuſtitie: ⁊ pmittunt partes non recedere ab arbitrio eius ſub certa pena quaꝫ oportet ſoluere: ſi non pareret ſententie. De hoc diffuſe Anto. de but. ſuper. c. Quintauallis. extra de iureiur. ¶ Arbiter aũt ſi per dolum tulit ſententiam. etſi non retractatur per appellationem. tamẽ per exceptionẽ re

tractatur.ff.eo.non diſſing. ¶ Itez extra de ar bitris.c.j.dicitur.ꝙ debet eligi arbitri vnus vl' tres.⁊ vbi tres eliguntur duoꝝ ſnia retinet vi gorem.vbi dicit glo.ꝙ hoc dicit̃ ex honeſtate non ex neceſſitate.Nam ſi duo etiam eligeren tur in quos cõpromitteretur tenet compromiſ ſum.Et ſi nõ concordauerint cogẽdi ſunt vt cõ cordent vel tertiã perſonam aſſumant.Itẽ ſuffi cit ſnia duorum cum tres eligũtur preſente tñ tertio etiam ſi illi diſſentiant.Eo tamẽ abſente non valet ſnia.ff.eo.l.Si in tres.niſi in cõpro miſſo ſit expreſſuz.ꝙ duo ſine tertio procedãt. Idem in iudicibus delegatis. ¶ Item no.ſm Bernar.e.ti.Expoſita in glo.ꝙ ſiue quis ſit ar bitrator ſiue amicabilis cõpoſitor:ſiue etiaz ar biter:non eſt ſtandum iniquo arbitrio:ſʒ redu cendum eſt ad arbitrium boni viri.ideſt iudi cis loci.ff.pro ſocio.l.ſi ſocietatem.imo ⁊ ſi iu raſſet debet reuocari.extra de iureiurã.c.Qui tauallis.Bernar.non tamẽ propria auctorita te veniet cõtra iuramentũ. ¶ Nota ſm Inno. c.Quintauallis.de iureiuran.ꝙ iſta eſt differẽ tia inter arbitrum.de quo hic eſt ſermo ⁊ arbi tratorem.q: arbiter dicitur qui eligitur vt iu dex.vt ſcilicet procedat ſeruato in ſubſtantiali bus ordine iudicario.⁊ litem dirimat coram ſe ceptam vel coraz alio:ſed ordine iudiciario ſer uato.lʒ poſſet eã dirimere ſi vult etiam inique ff.de arbi.l.j.nec eſt vis ſi ſit cõpromiſſum cum pena vel ſine pena:vel etiam ſine vlla ſtipula tione electus ſimpliciter.Cuius arbitriũ emo logatur:vel taciturnitate decem dierũ vel expſ ſe.C.de arbi.l.penul.Omnes enim iſti ordinẽ ſeruare debent:⁊ agetur ad obſeruantiaz arbi triȷ ſiue ſtipulatione ſiue excõmunicatiõe.ex.l. vt no.de arbi.C.dilecti.Arbitrator autẽ eſt qui eligitur vt aliquid eſtimet vt precium vel ope ras vel partes ſocietatis.vel quid ſibi videatur de aliqua re ſine ordine iudiciario dicat.vel vt ſuper ea arbitretur.ff.pro ſocio.l.Si ſocietatẽ. ⁊ de verbo.obli.l.Siquis arbitratu.Nec facio vim an partes iurauerint ſtare dicto huiuſmo di arbitratoris.vel q: non ſemper redigenduz eſt ad arbitrium boni viri.ff.de verbo.oblig.l. Siquis.Quidam dicunt idem etſi ſub pena ſti pulate ſunt ſtare huius arbitratoris arbitrio.ſ. ꝙ nunquam poteſt petere penam niſi ceſſaue rit ſoluere id ad quod per arbitrium boni viri redactum eſt dictum arbitratoris.ar.pro his. quia non obſtante iuramento ⁊ ſtipulatione ſi ne pena poſſunt petere ꝙ dictum eius rediga tur ad arbitrium boni viri:eadem ratione etſi eum pena promiſit.Aliȷ tamen ꝯtradicunt.Itẽ non facio vim vtrum iſte arbitrator fecerit litez conteſtari in partes vel etiam ſi ſententiam in ſcriptis pnunciauerit:vel ſimpliciter nudo ver

Arbitrator.

bo:quod ſibi viſum fuerit dixerit.Nam coram eo non eſt iudicium vel quaſi iudicium:ſed to tum poſitum eſt in ſua voluntate.Predictaruʒ autem ſolẽnitatum obſeruatio non eſt niſi co ram iudice vel arbitro.⁊ ita nõ poteſt dici litis conteſtatio vel ſententia.Sed quid dices ſi cõ promiſſum ſit factum vt poſſit procedere ſerua to ordine iudiciario ⁊ non ſeruato.Reſpõdeo. hec verba ſic ſunt interpretãda vt compromit tat̃ in eum tanquã in arbitrum.Et hoc innuũt illa verba ſeruato ordine.⁊ etiam tanquã arbi tratorem:quod verba illa non innuũt vel non ſeruato.Si proceſſerit vt arbiter.ſcilicet ſerua to ordine non redigetur dictum eius ad arbi trium boni viri. ¶ Item nota ꝙ ſi dicunt par tes.Eligimus eum in arbitrum ſimpliciter:nõ intelligit̃ vt arbitrator electus:niſi ex aliȷs ver bis appareat de contraria intentione.puta qa dixerunt ꝙ poſſit procedere non ſeruato ordi ne iudiciario.Item ſi dicunt.Eligimus talem in arbitratorem vel in bonuʒ virum qui deter minet queſtiones noſtras non intelligitur ele ctus arbiter:niſi appareat ex aliȷs vbis. ¶ Itẽ nota ꝙ dictum arbitratoris nunquaz emologa tur taciturnitate decem dierum.ſed ſi expreſſe illud confirmẽt partes perit exceptio quaſi trã ſactionis vel pacti.Dictum arbitri procedẽtis ordine iudiciario electi ſine pena emologatur C.de arbi.l.penulti.nec vnquam.⁊ ſi iniquum ſit:redigitur ad arbitrium boni viri.Iteʒ non mutatur dictum arbitratoris niſi in modico le dat.ff.de oper.liber.l.Si libertus.Item dictuʒ arbitri non mutatur etiã ſi grauiter ledat:imo ſi pena fuit promiſſa agitur ad ipſam.C.de ar bitris.l.j.Et ſi non fuit promiſſa ⁊ ſtipulatio in ter partes ſi agitur ad itereſſe.ff.de arbi.l.Diẽ proferre.Et ſi ſimpliciter compromiſſum ſit:et ſentẽtia expreſſe per partes emologata fuerit: vel infra decem dies nulla pars contradixerit oritur ex ſententia actio ⁊ exceptio.vt.C.de ar bi.l.Ne in arbitris.in fi.Hec omnia Innocen. Iteʒ nota ꝙ qui iurat ſtare dicto arbitri ſub pe na euadit periurium ſoluendo penã.dũ tamen ante decendium contradixerit ſi arbitriũ pena lem poteſt emologari.alr iuramentũ mutaret obligationẽ.Unde ⁊ qui tranſegit ſub iuramẽto ⁊ pena tenet̃ preciſe tranſactionẽ ſeruare:quia hec eſt natura tranſactionis.Qui aũt iurauit da re ſtichũ aut pãphiliũ ſub pena:non ꝓpter hʒ te netur dare ſtichũ.Non eni videt̃ facẽ de alter natiua abſolutã:ſed fortificat ſolũ.Hec Pe.de pa.in.iiȷ.diſt.xxviiȷ.q.j.ar.j.concluſione quar ta.Arbitramentum latum abſente parte ⁊ irre quiſita.ſm Pe.de verb.obli.l.Siquis arbitra tu.non valet.Idem Cy.⁊ Bar.Itẽ ſciendʒ ꝙ arbiter non põt punire teſtem qui dicit falſum

teſtimoniū coram eo: vel partes ꝓducentes fal
ſa inſtrumēta ſi ſoluz eſt arbiter vel arbitrator:
ꝛ non alius iudex habens merū imperiuz: q꞉
ꝛ aliquando in tales compromittunt. Et ratio
eſt: quia punitio ſeu puniendi poteſtas non eſt
niſi per iuriſditionē attributa: ſed arbiter vt ar
biter caret oī iuriſditione: qḋ patet: q꞉ ab eius
ſententia non appellatur: nec ex ea oritur actio
vl' executio. vt. l. j. C. de arbi. Item ptās arbitri
eſt ita liminata ꝙ de rebus extra cōpromiſſum
ꝛ parte compromittentes nullo modo cogno-
ſcit ſed teſtis in euz non compromiſit: ergo nō
poteſt eum punire. Nec obſtat ꝙ arbitria ſunt
redacta inſtar iudicioꝝ. vt. l. j. ff. de arbi. Quia
hoc eſt verū ꝗ̄tum ad ea tantum que cōpromit
tunt. Sed falſitas teſtis eſt oīno extra cauſam
ꝛ perſonas compromittentes. De ſumptibus
tamen pōt condēnare: licet hoc non ſit compro
miſſum expreſſe: q꞉ cauſa ſumptuuz non eſt ex
cauſam ꝛ pſonas cōpromittentes: ſed ſi eēt ar-
biter habēs iuriſditionē a ſtatuto ciuitatis: vel
iudex alſ ꝛ haberet merū imperiū poſſet puni-
re non vt arbiter: ſed vt iudex teſtem deponen
tem falſum corā arbitro ponit. C. de teſti. l. Cuz
apud. Hec Ange. de Peru. Item extra eo. c. Cū
dilectus. dī ꝙ arbitri iudicare non valent niſi
de his tm̄ ſup quib⁹ in eos extiterat cōpromiſ-
ſuz. Ubi dicit gloſa. Nota ꝙ arbitria ſtricta via
Differē- incendūt. Nam id ſolum venit in arbitrium:
tia arbi de quo. ſ. dictuz eſt vt veniat. ff. eo. l. Si cū dicꝫ
trij. ꝛ iu- Itē arbiter non pōt punire contumaciā litiga-
dicij. toris. ſ. mulctando: ſed in expenſis condēnan-
do pōt: q꞉ cognoſcit de itereē nec pt cogere: ni
ſi in caſu qui habet de cſti. delega. c. Suſpitio
nis. Et hoc eſt verum ꝙ non poteſt punire con-
tumacez niſi ꝯtumelijs ad ħ actū ſit. ff. de iudi.
l. ij. Itē arbiter non poteſt ꝓnunciare: niſi vtra
ꝗ parte preſente: niſi hoc inter litigatores cō
uenerit. ff. eo. l. Diem. §. Si quis. Itez non po
teſt citare partes niſi ad locū in quo cōpromiſ-
ſum factū eſt. ff. eo. l. Si cuz dicꝫ. Sufficit tm̄ ꝙ
in eadem ciuitate in qua factū eſt cōpromiſſuz
citet partes. Item arbiter non poteſt delegare
arbitrium. ff. eo. l. Si compromiſſuz. Itē ſatiſda
tio non preſtat coram arbitrio. q꞉ ſufficit pene
promiſſio. Cum. n. ptes cōuenerunt ſtare ſentē
tie arbitri ſb certa pena. pōt peti pena poſita ab
ea parte que recedit a ſententia: qua pena ſolu-
ta cogi non poteſt vt tali ſtet ſententie: niſi in cō
promiſſo dictum ſit vt etiā pena ſoluta vel non
ſtetur arbitrio nihilominus. xxvj. q. v. Quicū-
ꝗ. Bern. in glo. ſup. c. Dilecti. eo. ti. Itez in ar-
bitrio mora nō poteſt purgari vbi prefixus eſt
dies ab homine. ff. eo. l. Celſus. ſec⁹ in iudicijs.
Item ſententia arbitri nō infamat: ꝛ hoc ideo
q꞉ non poteſt cognoſcere de crimine quod infa
met. ff. eo. l. non diſtinguemus. In his ois
diſcrepāt arbitraria a iudicijs. Itē ꝛ in alio. nā
ſi partes renunciant appellationi ꝛ pactu faci-
unt de non recedendo ab arbitrio: nihilomin⁹
recedere poſſunt ſoluta penā appoſita. vt dictū
eſt. ſecus circa iudicia: ſed in quibuſdam con-
ueniunt: quia per vtrunqꝫ interrumpitur pſcri
ptio: ꝛ quantum ad iuramentum de calumnia
Bern. ¶ Itē extra eo. Contingit. dicitur ge-
neraliter prohibem⁹: ne ſuper rebus ſpiritua-
libus compromittatur in laicum. Ubi dicit gl.
ꝙ in laicum de rebus mere ciuilibus quibus
nullum ſpirituale eſt annexum bene poteſt cō-
promitti i eccleſiaſticis temporalibus rebus.
argu. hic quia prohibet tantum de ſpirituali-
bus rebus: quia quod de vno prohibetur de al
tero conceditur. diſt. xxv. c. Qualis. Si vo cō-
promittatur in laicuz de rebus ſpiritualib⁹ nō
tenet arbitrium. vt hic. Sed ſi compromittat i
clericum ꝛ laicum ſine auctoritate quidem ſu
perioris etiam non valet. Sed interueniente
auctoritate epiſcopi: non poteſt in laicum tan-
tum compromitti: ſed ſolum auctoritate pape.
diſ. xxxij. Preter hoc. §. Ueruz. ꝛ. ij. q. v. Men
nam. Unde dico ꝙ laicus nullo modo de reb⁹
ſpiritualibus iudicare poteſt: nec principaliter
nec incidenter. Ber. Item ſoluitur cōpromiſ-
ſum per mortem alterius cōpromittentis. ex-
tra eo. Ex parte: ꝛ etiam per mortem alteri⁹ ar-
bitroꝝ. extra de offi. dele. c. Uno delegatoruz
Et hoc verum niſi fiat mentio in compromiſ-
ſo: ꝙ tranſeat ad heredes vtriuſqꝫ partis com
promittentis. Secus in iudicijs quia illa tran
ſeunt ad heredes ꝛ ſi de ipſis non fiat mentio
Ber. Item cum ab vno de pluribus arbitris
vel iudicibus alijs preſentibus etiam mandā
tibus. ſcripta ſententia recitatur: pro eodez eſt
ac ſi ab omnibus eſſet recitata. Oportet autez
vt recitatus non vtatur verbis ſingularis nu-
meri ſed pluralis dicendo. Nos tales arbitri de ſ. ...
vel iudices pronunciamus ꝛc. niſi in arbitris c. v. §. ...
ſuper electione que debet fieri ab vno vice oīm
extra de ſententia ꝛ re iudi. c. Cum ab vno. li.
vj. Item nota ſm Ber. ex̄ de offi. ordi. in glo.
in. c. Cum eccleſiarum. ꝙ quilibet prelatus col
legiate eccleſie licet ſubſit epiſcopo eſt iudex
ordinarius ꝛ habet iuriſditionem cognoſcen-
di ꝛ excommunicandi. vt in iſto ca. Et ille pre-
latus hec facere poteſt: ꝛ habet talem iuriſdi-
tionem qui eſt electus a collegio ſeu vniuerſi
tate. extra de elec. c. j. Et idem intelligo ſi prefi
ciatur collegio vel vniuerſitati ab eo qui ha-
bet adminiſtrationem cum iuriſditione. puta
ta epiſcopo. Bernard.

¶ De triplici modo procedendi in iudicio. ꝛ
primo de ꝓcedendi ꝑ inquiſitionē. Capl'z. vij.

De crimine autē cō tra aliquem proceditur tribus mo dis principaliter in iudicijs. videlicet per accuſationem: denunciationem ⁊ inquiſitionem. Et ad accuſationem requiritur inſcriptio. Denunciationem dꝫ ꝑcedere charitatiua monitio. Inquiſitionem dꝫ ꝑcedere clamoſa inſinuatio. extra ď accu.c. Sup his ⁊.c. Qualiter ⁊ quando. Poteſt ⁊ addi quint⁹ modus cum crimen.ſ. obycitur in modū exceptionis.co.ti.ca. Inquiſitionis.

De inquiſitio/ .§.i.

ne vitioꝝ facienda ſic ait Innocēti⁹ terti⁹ in cōcilio generali.ex̄ de accu.c. Qualiter ⁊ qn̄ debeat ꝓlatus ꝓcedere ad īqrēdū ⁊ puniēdū ſubditoꝝ exceſſus ex auctoritatibus noui ⁊ veteris teſtamēti colligiſ euidēter ex qbus poſtea ꝓceſſerunt canonice ſanctiones. Legitur.n.ī euangelio Luce.xvj. ꝙ villicus ille q diſſamat⁹ apď dn̄m ſuū: quaſi diſſipaſſet bona ipſi⁹: audiuit ab eo. quid hoc audio de te. Redde rōnē villicatiōis tue. iā.n. nō poteris amplius villicare. Et in Geneſi.xviij. dominus ait. Deſcendam ⁊ videbo vtrum clamorē qui venit ad me opere cōpleuerit. Ex qb⁹ auctoritatibus manifeſte ꝓbatur ꝙ nō ſolū ſubditus verūetiā cum ꝓlatus excedit: ſi per clamorē ⁊ famā ad aures ſuperioris ꝑuenerit: nō qdē a maliuolis ⁊ maledicis: ſed a prouidis. nec ſemel tm̄ ſed ſepe: qď clamor innuit ⁊ diſſamatio manifeſtat. dꝫ corā eccleſie ſenioribus veritatē diligētius ꝑſcrutari. vt ſi rei popoſcerit qualitas canonica diſtrictio culpā feriat delinquētis. nō tm̄ idē ſit actor ⁊ iudex: ſed quaſi denūciāte fama vel deferēte clamore officij ſui debitū exequaſ. lꝫ aūt hoc ſit obſuādū in ſubditis. diligētius tm̄ obſeruandū eſt in prelatis: q quaſi ſignū poſiti ſunt ad ſagittaꝫ: quia non poſſunt oībus complacere: cū ex officio ſuo teneanſ nō ſolū arguere: ſꝫ ēt increpare. quādoqꝫ ēt interdū ſuſpēdere. nōnūqꝫ vero ligare. frequēter odiū multoꝝ īcurrūt ⁊ inſidias patiunſ. Et ideo ſancti patres ꝓuide ſtatuerunt vt accuſatio prelatoꝝ nō facile admittaſ: ne ꝯcuſſis colūnijs corruat edificiū: niſi diligēs adhibeatur cautela ꝑ quā nō ſolū falſe: ſed etiam maligne criminationi ianua ꝓcludatur. Uerum ita voluerūt prouidere prelatis ne criminarenſ iniuſte. vt tm̄ cauerēt ne delinq̄rent inſolenter contra morbū vtrunqꝫ cōgruā medicinā inueniētes. ¶ Nota ſm̄ Ange. ď peruſio. ꝙ inquiſitionū alia generalis. alia ſpecialis. Et generalis diuiditur ī quattuor ſpēs. Prima eſt generalis quoad delicta ⁊ quoad ꝑſonas. vt cum preſes inquirit. ſi ſunt homies facinoroſi pena digni. ⁊ de hac loquitur lex congruit. ff. de offi. preſi. ad. l. iuli. repe. Quedam vero eſt inquiſitio generalis quoad perſonas: ſed ſpecialis quoad delicta. ⁊ cum preſes inquirit contra illos qui Titium occiderunt. Et de hac loquitur lex mandatis. ff. de condi. ob turpem cauſam. Quedā eſt generalis quoad delicta: ſed ſpecialis quoad ꝑſonas: vt cū inquiriſ ꝑ viſitatorē eccleſie cōtra ꝑſonas exiſtētes ī eccleſia ad inueſtigādū ⁊ puniēdū crimen ꝑ aliquē eoꝝ cōmiſſū ꝑ qď dꝫ monaſteriū reformari ī aliquo. De hac loquiſ.c. Per inquiſitionē. extra de accu. Qn̄qꝫ tn̄ eſt inqſitio generalis quoad ꝑſonas de neceſſitate. vt cū inquiriſ de aliquo maleficio cōtra ciuitatē ⁊ hoīes illius: nec ſūt hoīes ſpecificādi. De hac loq̄ pōt.C. ď mo no.l.i. Specialis aūt inqſitio quoad ꝑſonas ⁊ delicta ē. vt cū de certo ⁊ limitato delicto preſes ſeu ꝓlatus inquirit contra certā ⁊ limitatā ꝑſonā. De hac loquiſ lex ea qdeꝫ.C. de accuſa.

¶ De formis dictandis in hmōi inqſitionib⁹

Forma inquiſitionis generalis quoad ꝑſōas: ſpālis quoad delicta hmōi eſt. Hec eſt inqſitio q̄ fit ⁊ fieri intendiſ per. A. ptātē ⁊. M. eius iudicē maleficioꝝ ex eoꝝ ⁊ cuiuſcūqꝫ eoꝝ officio arbitrio ⁊ balia cōtra oēs ⁊ ſingulos illos qui tali loco ⁊ tpe Titiuꝫ occiderūt ⁊ occidētibus preſtiterūt auxiliū ꝯſiliū vel fauorē. Hec forma ſumiſ ex dictis Inno. Forma inqſitionis generalis quoad delicta. ſpecialis quoad ꝑſonas ē talis. Hec eſt inquiſitio q̄ fit ⁊ fieri intendiſ ꝑ M. ſyndicum ⁊ ſyndicatorem electum: ⁊ aſſumptum per cōe peruſij ad ſyndicandum. A. oliꝫ poteſtatem dicte ciuitatis pro ſex menſibus iā elapſis inchoatis ⁊c. ꝯ omnes ⁊ ſingulos ſuos iudices: notarios: milites: domicellos: berruarios: ⁊ familiam vniuerſam dicti olim ptātis. In eo. de eo. ⁊ ſup eo. ꝙ ad aures dicti ſyndicatoris pluries peruenit ꝙ dictus. A. olim ptās ⁊ dicti eius iudices: milites: notarij: domicelli: berruarij: in dictis ⁊ in dicto palatio reſidēte eorum poſito infra tales confines ⁊c. Multas diuerſas ⁊ varias extorſiones: berateriaſ: furta ⁊ falſitates commiſerunt. Et dictus dn̄s poteſtas non tenuit totam familiam qua tenere debuit ſm̄ formam electionis de eo facte. Et ꝙ dictus dominus poteſtas ⁊ dicti domini iudices multos abſoluerunt condemnandos: ⁊ multos innocentes cōdemnauerunt: qui debuerunt abſolui: nec venerunt ad banchū ſolitum pro iure reddendo horis debitis ⁊ conſuetis ſm̄ formam electionis predicte. Et predicta omnia omiſſa ⁊ perpetrata fuerunt ꝑ dictos ſuos noīatos in locis predictis. ⁊ predcō tempore contra formam iuris ſtatutorum ⁊ ordinationum dicti communis. Super quibus

Inqſitio num genera.

Forma īqſitiōis

omnibus ⁊ ſingulis connexis ⁊ dependentib⁹
ab eiſdem ⁊ penitus extraneis: dictus ſyndica
tor inquirit ⁊ intendit procedere ⁊ condemna
re ⁊ punire repertos culpabiles ſm formaꝫ iu
ris ⁊ ſtatutoruꝫ dicti communis. Hanc formã
approbat conſuetudo totius italie. Hec forma
vbiqꝫ ſeruatur. Inuentis autẽ malefactorib⁹
ſpecialibus fit inquiſitio contra eos ſpecialis.
Et ex iſta ſecunda inquiſitione ad condẽnatio-
nem deuenit: non ex prima. vt notatur i dicto
ca. Bone memorie. Et omnes teſtes qui in pri
ma inquiſitione examinati fuerunt examina-
ri debent poſtmodum in ſecunda: quia aliter
ex primis atteſtationibus inquiſitus damnari
non poteſt cum teſtes depoſuerint: eo non cita
to. ⁊ ſic teſtimonium eorum erat nullum in ei⁹
preiudicium. C. de teſti. l. Si quando. Huiuſ-
modi forma inquiſitionis ſpecialis quoad p-
ſonas ⁊ quoad loca eſt hec. Inquiſitio autem

Forma ĩqſitio-
nis quo
ad loca.

quã faciunt ſeu facere intendunt poteſtas. N.
talis ciuitatis ⁊ iudex maleficiorum eius con-
tra talem. In eo. de eo. ⁊ ſup eo. ꝙ fama publi
ca precedente. ⁊ clamoſa inſinuatione referen-
te: non quidem a maliuolis ⁊ ſuſpectis: ſed ab
honeſtis ⁊ fidedignis ad aures predictorũ per
uenit. ꝙ dictus Titius de hoc anno de menſe
maij dicti anni armatus cum quodam cultel-
lo de ferro. quem euaginatum ⁊ nudum tene-
bat in manu doloſe ſcienter ⁊ appẽſate animo
⁊ intentione infraſcriptum homicidium com
mittendi ſpũ diabolico: ⁊ deum pre oculis nõ
habendo: ſed humani generis inimicum fecit
impetum inſultum ⁊ aggreſſum. mouendo ſe
de loco ad locum in ⁊ contra perſonã. N. ⁊ ipſꝫ
vulnerauit in capite dicti. N. cum dicto cultel
lo: vna percuſſione ⁊ vulnere. ex qua percuſſio
ne dictus. N. incontinenti mortuus eſt. Et pre
dicta omnia commiſſa ⁊ perpetrata fuerunt p
ipſum. N. in perſonã dicti. N. tempore ſupra
dicto animo ⁊ intentione predictis in ciuitate
Peruſij. tali loco prope tales confines. contra
formam iuris ſtatutorum ⁊ ordinationis dicte
ciuitatis. Hanc autem formam probat. l. libel-
lorum. ff. de accu. quam obſeruat practica. Iõ
autem ponitur locus ⁊ tempus: q: hec ſunt de
ſubſtantia inquiſitionis. ſicut ⁊ de ſubſtantia
accuſationis. Ideo ponitur fama publica pre-
cedente: quia fama loco accuſationis ſuccedit.
Unde niſi precedat non debet inquiri. extra de
accu. c. Cum oporteat. ⁊ c. Qualiter ⁊ quando
Ideo dicitur a fidedignis: quia ſi nõ ſunt fide-
digni facientes famam. ſed ſuſpecti: malitioſi:
vel maliuoli: ex eorum forma non debet ad iq
ſitionem procedi. vt in dicto. c. Qualiter ⁊ qñ.
Hodie tamen Peruſij de conſuetudine nõ ſer
uatur: quia pars nunqꝫ petit copiam fame ſibi
dari eo ꝙ ex forma ſtatutorum põt de omni cri
mine inquiri. Unde in dicta ciuitate inquiſi-
tio eſt auxilium regulare ſicut accuſatio. Ceſſã
te ſtatuto ⁊ conſuetudine bene poſſet peti co-
pia dicta. Si fieret iquiſitio de alijs criminib⁹
quibuſcũqꝫ. a ſimili debet fieri ſm ea que ɔcur
rũt ad act⁹ illos exp̃mẽtia maleficiũ ſiue δlictũ

¶ In quibus cau- .§. ij.

ſis poſſit fieri iquiſitio. Angelus δ peruſio cir-
ca hoc ponit varias opiniones. Et primo opi.
glo. iuris ciuilis dicit in. §. Si publico ꝙ non
poteſt fieri inquiſitio niſi in his caſibus. Pri-
mo ratione iniurie illate preſbyteris aut eoruꝫ
miniſtris etiam in loco occulto exiſtentib⁹. vt
in. l. Si quis in hoc genus. C. de epi. ⁊ cle. Se-
cũdus caſus in crimine ſuſpecti tutoris. l. iij.
§. Preterea. ff. de ſuſpe. tu. Tertius i charta fal
ſa producta coram iudice. l. Iubemus. C. de p
batio. Quartus in falſo teſte. C. de fal. l. Ubi.
Quintus in crimine notorie. l. Ea quidem. C.
de proba. Sextus in caſibus notatis in dicto.
§. Si publico. Alia opinio dicit ꝙ licet hoc ve
rum ſit de iure. de conſuetudine tamẽ de quoli
bet crimine poteſt inquiri fama publica prece
dente: ⁊ clamoſa inſinuatione referente. Et ita
refert Al. de Gandino. Sed opinio glo. primo
poſitam Ange. reprobat in hoc ꝙ dicit tantuꝫ
in dictis caſibus poſſe inquiri ⁊ non in alijs.
Ponit enim ⁊ ipſe alios caſus in quibus põt i
quiri. ſ. contra omnem ſacrilegum: latronem.
⁊ plagiarium. l. iiij. §. mandatis. ff. ad. l. iulia.
pecul. Item contra facientem ſeditionem i ci-
uitate. in autenti. de manda. prin. §. ſi. Item vi
detur poſſe inquiri regulariter contra omneꝫ
malum hominem. l. Congruit. ff. de offi. preſi.

Caſus ĩ
qſitiõis

Nicolaus de Macta in quadaꝫ ſua diſputatio
ne recedens ab illa opinione glo. ponit ſex ca-
ſus in quibus poteſt inquiſitio fieri. quos bar.
ſibi aſſumit pro regulis in dicto. §. Si in pu-
blico. Quorum primus eſt ad denunciationeꝫ
officialis. ſ. publici ad hoc deputati. vt cuꝫ per
ſtatutum deputantur i comitatu officiales. ne
maleficia committantur. vt. l. Diuus. ff. de cu-
ſto. reorum. Secundus poteſt inquiri propter
precedentem incidentem cognitionem. vt in
falſo teſte. C. de teſtib. l. Nullum. Tertius pro-
pter precedentem generalem inquiſitionem.
als fruſtra fieret. l. Congruit. ff. de offic. preſid.
Oportet tamen inuento malefactore fieri cir-
ca eum ſpecialem inquiſitionem ad hoc vt cõ
demnari poſſit. Quartus vbi maleficium corã
iudice committitur. vt falſa charta. C. de pba.
l. Iubemus. Quintus propter atrocitatem cri
minis ⁊ iniuriam factam clericis. vt in. l. Si
quis in hoc genus. C. de epi. ⁊ cle. Sextus pro

pter criminis notorietatē. vt dicta.l.ea. Addit Bar. ſeptimum vbicunq; ſiue metu calumnie ꝛ ſine ſolemnitate inſcriptionis procedit accuſatio. ibi etiam poteſt inquiri quod probat per rationes. Sed iſtud ſeptimum reprobat Ang. ꝛ addit alium caſum. ſ. in crimine ſuſpecti tutoris. Aliorum opi. eſt ꝙ duplex eſt inquiſitio. Una que principaliter fit propter ſe ex officio iudicis nobili. Alia mercenaria ſeu incidens que fit ex officio iudicis mercenario ſeu īcidēter. Et prima inquiſitio fit tribus modis. Primo quando per famam imploratur vt in.l. In annuas.C.de offi.rec.prouin. Nam fama tenet locum accuſatoris. vt in.c. Qualiter ꝛ quādo. de accuſa. Secundo quando per promotorem prouocatur. ex. de accu.c. Cū oporteat. Tertio quādo per publicam denunciationem excitatur.l. Ea quidem.C.de accu. Et ſubdit Ange. horū opi. iure canonico credo veram: quo iure īqſitio eſt remedium ordinariū. extra de ſen. excō. c. Cum deſideres. Sed iure ciuili ex ſola fama non inquiritur. Demum ipſe Angelus ponit ſuam determinationē p diſtinctionē. Dicit enī ꝙ inquiſitio fit duabus de cauſis. quia aut ad priuatā vtilitatē principaliter: aut ad publicā. Ad priuatā aūt vtilitatē regulariter fit inquiſitio: q: que in iudicio agunt ad partis poſtulationē agenda ſunt: nō ex offō. ff. de iudi.l. Qui ſemel. Fallit hoc in caſibus. ſ. ſuſpecti tutoris: quoad vtilitatem pupilli requiritur nemine poſtulante. Et in datione tutoris qui dari pōt ex officio nemine petente. Item ꝛ cenſitor ad vtilitatem priuatam inquirere. Itē ꝛ pretor inquirit contra executores publicos ad priuatā vtilitatē ne interim tributis ꝛ alijs vexentur vexationibus: vt in autenti. de man. pn. §. Coges. Item epūs in cauſa vſurarū inquirit contra vſurarium. vt vſuras priuato reſtituat. vt de iureiuran.c. Ad noſtrā. Si ad publicam vtilitatē fit inquiſitio: tunc aut in cauſis ciuilibus: aut in criminalibus. Si in ciuilibus regula eſt. ꝙ in omnibus cauſis mere ciuilibus ꝛ numerarijs principaliter vtilitatē reipublice concernentibus poteſt procedi per īquiſitionē. vt.C. de bo. poſſ.l. Si qs. In cauſis vero criminalibus ho quattuor regulas. quarū prime tres ſunt affirmatiue: quarta negatiua. Prima regula eſt. ꝙ vbicūq; crimē eſt tale: ꝙ accuſando iuris ſolēnitas relaxatur. de illo poteſt inquiri. Probatur hec regula.C. de accu.l. Ea. Unū q: cum proceditur per accuſationē in multis ſolemnitas iuris relaxatur. ideo de eo pōt inquiri. Quod ēt notat Inno. in.c. Ura de coha. cle. ꝛ mulie. Et inde eſt ꝙ ad denunciationem publici officialis pōt inquiri: q: per talem denunciationem fit crimen notorium. Secunda regula ē. ꝙ vbicunq; committitur crimen coram iudice. ita ꝙ offendatur pars vel iudicis maieſtas pōt inquiri de eo. Probatur hoc.C. de teſti.l. Nullum. Unū ſi quis coram iudice producit falſum teſtem: vel vtitur falſo inſtrumento: quia offendit aures iudicis: merito propter offenſam iudicis maieſtatis ꝛ partis poteſt contra eum inqrere. Tertia regula eſt. ꝙ vbicunq; crimen ē de atrocioribus fama publica precedēte a fidedignis poteſt inquiri. Probatur hoc.l.iij. §. mandatis. ff. ad.l. iuli. pecu. Uideo enim in iſtis actionibus iuris ſolemnitatem relaxari. ergo poterit inquiri. Intereſt enim reipublice atrociora delicta puniri. vt prouincia malis hominib⁹ purgata remaneat. Et reputatur inter atrociora iniuria qua fit clericis. vt.C. de epi. ꝛ cle.l. Si qs in hoc genus. Quarta regula eſt negatiua ſcilicet ꝙ in his caſibus exceptis non poteſt in criminalibus cauſis īquiri. Probatur hoc p.l. reſcripto. §. ſi quis accuſatus. ff. de mu. ꝛ hono. Hoc videtur intelligendum quando iudex inquirit ad denunciationem ꝛ inſtantiam alterius: nō autem ex mero officio ſuo hoc agit: vel intelligendū hoc de iure ciuili: ſecus de iure canonico. q: pōt ꝛ in alijs caſibus inquiri ꝛ ita practicatur. qđ ēt declaratur in. §. ſeqnti. Pōt aūt inqſitio impugnari ſemp cū in aliquo eorum que ſunt de ſubſtantia inquiſitionis deficit. ſicut accuſatio: cū defectus fit in ſubſtātialib⁹. Et tūc ex huiuſmodi defectu ſubſtantialium non poſſet procedi ad cōdemnationem: qđ verum eſt niſi inquiſitus ſit confeſſus crimen vel nō opponat talē defectum ſubſtantialium. Nam ex inquiſitione deficientie in ſubſtantialibus contra confeſſum crimen: nō opponentē defectū ſubſtantialium poteſt ſequi condemnatio. vt expreſſe dicitur.c.j. de confeſſio. li. vj.

De ſubſtantia .§.iij.

libus īqſitiōis dicit Ang. ꝙ qnq; ſunt neceſſaria. Primū eſt ex parte iudicis īqrentis. ꝛ hoc eſt ꝙ ſit cōpeteñs iudex. alś nō tenet īquiſitio. vt de re. iudi. Ea que fiunt. li. vj. Ubi ſciendū ſm ipm ꝙ in cauſis meri imperij. vt ſūt criminales cauſe. ſolus iudex habēs merū imperium poteſt pncipaliter inqrere: q: eius negocij ſolus ipſe habet iuriſditionē. ff. de iuriſdi. om. iudi.l. Iubere. Incidenter autem iudex ciuilium cāꝝ pōt īqrere de cāis meri īpij.C. de teſti.l. Nullū. Ut cū teſtis deponit falſū coram iudice ciuiliū cāꝝ: ꝛ nō hñte merū ipiū. Nam tūc rōne incidētis cognitionis cā meri īpij deuoluta ē ad ſuam. iuriſditionem. Et punit talis inquirens inquiſitum: ſm aliquos pena extraordinaria: ſm alios ordinaria. Sed hic notandum ꝙ ſi clericus deponit falſum coram

laico ꝯſuis ſn hoc caſu glo. in dicta. l. Nullū. ⁊
ſm Cy. clericus poſſit puniri per iudicē laicū.
Ray. ꝯtrariū dicit p. c. Si diligēti. ex̄ de ſo. cō
pe. Et iure quidē antiquo ciuili glo. ⁊ eā ſequē
tes verum dicunt: ſed iure canonico. Ray. ve/
rum dicit. ⁊ ſic tenēdū eſt. C. de epi. ⁊ cle. ⁊ i au/
ten. Statuimus. In cauſis vero ciuilibꝰ ⁊ pecu
niarijs ad publicam vtilitatē ſpectantibꝰ inqui
rere poteſt ois iudex ad cuius iuriſditionē of/
ficium ⁊ cognitionē talis cauſa ſpectat. ad ꝓua
tam aūt vtilitatē: vt ad remouendū tutorē vel
curatorē: tanq̄ ſuſpectū rome ꝓtor inquirit vel
ſubdelegatus: in ꝓuincia ꝓconſul. Et cū hodie
ptātes terrarū in terra quam regunt teneant lo
cū preſidis: corā eis agēda eſt queſtio ſuſpecti
tutoris ad inquirendū vero cōtra vſurarium
vt vſurā reſtituat poſſunt inquirere ordinarij
locoꝝ: ⁊ coꝝ vicarij. ex̄ de vſuris. c. Ad noſtrā.
¶ Scōm qđ requirit qđ eſt ex pte inqſiti eſt vt
ſit de iuriſditione iudicis inquirētis quoad iu
ſtū articulū: al's nō poſſet ꝯtra ipſū inquirere. ex̄
de ſo. cōpe. Si diligēti. ⁊ autēti. Statuimus. de
epi. ⁊ cle. ¶ Tertiū qđ requirit eſt ex pte cauſe
ſeu materie de qua inquirit. qđ pro tāto dr̄: q:
non ſemꝑ in oī negocio pōt procedi ꝑ inquiſi/
tionē: ſed tm̄ in quibuſdā: de quibꝰ dictū eſt in
§. ꝓcedenti. ¶ Quartū qđ requirit ex pte cau/
ſe incitantis inquiſitionē: quod dr̄ pro tāto: q:
fama publica ⁊ clamoſa iſinuatio a fidedignis
procedens: incitat iudices ad inquirēdū adeo
ꝙ inquiſitio fieri non pōt: niſi ꝓcedat diffama/
tio a viris honeſtis: nō maliuolis ⁊ maleficis:
⁊ nō ſemel ſed pluries: ⁊ ꝙ ſit tāta ꝙ ſcādalum
generet: nec tolerari poſſet ſine periculo. vt in
c. Qualiter ⁊ quādo. i ſi. de accu. Hoc tamē fal/
lit in certis caſibus. Primo vbi inquirit ad re/
motionē prelatoꝝ regulariū: q: tūc non eſt ne/
ceſſe ꝙ diffamatio ſit tanta ꝙ ſine ꝑiculo vitari
non poſſit: vel ꝙ ſcādalum generet. Et eſt rō. q:
tales facilius remouent ab officijs ſuis. vt in
c. Qual'r de accu. Itē fallit vbi inqſitio ſit ꝑſen
te parte ⁊ non opponēte ſe diffamatū non eē: vl'
diffamationem ꝓceſſiſſe non legitime. vt de ac
cu. c. ij. li. vj. Item fallit vbi iquiſitio formatur
contra confeſſum crimen. ca. j. de confeſſi. li. vj.
Itē fallit in inquiſitione generali que fit contra
caput ⁊ membra eccleſie alicuius ciuitatis ca/
ſtri vel loci. de delicto in genere de quo loquit
c. j. extra de offi. ordi. ⁊ ita tenet hoſtien. in ſum
ma. Et per hoc patet ꝙ ſyndicatores rectorum
qui ſyndicant caput ⁊ eius mēbra: puta ptātē:
capitaneum vel eius officiales poſſunt contra
eos inquirere in genere de delictis cōmiſſis ꝑ
eos in eoꝝ officio: non ꝓcedēte fama publica:
vel clamoſa inſinuatiōe: ⁊ ita de cōſuetudīe ſer
uatur. Fallit etiā qñ per inquiſitorem ꝓcedit
ad denunciationē publici officialis. vt de offi.
cuſto. c. ſi. ⁊ ita tenet. Hoſti. Item fallit cū iudex
inquirit ex mero ⁊ puro officio: ⁊ non ad inſti
gationē alterius. vt in. c. j. de offi. ordi. Et ꝑ hoc
ſint cauti rectores terraꝝ: ꝙ ad hoc vt ab eis nō
poſſit peti copia diffamationis: ſemꝑ cum for/
mant inquiſitiōes dicāt. Hec eſt inquiſitio quā
facit talis. N. contra talem. M. ex ſuo mero of
ficio. Item fallit vbi iudex eſt neceſſitate ſui of/
ficij inquirit vel vbi vertitur periculū animaꝝ
ibi non eſt neceſſaria diffamatio ſm formā pre
dictā. In criali vero in quo iudex procedit ex
neceſſitate officij non eſt neceſſaria diffamatio:
quod notandū pro inquiſitionibus que fiunt
hodie per rectores terrarū: an ſit neceſſe diffa/
mationē precedere. Nam ſi de neceſſitate offi/
cij inquirere tenet: non eſt neceſſaria diffama/
tio. Sed ſi inquirit ex volūtate: nō neceſſitate:
tūc ſi inqrit ad petitionē alteriꝰ ē neceſſaria dif
famatio: ſi vō ex mero officio vl' ad denūciatio
nē publici officialis: nō eſt neceſſe diffamatio/
nem ꝓcedere. vt dictū eſt. ¶ Quintū qđ requi
ritur de ſubſtātia inquiſitionis eſt ex parte for/
me: vt. ſ. inquiſitio ſit apta cōcepta ⁊ habeat de
bitam formā. al's non poteſt ſequi condēnatio.
vt in. c. Qualiter. ⁊ inquiſitionis. ⁊. c. Cū opor/
teat. de accu. De quibus formis dictū eſt ſupra
§. j. Debet ergo in inquiſitione apponi locus ⁊
tempus delicti tanq̄ ſubſtātialia. alia vō oppor
tuna ſubſtātialia in libello accuſationis ſm for
mam libelloꝝ inſtituta. de pub. iudi. ⁊ ſm glo.
ibi. ⁊ ſm inno. non debent obſeruari in inquiſi
tione. Sed Jaco. But. quē ſequitur Ange. di/
cit ꝙ excepta inſcriptione omnis alia ſolenni/
tas que ſeruatur in accuſatione ſeruāda eſt in
inquiſitione. Item in inquiſitione debet proce
di contra preſentem. nam ſi abſens eſt ⁊ ſe per
contumaciam non abſentauerit. citandus eſt.
Sed hoc de conſuetudine non ſeruatur: quia
ſemper inquiritur de delicto: ſiue inquiſitus
ſit preſens ſiue abſens per contumaciā vel nō.
Item quamuis litis conteſtatio fieri non debet
in caſu inquiſitionis quia conteſtatio litis per
interrogationem: vel reſponſionem rei animo
litem conteſtandi. vt. l. ꝓma. C. de lit. conteſta.
Sed hic non eſt actor. ergo nō eſt dare litis cō/
teſtationem. fieri tamen debet per iudicem in/
terrogatio et per eum reſponſio. Item quāuis
inquirendus debeat interrogari de his de qui
bus iudex debet inquirere: ad hoc vt ipſe ha/
beat facultatem ſe defendendi. et poſtea ſi in/
quiſitio debeat formari: ſi ordo ille peruerti/
tur: ſcilicet ꝙ prius fiat inquiſitio quam inqui
ſitus interrogetur. inquiſitio eſt nulla vt in di/
cto capitulo. Qualiter. Sed hoc de conſuetudi
ne non ſeruatur: ſed contrarium. Item ſi iudex

inquirat ex officio non tenet ſe inſcribere. ſed charitatiuam denunciationem facere. Item in inquiſitione inquirens facit concluſionē p hec verba. Sup quib⁹ oibus et ſingulis dependētibus et cōnexis ab eiſdem. et prorſus extraneis dictus iudex inqrit. vt ſupra dictū eſt. Et ē valde vtile hāc cōcluſionē facere: quia p hanc concluſionem iudex intentat certam legem in puniendo. et hoc notat. Bar. Item cū iudex inquirit de homicidio cōtra Titium fuiſſe culpabilē de furto vel adulterio. de illis. ſ. furto et adulterio cōdemnari nō poteſt. qr reſpectu furti vl' adulterij nullus eſt cōfirmatus locus: nullum qz tempus deductum. ergo. etc. Quod verum eſt niſi de crimine conſtaret per ppriā confeſſionē qr tunc licet illud crimē nō in inqſitione deductum rōne confeſſionis. poteſt ſequi condemnatio. extra de confeſſi. c. ij. li. vj. Et ratio eſt. qr tunc nulle ſunt partes iudicis in confeſſum niſi in condemnando. ¶ Que autem probationes requirātur. vt ex inquiſitione poſſit ſequi condemnatio. dic qp quando inquiritur cōtra laicum de crimine requiruntur probatiōes apte et neceſſario concludentes. vt in. l. Sciāt. C. de pba. Si vo cōtra religioſos inquiritur de crimine requiruntur probationes magis exacte. vt ex de ſymo. c. Licet. Et contra religioſuz ipſum pbationes diuerſimode requiruntur. Nam aut aliquid inquiritur contra religioſuz ad correctorem ſm regulam. et tunc ſm candē de plana fienda eſt non ſeruata forma predicti c. Qualiter. vt notat. de appel. c. Reprehenſibilis. et ifra. preſenti decreto ſtatuimus. vt nec plati niſi. etc. Aut inquiritur vt ab adminiſtratione remoueatur: et tunc qn agit de priore vl' abbate curam habente auctoritate dioceſani iſtituto eſt quoad quedam ſeruanda forma dicti. c. Qualiter. Licet non quoad omnia. quia non vocabitur modo predicto vt ſe poſſit defendere. vt de accu. c. Ad petitionez. Et remoueri poteſt a predicta adminiſtratiōe leuius et ex leuioribus cauſis qz clerici ſeculares. Et in hoc ſpectanda eſt conſuetudo ſpecialis locorum religioſorū. vt in. c. Quia nos. de ap. Quando vero agitur de priore ſimplici: vel alio officiali. tūc talis inſtituitur et dſtituitur ad abbatis arbitrium. vt notat Innocentius in dicto. c. Qualiter et quando. de accuſatione.

¶ Quādo aūt et .§.iiij. qūo ſit procedendū. ¶ Notat qp cuz ſubditus aliquis vel etiam prelatus offendit. ſi p clamorem et famam ad aures ſuperioris peruenerit non quidem ortam a maliuolis: ſed prouidis et honeſtis: et non ſolum ſemel ſed ſemper debz veritatem diligentius perſcrutari: vt puniat ſi oporteat: nec ex hoc ſequitur: qp idem ſint accuſator et iudex: ſed fama eſt loco accuſatoris. ex de ſymo. c. Licet heli. Et pro maiori huius declaratiōe dicit Rich. in. iiij. di. xix. qp fama mala qñqz eſt a certo motore qñqz ab incerto. de cōſe. di. iiij. Sanctū. Quādo hz ortū ab icerto motore: ſi ad aures prelati deuenerit p clamoſam inſinuationem vt ex ea ſcandalum in populo generet dz pcedere ad inquiſitionem qzuis nullus ſit qui ſe offerat ad accuſandum: factum vel famam. Sciendū tamē qp malā famā non faciunt dicta paucorum: taliter vt propter illam prelatus dbeat procedere ad inquiſitionē extra de accu. c. Inquiſitionis. in glo. vbi dicit dicta paucorum non infamant: fama. n. dz eē p villam ſiue per parrochiam ad hvi fiat inquiſitio. ij. q. j. Deus oipotens. Et cum procedit ad inquirendum inquiri nō dz de qbus infamia nō pceſſit. Si aūt hz ortū a certo motore: vl' certis motoribus tunc ſi illi nō ſunt inimici ſed puidi et honeſti dz platus pceder ad inqſitionē. Si aūt ſunt inimici et maliuoli tunc aut cōſtat ita eſſe nō certitudine: ſed p pſumptiones non violētas: et tunc etiā platus ad inquiſitionē pcedere dz. Si aūt cōſtat eſſe tales per legitias pbationes vel eorum confeſſionē vel violētas preſumptiōes et infamatus alias fuerit boni nois et pſona notabilis: nō credo qp platus pcedere debeat ad inquiſitionē. extra d purga. cano. c. Cum in iuuentute. Quidā tamē dicunt qp vndecūqz orta fuerit mala fama pcedendū eſt ad inquiſitionē: et infamato canonica purgatio idicenda eſt ſaltē pter ſcandalū. extra de accu. c. inqſitio
Qualiter et quādo. Sed hoc credo intelligēdū indicis
quando illi a quibus infamia ortū habuit nō ex offō
pbant eſſe inimici vel maliuoli. Hec Richar. in. iiij. di. xix. q. iij. ar. ij. in corpore arti. ¶ Differt autem inquiſitio quā facit iudex alio pcurante ſiue promouente et ea quā ipſe facit ex officio ſuo ad clamorē fame i hoc qp vbi fiat alio procurante non eſt cogendus aduerſarius iurare: ne propter hoc promotor iquiſitiōis poſſit inſtrui: ſed ipſe tenetur probare ſuam intētionem: alias puniret ſuſpenſione vel aliter nec ſe purgauerit qp non aio calūniādi crimē impoſuit. extra de calum. c. Cū dilectus. Item publicatis atteſtationibus non recipientur ali teſtes: quia timeretur de ſubordinatione. Sed vbi iudex inquirit ex officio: tunc is cōtra quē inquiritur eſt cogendus iurare qp reſpondeat veritatem ad interrogata. Et hoc dico ſiue inqratur contra priuatam perſonam ſiue contra conuentum. Item publicatis atteſtationib⁹ poteſt denuo ab alijs teſtibus inquirere veritatē ij. q. v. Habet. et c. Mennam. Forma autē iuramenti teſtium in cauſa inquiſitionis eſt hec. Si

eſt contra pſonā ⁊ crimen determinatū. iurat teſtis ꝙ ſup crimē dicet plenam veritatē. extra de ſymo. c. Licet hely. Si vero eſt inquiſitio ſup ſtatu eccleſie iurat dicere: que ſcit vel credit de eccleſia reformāda: vel ꝙ reſpondeat veritatē ad interrogata. extra de accu. c. Cum dilect⁹ Et in talibus iuramētis nō dꝫ iurare de occultis. Nam ſecretoꝝ ſolus deus eſt iudex ⁊ cognitor. diſt. xxxij. Erubeſcant impij ⁊ aperte intelligant iudicia ſanctiſpiritus eos ⁊c. ⁊ ſecunda queſtione. v. Conſuluiſti.

¶ Ad inquiſitio/ .§.v.

nem iudicis. Utrū teneatur inq̄ſitus de oībus aperire veritatē ⁊ manifeſtare de qb⁹ fuerit interrogatus. Nota circa hmōi diſtictionē. Petrus de palu. in. iiij. diſt. xix. Aut certū ē ꝙ iudex inquirit de crimine in caſu in quo pōt d̄ iure: ⁊ tunc tenet ſibi hō dicere veritatē: tam de ſe ꝗ̄ de alio q: mētiri in iudicio eſt mortale. Aut certū eſt ꝙ ipſe iniuſte iq̄rit: vtputa q: nō preceſſit accuſatio nec denūciatio nec clamoſa inſinuatio: nec īfamia illius: nec factū ē diuulgatū: nec denūciatū. Nec in ſpeciali puta talis fecit tale crimen: vbi iacet occiſus. ſed neſcit a quo. Nec in generali. puta tale monaſteriū eſt diffamatum de diſſipatione religionis tūc enī nō tenet nec de ſe nec de alio: q: ille in hoc nō eſt ſuus iudex. Si ſit dubiū vel iuris vel facti: preſumendū eſt ꝓ iuſtitia iudicis: ⁊ dꝫ ſibi hō dicere ſe veritatē vel magis ponere in ipſi⁹ iudicio: cū ſciat tale crimē qd̄ null⁹ alius ſcit: niſi forte vnus ꝙ habeat cōſiliū: vtrū teneat noīare pſonā ⁊ ſicut ille iudicauerit ita faciat: q: iuſſus iudicis in dubijs excuſat. Similiter de latrone qui torquet. Si. n. tale crimē eſt in ſe vł i alio ꝙ iuſte poſſit ſubijci inquiſitioni: tenet dicere tā de ſe ꝗ̄ de alio. alias nec d̄ ſe nec de alio Eo aūt ipſo ꝙ homo vnicū crimē hꝫ ꝓpter qd̄ iudex iuſte ꝓcedit contra eū in illo crimīe inq̄rēdo ex hoc ipſo ⁊ de alijs pōt inq̄rere: q: non ꝓpter occultationē peccati ſed peccatoris: de occultis hō ꝓhibet iudicare. Ubi ergo iam ꝑ vnicū crimē eſt diffamatus: ⁊ de alijs dꝫ dicere veritatē: ⁊ alr̄ ſi ſocij ſui ſunt in tali ſtatu ꝙ iuſte cōtra illos agi pōt ꝓ vnico crimīe: ēt d̄ alijs olb⁹ ⁊ pōt ⁊ dꝫ eos ꝓdere: qñ coꝝ correctionē nō ſperat: maxīe cū peccatū illoꝝ ſit in periculū cōmunitatis: vt q: ſcit eos fures: ⁊ latrōes ⁊ impenitētes. Nam illū qui iam penituit accuſare nō dꝫ: niſi iuſte noīatꝫ de eo interrogetur Hec Petrus de pal. Qualiter ſit procedēdum quādo fit cōtra ſingularē perſonā. Nota pmo ꝙ dꝫ fieri inquiſitio in loco in quo ꝯuerſata eſt pſona ꝯtra quā inquirēdū eſt. xxiij. q. i. Parat⁹ ⁊ extra de pſumptio. c. Quoſdā. Citabit aūt is

Inq̄ſitō ꝯtra ſingulareꝫ pſonā.

alterius cõſtituenda non ſit.xvj.q.j.c.eccleſie.⁊ c.quicũqꝫ.qḋ ſi fiat deſtruenda eſt:maxie ſi operis noui nũciatio rite facta nõ preceſſerit:tamẽ illa iura loquunť de eccleſia non de hoſpitali ſi ne eccleſia vel capella. Et illa eſt rõ. ne aliquid iuris antiquioris eccleſie noue acquirať. vt in dicto.c.eccleſie. ⁊.c.quicunqꝫ.que rõ ceſſat in hoſpitalibus predictis. Contrarium tamen eſt verum.ſ.ꝙ nullus locus eccleſiaſticus põt erigi in aliqua parrochia ea iuita.ſ. antiquiori eccleſia. Et iſto caſu noie eccleſie veniunt hoſpitalia ex quo fauor eccleſiarũ reſpicitur:quod etiã tenet Lapus. Nec ceſſat ratio preiudicij ꝙ hoſpitale debet habere dotẽ de qua decima nõ ſoluitur. Item ſi habet capellam vel oratoriũ accedunt oblationes.⁊ ſic videtur minui dignitas ⁊ vtilitas rectoris antique eccleſie. Vñ ⁊ de facto vidi qõnem ꝙ quedam imago beate Marie picta in pariete domus cuiuſdam laici fecit miraculum:propter qḋ maximus cõcurſus oblationum fuit:ſuper quibus mota eſt queſtio ⁊ ſniatuꝫ fuit pro parrochia. Et eſt illa qſtio que notatur de cele.miſſa.ſuper rubrica. Sed quid ſi erigatur hoſpitale in limite eccleſie veteris. Rñdet Lapus ꝙ acquiritur iuſpatronatus ex hoc ipſi eccleſie. vt.xvj.q.ij.apoſtolicos. ⁊.xvij. q.iiij.queſti.⁊ no. Hoſtien.in ſumma. ¶ Sed queriť vtrũ hoſpitali debeat certa dos aſſignari. Rñdet Lapus ꝙ non. Jo.an.poſt Hoſtien. ꝙ hoſpitali ſicut ⁊ eccleſie in cõſtitutione eius debet certa dos aſſignari. vnde ẽm eum procedet libellus talis. peto hoſpitale cum pertinentijs ſuis.⁊ itelligitur tũc de dote tñ:que de iure ad hoſpitale pertinet. ẽſi querať de quãtitate dotis.ſ.quanta debeat eſſe. Rñdet lapus.recurretur ad ar.a ſimili.de conſe.eccle.cũ ſicut. ⁊ quod ibi nota.in glo.ordinaria q: alia dos requiritur in eccleſia.alia in monaſterio vt ibi.ſicut ⁊ alia in hoſpitali. Tanta eniꝫ debet eẽ dos in eccleſia ꝙ ſufficiat ad luminaria ⁊ ad vitã miniſtroꝝ.xvj.q.vij.pie mentis.exiſtimatio ẽ epiſcopi. Jn hac.ſ.hoſpitalis dote habebiť reſpectus aliorum hoſpitalium.arg.in auten.de eccleſiaſticis titu.§.ſiquis.debent autem prouideri.vt habeant aſſirmas.i.prouiſiones reruꝫ neceſſariarum. Et in hoc conſideratur ſpes hoſpitalis. Nam ſi ſit deputatum ad hoſpitandũ pauperes:tunc principalis cura erit in lectis. Alia ſunt deputata ad curandum infirmos.et tunc ꝑncipalis cura erit in bonis ⁊ deuotis miniſtris ⁊ expertis in opere medicine ⁊ ſic de ſingulis.⁊ ẽm hoc erit prouidendũ de dote eius.

¶ De conceſſio- .§.vi.

ne per litteras apoſtolicas vel legatoruꝫ ſedis apoſtolice ſuper prouiſione quorũcũqꝫ clericoruꝫ conceſſas directas. Nunqḋ per has poterit eis prouideri de hoſpitali. Rñdet lapus non ꝑ cle.per lras de preben.etiã ſi hoſpitalia illa habeant eccleſias vel capellas vel alia iura ſpũalia annexa niſi de eis ſpecialiter caueatur.vt in dicta clemen.per lras.⁊ hoc verum eſt ſi littere ſint gratioſe ſiue in forma pauperum.vt dicit Pau. Sꝫ quid de lris aplicis ſuper reſeruatione fructuum beneficioꝝ. Rñdet lapus hãc queſtionem tangit glo.ſuper dicta cle.per litteras ⁊ dicit ꝙ talia non includunť niſi exprimãtur. Et eſt ratio ẽm glo.q: ex quo ſunt deputati ad certum vſum ſine expreſſa lnia papa.ad alium vſum conuerti non debent.vt in dicta clemen. q: contingit. Sed nũquid talia beneficia vacãtia per mortem officialis pape:ſeu per obitum decedentiũ in curia habent locum in eis decretalis prima ⁊ ſcḋa.de prebẽ.li.vj. Rñdet lapus ꝙ non de iure cõmuni quia illa.ca.allegata loquunť ſolum de beneficijs ⁊ dignitatibus.ergo non habẽt locum in hoſpitalibus rõne iam dicta. Si autem ſuꝑ beneficijs emanarẽt extrauagantes:prout emanauerunt reſeruatões circa dicta beneficia eoruꝫ tenor eſſet inſpiciẽdus extra de priuil.c.porro.⁊ niſi fieret expreſſa mẽtio in illis non includerenť. Nec miruꝫ.q: predicta iura loquẽtia de beneficijs vacãtibus in curia includũt beneficia ſpectãtia ad patronos laicos vt videtur ſnuere glo.ſuper dicta decretali.⁊ de prebẽ.li.vj. Et ẽm hoc de hoſpitalibꝰ habentibus ꝑronos laicos non eſſet dubium. Sed nũquid in illis duobus caſibꝰ poſſint cõferri clericis in bñficium.de qbus in dicta clemẽ.q: ꝯtingit.includunť in litteris ſuꝑ prouiſione faciẽda impetrãtibus clericis. Rñdet lapus glo.in dicta clemẽ.per lras tenet ꝙ nõ. Sꝫ nũquid eſt generaliter verũ ꝙ in litteris ad beneficia impetratis non includãtur hoſpitalia. Rñdeo diſtinguendum eſt ẽm lapum vt diſtinguit glo.in clemen.per lras.q: aut hoſpitale ẽ principale cui accidit eccleſia vel capella:⁊ tũc per dictas litteras non debetur. Si võ eccleſia ſit principalis habens annexum hoſpitale tũc debetur per tales litteras ⁊ venit ratione acceſſorij quod principaliter non veniret.facit eo.ti.ro.ſuper eo.li.vj.in dubio vero quia extat eccleſia ⁊ hoſpitale:nec conſtat quod ſit principale: ⁊ quod acceſſorium dicit predicta glo.ꝙ ſi apparet poſſeſſio ⁊ denominatio.⁊c.de preben.c.cum de beneficio.lib.vj. Si non apparet repelletur impetrans. Conſtat enim principale hoſpitale:nec conſtat illud acceſſorium eccleſie.et certum eſt ꝙ ſi hoſpitale ⁊ eccleſia eſſent annexa.ita qꝰ neutrum eſt principale haberet locuꝫ dicta clemen.per litteras ẽm glo.predictã. Sꝫ nunquid legati de latere poſſunt cõferre dicta

hoſpitalia. Reſpondet lapus. ſi ſunt hoſpitalia in quibus laici obtinent iuſpatronatus nõ eſt dubium. ꝙ ſicut nõ cõferunt eccleſias collegiatas: eadẽ ratione nec hoſpitalia collegiata. Sȝ in hoſpitalibus ſpectãtibꝰ ad eccleſias collegiatorum vel ad clericorũ diſpoſitionẽ: videt̃ dubium: q: ſicut poſſunt ↄferre talia beneficia ita ⁊ hoſpitalia. Glo. tamen ordinaria ſuper dicta clemẽ. per litteras. videtur ſentire ↄtrariuȝ. Et hoc idem notat Paulus ibi. Uidi tamẽ cõtrariuȝ de facto ſepe: ⁊ legati de latere talia hoſpitalia cõferunt. Sed licet talia hoſpitalia non includantur in litteris apoſtolicis vel legatorum eis ad beneficia impetratis nunquid in litteris epiſcoporum includent̃. Reſpondet lapus ſm zen. in dicta clemẽ. non niſi prout hodie cauet̃ in dicta clemen. de religio. domi. Sed Guil. de monte laud. dicit ꝙ ordinarij ea poſſunt cõferre clericis ⁊ eis aſſignare pro titulis ꝑpetuis: dum tamẽ conſuetum ſit per plures de antiquo regi tanq̃ꝫ habentia curam animarum vel altaria: vel hoc conſtitutum fuit a fundatione vel quis per electionem creetur in ipſis locis.

¶ De quibuſdam .§.vij.

ad que non tenent̃ hoſpitalarij ſeu hoſpitalia: de quibus poſſet dubitari. Et primo ſciendum ſm lapum. ꝙ hoſpitalarij quibus cõmittuntur hoſpitalia gubernanda: inquantũ hoſpitalarij non tenent̃ ad diuinum officiũ ſeu horas. Nã ⁊ laici etiaȝ vxorati poſſunt eẽ hoſpitalarij qui ad officium non tenent̃. Et ratio eſt. q: nõ eſt iure cautum ꝙ teneantur. Sed clerici qbus collata ſunt hoſpitalia in beneficium tenent̃: quia beneficium datur propter officiuȝ. Et ſimiliter ſi hoſpitalarius eſſet in ſacris cõſtitutus etiã ſi illud non haberet in beneficiũ. Non etiaȝ tenẽtur talia hoſpitalia ad cathedraticũ. ſm Paulũ in clemen. quia cõtingit. Et ratio q: bona taliũ locorum tenentur ad ſuſtentationẽ tantũ ergo non ad aliud: vnde non ad cathedraticũ: quia non eſt hoc iure expreſſuȝ nec dos per hoc a principio fuit inſtituta. Item non tenent̃ ad ꝓcurationem cum epũs viſitat. ſm Paulũ in dicta clemen. quia cõtingit. Et hoc probatur ꝙ epũs nõ poſſit viſitare talia hoſpitalia: quando. ſ. procuratio debet̃ propter viſitationẽ: ſȝ ad procurationẽ non tenẽtur hoſpitalia. Si ergo vult corrigere vel emendare aliquid epũs ad quod tenetur ſm formam dicte clemẽ. inquirat ⁊ nõ viſitet. Sed de viſitãdo alij doctores tenent cõtrarium. Nam Fede. de ſenis in cõſilio. cv. tenet. ꝙ epũs viſitando vel non viſitando curaȝ debet habere in hoſpitalibus ꝙ fiant ibi ea ad q̃ ſunt inſtituta ⁊ dicit hoc ꝓbari in. c. romana. de cenſi. li. vj. §. pro. Iteȝ Ioã. an. ⁊ archidia. Et iſtud eſt verius: nec obſtat ratio pauli. Nam epũs debet viſitare eccleſiam pauperem non obſtante paupertate: ⁊ non debet exigere in dicto caſu: vt dicto. c. romana. ita ⁊ hoſpitalia viſitet et nil exiget cum pauper intelligat̃: cum omnia pauperibus erogari debẽt. ¶ Item non tenentur ad decimas papales hoſpitalia. Dicit eniȝ glo. ſuper clemen. ii beneficiorum. de decimis ꝙ hoc hodie eſt expeditum per declarationem clem. Honorij ⁊ Bonifacij. vij. vbi dicitur de reddiditibus prouentibus leproſorũ domorũ dei ⁊ hoſpitalium que in vſus pauperum ⁊ infirmorũ conuertuntur decime non ſoluũtur. ¶ Sȝ qd ſi cõſtat hoſpitale edificatum ſed non conſtat de auctoritate epiſcopi: nunquid cenſebitur locus eccleſiaſticus cum alias vt dictum eſt: non dicatur locus eccleſiaſticus hoſpitale niſi ſit factum auctoritate epiſcopi. Reſpondet Lapus: ꝙ Fede. de ſenis in cõſilio. cxvj. dicit ꝙ exquo non apparet cõtrarium in dubio preſumitur: exquo vocatur hoſpitale ⁊ habet faciem loci eccleſiaſtici: vt colligitur de priuilegijs patentibus. vnde ⁊ notat archidia. de cõſe. diſtin. j. nemo ꝓ. dubium eſt an in conſtitutione eccleſie interuenerit auctoritas epiſcopi. nec ne. debemus preſumere ꝙ interuenerit exquo habet ſigna loci eccleſiaſtici: ⁊ maxime ſi talis locus denominatur a nomine alicuius ſancti. puta dicitur hoſpitale ſancti Petri ⁊ canciani: immo et plus dicit Fede. ꝙ ſi non ſit conſtructum hoſpitale auctoritate epiſcopi: ad epũm tamẽ ſpectat curare vt ſeruentur in eo ea ad que deputatum eſt cum perſone degentes ibi ſint miſerabiles: ⁊ ſub protectione eccleſie eſſe dicantur. ¶ Sed queritur an in talibus hoſpitalibus habeat locum clemen. diſpendioſam. de iudi. vt. ſ. in eis procedat̃ ſimpliciter ⁊ de plano ⁊ ſummarie ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij. Reſpõdet lapus hanc queſtionem tangit glo. ordinaria ⁊ tenet ꝙ ſic. per verbum officijs qđ eſt in dicta clemẽ. quare non eſt dubium qđ rectores talium locorum dicuntur habere. ¶ Sed nũquid in iſtis fiet miſſio in poſſeſſionẽ cauſa cuſtodie: cuȝ in bñficijs non fiat. extra de eo qui mit. in poſ. c. ꝑ. ſi. vj. Rñdet lapus hanc qõnem determinauit dñs meus lapus abbas. ⁊ concludit ꝙ non fiat miſſio in poſſeſſioneȝ: q: exquo poteſt procedi in tali cã lite non cõte. vt. ſ. dictum eſt. cũ ſit dare viam ordinariã: non recurrit̃ ad extraordinariam. Quid ergo de cle. ad cõpeſcendas. de ſequeſtrati. nũquid habebit locũ in iſtis hoſpitalibus. Reſpondet lapus. Credo ꝙ ſic per ideñtitateȝ rõnis: ⁊ per ea que notat dñs meus lapus abbas: in dicta queſtione vbi dicit ꝙ nomie officij ⁊ beneficij eccleſiaſtici venit locus religioſus ⁊ eccleſiaſticus: ⁊ iure eccleſiaſticorum be-

neficiorum cenſeri debet. nec obſtat clemẽ. per
litteras. de prebẽ. cuꝫ ſimilibus. q: loquitur in
ambitioſis ⁊ odioſis in quibus fit ſtricta inter/
pretatio. ¶ Sed nũquid clemen. cupiẽtes. de
elec. habeat in hoſpitalibus. Reſpõdet lapus.
ꝙ Joã. an. ⁊ Bar. ⁊ Guil. dicunt ꝙ non. ⁊ ideꝫ
ſentit archidia. ⁊ Jo. mo. q: aliud eſt hoſpitale
aliud eccleſia. ¶ Eodem mõ poteſt queri. vtrũ
ca. j. de ele. li. vj. habeat locuꝫ in hoſpitali. Rñ/
det lapus abbas videtur ſentire ꝙ ſic: qđ etiaꝫ
mihi placet non obſtante. q. c. cupientes locuꝫ
non habeat: nam illa loquitur de cathedrali/
bus ⁊ regularibus eccleſijs: ſub quorum vo/
cabulo hoſpitalia non comprehenduntur. Sꝫ
decretalis ſtatuimus: loquitur de electione:
poſtulationibus: prouiſionibus: ſed non põt
negari q: hoſpitali prouideatur de rectore de
hoſpitalibus ergo intelligatur. Ideꝫ ſentire vi
detur paulus de legatis factis pro hoſpitali te/
nendo: vel poſt ipꝫ factũ eidẽ ſub diuerſis cõdi
tionibus. ¶ Et primo querit qđ ſi teſtator re/
linquit quandam domũ ſuam priuatam vel cũ
mandauit ibi teneri lectos ad hoſpitalitatẽ ſer
uandam ⁊ vnum famulũ ad recipiendũ paupe
res ⁊ ſeruiendũ: nunquid poterit heres cõpel/
li per epm ad ſeruandum hoc. Reſpondet La/
pus non eſt dubiũ ꝙ poteſt: ſicut ⁊ in alijs lega
tis. de teſta. c. ſi heredes. cuꝫ ſi. imo ſm quoſdã
omne legatum eſt pium: ⁊ de omnibus poteſt
ſe intromittere eps. vt de teſta. c. Joãnes. ⁊ no.
archidia. xj. q. j. ſilueſter. imo non poſſet heres
vel alius dictam domũ ad alium vſum deputa
re: non ex hoc: quia locus ſit religioſus: ex quo
non eſt auctoritate epiſcopi factus: ſed quia le/
gata ad pias cauſas facta non poſſunt ad aliuꝫ
vſum conuerti ꝙꝫ diſpoſitum ſit a teſtatore vt i
dicta clemen. quia contingit. de reli. domi. ⁊ ita
aſtringet heredem ad hoc faciendum: ⁊ ſucce/
det ipſe ſi non faciet iſta cogere debet vt cõſer/
uet vt ad eum ſtatum ad quẽ deputatuꝫ eſt per
teſtatorem vt pauperes recipiantur ⁊ bene tra/
ctentur ibidem: ⁊ hoc non ſolum quia perſone
miſerabiles ſunt ſub ꝓtectione epiſcopi: ſꝫ q:
etiam executio piorum legatorum ad eum ſpe
ctat: ⁊ ipſe eſt iudex. Idem ſentit Federicus de
ſenis. ¶ Sed quid ſi tali domui relicte ꝓ ma
nutenẽda hoſpitalitate ibidẽ reliquerit certas
poſſeſſiones. nũquid ille poſſeſſiones tenebun
tur ad tallias ⁊ onera laicorum. Reſpondet La
pus ſic. ex quo locus non eſt religioſus: tamen
illa ſoluit heres qui eſt obligatus ad hanc do/
muꝫ ⁊ poſſeſſionẽ ad hũc vſuꝫ ſeruare. Ille eniꝫ
poſſeſſiones ſunt partes hereditatis ⁊ ad ipm
heredem ſpectant ⁊ pro ipſis obligantur. Sed
nunquid poteſt erigi hoſpitale ⁊ in ſui funda/
tione ordinari ꝙ omnia bona ſibi relicta vel q̃/
cunqꝫ obuenientia debeat alienare ⁊ eoruꝫ pre
cium erogare pauperibus. Reſpondet Lapus
ꝙ non. quia hoſpitale eſt locus eccleſiaſticus et
religioſus: ergo debet ſubijci regulis que hñt
ꝙ bona immobilia ſine cauſa ⁊ cum ſolẽnitate
nõ alienẽtur. vt. x. q. ij. §. hoc ius. imo nõ vide
tur valere cõſuetudo contraria. de rebus eccle.
non alie. c. ſi quis preſbyterorum. ¶ Sed con/
trarium puto verũ. Non enim hoſpitalia hoc
caſu incedunt pari paſſu cum eccleſijs propter
diuerſam rationem. Nam bona eccleſiarum a
principio conſtituũtur pro ſeruientibus ⁊ one
ribus epalibus ⁊ papalibus ⁊ legatorum cleri/
corum ſine quo ordo eccleſiaſticus confunde/
retur. Sed bona hoſpitalium deputantur pro
pauperibus ſuſtentandis: vnde fructus nõ fa/
ciunt ſuos: vt prelati rectores hoſpitaliuꝫ. Pre
terea videmus hoc in religioſis mendicãti b9.
ꝙ bona imobilia capiũt vt vendãt ⁊ ſibi de pre
cio prouideant. cum iſta retinere non poſſunt.
ſm ea que notantur de proba. c. in preſentia. et
de religio. domi. c. j. li. vj. in glo. hinc eſt ꝙ põt
preſcribere hoſpitale ꝙ capiat omnia legata re
licta pauperibus in vna ciuitate. vt refert Joan
nes an. ⁊ ſpeculator. Et huius occaſione querit
Joã. an. an valeat ſtatutum factum in ciuitate.
ꝙ legata talia ſoluantur alteri hoſpitali: vel re/
ligioſo collegio in preiudicium dicti hoſpita/
lis. allegat pro ⁊ contra: ſoluendo tenet ꝙ non:
per plura iura. ⁊ ca. veſtra. de loc. Itaqꝫ per di/
ctum ſtatutum nullum preiudicium poteſt ge/
nerari predicto hoſpitali. ¶ Sed queritur ꝙ
poteſt frequenter cõtingere. Teſtator iuſſit edi/
ficari hoſpitale vel eccleſiam vel monaſterium
in certo loco: nunquid poterit fieri in alio: vel
nunquid poterit tale legatum conuerti in aliõ
pſum opus. vel ex precio exponẽdo in ipſa edi
ficatione reparare ſeu augmentare aliud ho/
ſpitale. Ad hanc queſtionem que eſt trimem/
bris. Reſpondet Lapus ad primam partem.
ꝙ ſine cauſa non licet. quia vltima voluntas te
ſtatoris pro lege ſeruanda eſt. xiij. queſtio. ij. c.
vltimo. ⁊ glo. j. ⁊ ea que ad certum vſum largi
tione ſunt deputata fidelium ad illum debent:
⁊ non ad alium ſalua ſedis apoſtolice auctori/
tate conuerti. de religio. domi. quia contingit.
in clemen. Et ſicut hoc non licet in facto ita nec
in modo nec in loco. de reſtitu. ſpolia. capi. pi/
ſanis. Ex cauſa vero licet. puta quia non poteſt
in illo loco fieri hoc. extra de teſta. cap. nos qui
dem. Et per epiſcopum vel alium inferioreꝫ a
papa. Ad ſecundam partem idem dicit. ꝙ non
poteſt per alium ꝙꝫ per papam ſine cauſa: Ex
cauſa tamen etiam per alium inferiorem vt di
ctuꝫ eſt de primo caſu. Et ſuper hoc vide quod
ſcribit Lapus Abbas in clementina. quia con:

ſingit.⁊ Bar. de ſaxo: ſeruato in libello minori
carum. Ad partē tertiā dicas idē per ola. Et fa
cit hoc ad queſtionē quā notauit ſpeculator. de
inſtrumen. edi. §. nunc vero. v. quid ſit teſta-
tor. Et Johes and. de illo qui relicto herede ⁊
tribus cōmiſſarijs iuſſit edificari ⁊ dotari eccle
ſiam. quo mortuo duo cōmiſſarij illud legatū
conuertere voluerunt in transferendo vnū mo
naſteriū male ſituatum ad locum alium: terti-
us commiſſarius ⁊ heres diſſentiuit. ⁊ hoc te-
net ꝙ nedū duo ex tribus. ſed nec omnes tres
contra voluntatem heredis quia in eccleſia no
uiter conſtructa. ius debet acquiri patronatus
⁊ per id memoria defuncti conſeruatur ⁊ remit
tit Joh. and. ad ea que no. in. c. Nos quidem.
de teſta. verum in predictis excluditur auctori
tas apoſtolice ſedis. quia vt dicit Guiel. de mō
te laud. ipſe pōt in legatis ad pias cauſas quic
quid vult facere. Sed vtrum legati apoſtolice
ſedis poſſunt iſta legata ſine cauſa conuertere
ad alios vſus. Et tenet gloſa ordiaria ſup clem.
quia contingit. ꝙ non. Et idem Lapus abbas.
¶ Sed quid ſi teſtator legauit vnum hoſpita
le fieri in fundo ſuo per executores ipſūq; dota
ri ad vſum pauperum. Executores autē aucto
ritate. prelati volunt facere vnam eccleſiam re-
ligioſorum: nunquid poſſunt hoc facere. Re-
ſpondet Lapus abbas tenet ꝙ non. Refert Jo
hes and. cum quibuſdam iuriſtis conſuluiſſe
ꝯtrium. aſſignāt pro rōne: ꝙ qui magis ⁊ meli
us facit nō aliud ſꝫ idē facit: ꝫ plus eſt eccleſiā
religioſorum facere vel edificare ꝙ̄ hoſpitale.

¶ De rectore .§. viij.

hoſpitalis. quoad modū hoſpitalitatis. Et pri-
mo queriſ vtrū hoſpitando vel elemoſynas lar
giendo poſſit preferre cōiunctos extraneis. Re
ſpondit Lapus. hec queſtio tangitur de coha-
bi. cleri. ca. j. Et deciditꝫ ꝙ vtiq; preferendi ſunt
propinqui extraneis: quod eſt intelligendum.
ſi egeant non autē ſi ſunt diuites vel vt diuites
faciat. Ad quod etiā facit diſt. lxxxvj. nō ſatis.
circa fi. contra tamen facere videtur diſt. xlij. ſi
quis vbi dicitur. ꝙ in hoſpitali non debet eſſe
delectus perſonarum. ideſt diſcretio. quod po
teſt tamen intelligi. vt ſcilicet non attēdatur ad
qualitatem perſone. puta quis amicus vel con-
ſanguineus. ſed ad indigentiā magis. Sed nū
quid hoſpitalarius poſſet eligere ad hoſpitan
dum ⁊ reficiendum ⁊ alios actus ad quos de-
putatus eſt exercendum certos pauperes ppe-
tuos: ita ꝙ illis viuentibus alius non admitta
tur. Reſpondit lapus ſi hoſpitale eſt deputatū
ad hoſpitandum ⁊ pauperes reficiendum: vel
ad alium actum charitatis exercendum: nō pu
to licite predictam electionem facere: quia non
videtur talis fuiſſe mens conſtituentis. nec ta-
tum debet dari vni vnde alij ſcrupuloſo corde
moueantur. Jn diſtributione enim debēt plu-
ra concurrere ⁊ conſiderari diuerſa in indigē-
tibus. vt patet diſt. lxxxvj. ca. non ſatis. Et de
hac materia multa habes. in. ij. pte ti. j. c. xxiiij.
de inhumanitate. ⁊ in. iiij. pte. tit. c. v. de miſe
ricordia. nō ergo illa que debēt obſeruari in
huiuſmodi. qui totum hoſpitalitatis officiū.
ad certas perſonas cōuerteret ceteris excluſis
nō alijs iniuria fieri videretur. Et poſſet hoc p
epiſcopū corrigi tanꝗ̄ indiſcrete factū. vt ꝙ
vſum debite hoſpitalitatis ⁊ mentem diſponē
tis peruertit ſeu reſtringit. vt in cle. quia conti
git. Non tamen nego quin poſſit fundari hoſ
pitale a principio cum iſto ordine. videlicet ꝙ
rector tenetur eligere decem vel plures certos
pauperes perpetuos pro facultatibus hoſpita
lis: ⁊ illos ſolos reficere: vel hoſpitari ⁊ vno eo
rum deficiente alter ſubſtituatur. hoc enim ap
poſitum in principio eſt licitum. Jn re ſua qui-
libet eſt moderator ⁊ arbiter. Et cuilibet eſt lici
tum in re ſua ponere conditionem honeſtam
⁊ maxime auctoritate epiſcopi etiam que alias
de iure communi non procederet. vt de relig.
do. conſtituius. Unde ⁊ patronus i eccleſia po
teſt ſibi reſeruare vocem conſentiente epiſco-
po. iuxta ea que not. in. capi. nobis de iure pa-
tro. Jtem ſepe fit in domibus deputatis p ſtu-
dentibꝰ prout diſpoſuit do. car. ſabineſ. bono
⁊ magnus ſeneſcallus regni ſicilie prope floren
tiam in monaſterio quod fecit carthuſienſi-
um: hoc etiam fieri conſueuit in leproſarijs
vt certi leproſi. vſq; ad certum numerum cer-
ti eligunt. vt in hoſpitali ſancti Euſebij iuxta
florentiam. ¶ Queritur exinde an reſeruatio
generalis facta de beneficijs Joānis. xxij. com
prehendit hoſpitalia collegiata in quibus ſūt
conuerſi laici eligentes ſibi rectorem quando
q; clericum. quandoq; laicum. Reſpondet La
pus hanc queſtionem mouet Federi. de ſenis
in opere ſuo. ⁊ tenet ꝙ non. mouet eum: quia
nomine eccleſiarum monaſteriorum vel prio-
ratuum: non comprehenduntur hoſpitalia ſi-
ue in materia fauorabili ſiue in materia odio-
ſa. Et ſemper illa tria. videlicet monaſteria ec-
cleſie ⁊ pia loca ponuntur vt diuerſa. ⁊ ſub di-
uerſis vocabulis nuncupantur. ⁊ ſic non ſunt
idem: quia ſi reformatio talium locorum per
tineret ad papam propter diutinam vacatiōē
fraudaretur hoſpitalitas contra mentem iuris
de religio. do. in clemen. ij. ſm eum. Sed nun
quid poſſunt rectores hoſpitalium adminiſtra
re vel agere ante preſtitum iuramentum: ⁊ an
confectum inuentarium ad quem tenetur i cle
men. quia contingit. Reſpon. Lapus. ꝙ hanc

queſtionem mouet Paulus in dicta clemen.⁊ dicit ꝙ non. ſicut nec tutor nec curator. Et omnia opponi poſſunt contra iſtos ſicut que contra tutores ⁊ curatores opponi poſſunt reſpectu iuramenti non preſtiti vel inuentarij non confecti cum inſtar eorum ad hec duo teneantur. Sed nunquid valet conſuetudo que habz ꝙ omnia bona hoſpitali relicta etiam immobilia alienet ⁊ in vſum pauperum deputet. Reſpondet Lapus. valet vtiqꝫ. Sed nūquid i alienatione talium bonorum immobilium hoſpitalis. requiritur illa ſolennitas que requiritur in alienatione rerum eccleſie. Reſpondit Lapꝰ ꝙ pe. de bella. prout refert pau. in clemen. quia contingit. tenet ꝙ decretum eſt neceſſariū in i. mobilibus. In his autē que ſeruando ſeruari non poſſunt: non requiritur allegat. C. de admē. le. ꝙ tutores. Et iſta faciunt ad id quod obſeruat hoſpitale ſancte Marie noue de florentia. cuius rector conſueuit de triennio in triennium impetrare licentiaꝫ a domino archiepo florentino vēdendi ⁊ alienādi q̄ obuenire contingit vel ꝯtigent ipſi hoſpitali ⁊ vigore dicte licentie prim' vendit. Queritur nunquid iſtō de iure fieri poſſit. Reſpondet Lapus. non eſt dubium ꝙ in bonis eccleſiarum non ſufficeret dicta licentia vbi requiritur materia. ſ. iuſta cā ⁊ forma. ſ. tractatus inferioris ⁊ auctoritas ſuperioris. ſed talis licentia diffuſa. vaga ⁊ incerta: non poteſt predicta includere. Sed in hoſpitalibus puto idem ſi loquerentur de dote pmaria que conſtituta fuit ⁊ ſine qua epiſcopus nō debet pati hoſpitale de nouo erigi. vt ſupra dictum eſt. Sed de bonis obuenientibus ex relictis vel ex elemoſynis fidelium: iſta facilius poſſunt vendi: quia cauſa ſemp eſt vniuerſalis ꝑpetua ⁊ iuſta. ſ. vt diſtribuantur in vſus pauperum. ⁊ ideo dicta licentia generalis poteſt ſe legitime ad dictam perpetuā referre. Et ſi valeat hec conſuetudo per ſe: multo fortius cum licentia epiſcopi. ⁊ ſic dicta obſeruantia dicti hoſpitalis videtur poſſe ſuſtineri. Sed nunquid hoſpitale poſſit preſcribere decimas. Reſpondet lapus. ꝙ ſic ex quo eſt locus religioſus. vtputa quia erectus auctoritate epiſcopi. vnde talia iura poſſunt ſibi accidere. vt de preſbyteris. c. per litteras. li. vj. Et probatur per cle. quia contingit vbi poſſit preſcribere ſepulturaꝫ pauperum ⁊ habere ibi preſbyterum celebrantem diuina ⁊ adminiſtrantem eccleſiaſtica ſacramenta. Sed nunquid rectores hoſpitalium faciūt fructus ſuos. Reſpondet lapus. ꝙ glo. ſup clemen. quia contingit. tenet ꝙ non. etiam ſeparatos a ſolo. idem zen. ibidem. Sed querit quot pauperes ⁊ infirmos teneatur hoſpitale recipere. Reſpondet lapus. ꝙ poteſt ex fructibus ⁊ facultatibus commode ſuſtentare. ita dicimus de monialibus recipiendis vt de teſt. re. c. j. li. vj. ita ⁊ in clericis inſtituendis. extra de inſtit. c. Ita. ⁊ in procuratione habēda eſt ratio facultatis de cenſi. c. ſopite. Ita etiam notat zen. Et per hoc patet ꝙ plus abundans ad plures recipiendos tenetur. hoc tamen ſm Paulum non habet locum in leproſarijs: quia ibi ſunt continui ⁊ anno ſterili non poſſunt nutriri. ab initio vero debuerunt tot recipi quot potuerūt commode ſuſtentari. vt in alijs eccleſijs. vt de vita ⁊ honeſtate clericorum. c. quoniam. Sed nunquid poterit perſonam aliam habilem vel haberi vel preſcribi hoſpitale in proprietatē. Reſpondet lapus ꝙ ſic: quia etiam eccleſia ſic poteſt preſcribi. vt lite non conteſta. c. ij. ⁊ eo. tit. ca. cum qui. lib. vj. Unde fortius hoc in hoſpitali: ⁊ tunc regitur per cuſtodem vel famulos eccleſie vel loci qui tale hoſpitale preſcripſerit. Idem puto de menſa. ⁊ ea ratione quia ſi eccleſia poteſt eſſe de menſa alterius: ⁊ per illum regi ſine proprio rectore. vt de exceſ. prela. c. frequens. in cle. Et idem puto ꝙ poſſet competere ponere hoſpitalarium ⁊ remouere ad nutū alicuius prelati eadem ratione.

De hoſpita- .§.ix.

libus quoad ſepulturas. Quid ſi eligit ſepulturam apud eccleſiam hoſpitalis. nūqd eccleſia parrochialis debet habere canonicam de relictis eis. Reſpondet lapus ſm Hoſti. ⁊ Joannē an. eccleſia parrochialis de omnibus relictis pro anima debet habere canonicam. de ſepul. c. in noſtra. Et hoc ſiue relinquatur eccleſie: vel eccleſie ⁊ fratribus ibi morantibus ſiue in genere ſiue in ſpecie ſiue dicatur. relinquo hoc hoſpitali: immo ſm quoſdam exquo elegit apud hoſpitalarios ſepeliri etiam de relicto hoſpitali etiam ſi expreſſe dicat non pro anima ⁊ ſepultura. vt de ſepulturis. cap. de his. Sed quid ſi ibi non elegit ſepulturam: ſed tantum de iure ibi ſepeliendus eſt. vel quia ei dederit ſe ⁊ ſua. vel quia factus eſt frater. vt extra de priui. c. vt priuilegia. vel quia ibi erant ſepulchra parentum. eodem ti. c. j. Reſpondet lapus ſꝫ Hoſtienſem ⁊ Joannem and. in ca. in noſtra. debet parrochialis in omnibus habere canonicā exquo ſeorꝫ ecclia ſepelit de iure ſine electiōe. Quid ſi ibi ſepeliri non potuit per caſum fortuitum. puta quia tempore mortis teſtatoris locus ille erat occupatus ab hoſtibus vel alia iuſta cauſa: vt quia in bello mortuus: nec potuit diſcerni corpus. Reſpondet Lapus. ꝙ Hoſtienſis ⁊ Joan. and. in dicto. c. in noſtra. habebit eccleſia parrochialis de omnibus canonicam. ſecus ſi dixiſſet. relinquo hoc eccleſie in qua ſepeliar: ⁊

Aliud hoſpitali. tunc eniȝ de relicto eccleſie vbi
eligit ſepulturam deducetur canonica portio
⁊ non de relicto hoſpitali: quia hoſpitalarij ſũt
exempti ⁊ de his que legantur locis exemptis
niſi ibi eligatur ſepultura: eccleſia parrochia/
lis nil habebit. allegat de teſtamentis. c. officij
⁊ de ſepulturis. Ea enim que ſic diuiſim ſũt ho
ſpitali relicta: non videntur relicta hoſpitali ꝓ
ſepultura: ſed alio pro anima. Sed quid ſi nec
de iure debuit ſepeliri apud hoſpitalarios nec
ſibi elegit ſepeliri ſed de facto ibi alia ſepultus
eſt. Reſpondet Lapus ꝙ ſm Innocentium ⁊
Joannem and. in dicto. ca. in noſtra. ꝙ de reli/
ctis nec in totum nec in partem reddet parro/
chiali eccleſie: ſed corpus tantum ⁊ oblationes
⁊ alia que ad ipſos rõne ſepulture deuenerunt
vt de ſepulturis. capitulo ex parte. Quid ſi ho
ſpitale habet parrochiam. id eſt habet eccleſiã
que eſt hoſpitale. Reſpondeo ſm Innocen. ꝙ
in iſto caſu niſi eccleſia ſit exempta: diuidetur
legatum factum eccleſie de quo percipietur ca
nõica a legato facto hoſpitali de quo nil perci
piet cum ſit exemptum. vt de teſtamen. cap. of
ficij. ſed illa capitula ſm aliquos probant cõtra
rium. Quid ſi teſtator dicat. relinquo hoc vel il
lud hoſpitali: non pro ſepultura ſed alia iuſta
cauſa. Reſpondit lapus. de tali caſu nil perci/
piet eccleſia parrochialis: niſi relinquẽs ſe trã
ſtuliſſet ad hoſpitalarios. de ſepultu. de his vel
niſi eccleſia hoſpitali ſit vnita. ita ꝙ quicquid
dicitur de vno neceſſe ſit vt intelligatur de alio
puta quia hoſpitale cum eccleſia ſua exemptuȝ
eſt: nec ĩ ſpiritualibus nec in temporalibus eſt
aliquid in eis diuiſum ſpecialiter ⁊ ſeorſum.
Item cum huiuſmodi loca ad pios vſus de
putata diuerſis nominibus nuncupentur ⁊
aliqua habeant altaria in quibus diuina cele/
brantur. aliqua habent ſimpliciter domos in
quibus obſeruatur hoſpitalitas. Item eorum
ſunt aliqua deputata ad pios vſus per laicos
ſine auctoritate epiſcopi: ⁊ multa talibus locis
relinquuntur in vltimis voluntatibus pro re/
Utrum epũs poſſit acci/pe quartã — medio animarum ſub diuerſis modis ⁊ verbis.
Queritur an epiſcopus de his poſſit petere quar
tam. Reſpondet Lapus ſm dominum Franci
ſcum cluinum in quodam ſuo opuſculo. ꝙ cũ
omnia predicta loca ſint pia: ⁊ omnia pia loca
ad quartam teneantur: vt de teſta. c. officij. Cõ
cludit omnia predicta loca ad quartam teneri.
⁊ dicit Hoſtienſis hanc opinionem probare in
ſumma de ſepulturis. Et concludit ꝙ de omni
bus relictis pro anima debetur quarta. Et de/
clarat que dicantur pro anima relicta illa vide
licet que relinquuntur eccleſie vel pio loco ⁊ ſi
de anima nulla ſit mentio in legato. ¶ Itẽ ꝙ
quid ab extraneo relinquitur prelato. etiam ſi
nomen prelati ſit expreſſum in legato. Item di
cit deberi quarta de relicto hoſpitali iure inſti
tutionis. Item de relictis pauperibus alicuius
hoſpitalis: quia legare pauperibus alicuius ho
ſpitalis vel loci eſt legare hoſpitali vel loco. qđ
expreſſe notat Joan. an. de conuer. coniu. cap.
dudum. quãtumcũqꝫ de relicto ſimpliciter pau
peribus gabella nulla ſolui debeat. Item non
ſolum de mobilibus: ſed etiam de imobilibus
q̃ reliqt in vltia volũtate teſtator. vt molẽdinis
⁊ huiuſmodi alqs. Queritur ſi detur pecũia ꝓ
hoſpitali habendo. vtrum committatur ſimo/
nia. Reſpondit Lapus glo. j. q. vij. videtur ſen
tire ꝙ ſic. immo etiam ſi detur pro adminiſtra
tione pauperum ⁊ videtur probari hoc. j. q. ð.
ij. ſaluator. vbi dare pecuniam pro officio ca/
ſtaldi: aduocati vel iudicis eccleſie committit
ſimonia. Et gl. ibi tangit illam queſtionem: ⁊
ponit opiniones contrarias. Hugo dixit ꝙ in
omni adminiſtratione eccleſiaſtice rei commit
titur ſimonia. ſi detur pro huiuſmodi pecunia
⁊ eſt ſimonia ſm eum: quia prohibita. Alij di/
cunt ꝙ ſimõia eſt ſi eſt adminiſtratio talis que
habeat aliquid ſpiritualitatis annexum. facit
quod notatur extra de ſimo. c. conſulere. ⁊ hoc
videtur verum. Sed nunquid beneficium po
teſt permutari cum hoſpitali. Reſpondeo ſm
ſede. de ſenis ꝙ ſic. ſi hoſpitale conferatur ĩ be
neficium clericis. Secus ſi hoſpitale ſit conceſ
ſum laicis. Sed ſi clerico ſit cõmiſſum vt bono
iure non in beneficium. putat ꝙ poſſit fieri per
mutatio: q: non eſt titulus totaliter prophanus
ſed eccleſiaſticus: nec poteſt vendi ſine vitio ſi/
monie. Si queritur quid poſſet opponi contra
rectores bonorum hoſpitaliuȝ. Reſpondit La
pus ꝙ poteſt opponi ꝙ non fecit inuentarium
ſolenniter ⁊ ꝙ ſit minor viginti quinqꝫ annis.
C. de epi. ⁊ cleri. Orphanotrophos. Iteȝ ꝙ tur
pis perſona ⁊ ſuſpecte vite: vel ꝙ eſt ei interdi
cta adminiſtratio. ij. q. ij. c. Quia. Sed infra quã
tum tempus debet compleri hoſpitale. Reſpõ
det Lapus. Hoſtien. dicit in ſumma. ꝙ iſtra an
num ſi fiat oratorium infra quinquennium. in
auten. de eccleſiaſti. titu. §. Si quis auten. Iteȝ
queritur vltimo. vtrum dyoceſanus poſſet viſi
tare hoſpitalia infectorum ſue dioceſis haben
tia altaria oratoria ⁊ campanilia. Reſpondit
Lapus. ꝙ ſede. de ſenis in opere ſuo tenet. ꝙ
ſiue ex teſtamento ſiue a principio inter viuos
ordinatum ſuit ꝙ locus talis eſſet deputatus
ad vſum hoſpitalitatis. ſiue interuenerit aucto
ritas epiſcopi ſiue non. poteſt per epiſcopum
viſitari. vt viſitando inquirat. an ibi illud fiat
propter quod conſtitutum eſt. ⁊ propter quod

ſibi fiunt elemoſyne a fidelibus: ⁊ maxime cum
habeat ſigna: formam ⁊ ſtatum loci pij ⁊ eccle/
ſiaſtici. vel etiaʒ ſic denominetur. ad hoc de ſen
ten. excommuni. ca. ſi iudex. lib. vj. ⁊ quod no.
arch. de preben. cum de beneficio. li. vj.

Titulus. XII. De eccleſijs ⁊ patronis earum.

Eccleſia tribus modis ſumitur.

Capitulum. j.

In eccleſijs benedi
cite deo domino de fontibus iſrael.
ps. lxvij. Uos ſciliceʒ fideles qui eſtis
de fontibus baptiſmalibus iſrael. id
eſt chriſtianitatis que deum videt per fidem.
Sic enim interpretatur iſrael. ſcilicet videns
deuʒ. De fontibus dico leuati ſiue renati bene
dicite deo. Benedicit autem quis deum corde
colendo ⁊ recte de eo ſentiendo. ps. cij. ⁊ ciij.
Benedic anima mea domino. Et Job. Bene/
dicant deo in cordibus ſuis. ore ipſum laudan
do ⁊ predicando. Jaco. iij. Ex ipſo ore benedi/
cimus deum ⁊ patrem opera virtuoſa propter
deum operando. Tob. iiij. omni tempore bene
dic deum ſcilicet bene operando. Benediciſte
inquit deo in eccleſijs. Ubi nota q eccleſia tri/
pliciter accipitur.

Pro collectione fidelium generali.
Pro congregatione iuſtorum ſpeciali: aſo
ſpirituali.
Pro edificatione lapidum materiali.

De prima di/ .§. i.

citur prima Thimot. iij. Scias quomodo in
domo dei oporteat te conuerſari que ē eccleſia
dei viui. id eſt congregatio fidelium. Hec deſi/
gnantur parabolice Mathei. xiij. capitulo. cū
dicitur. Simile eſt regnum celorum. ideſt pre/
ſens eccleſia ſagene miſſe in mari ⁊ ex omni ge
nere piſcium congreganti. Mare preſens ſecu
lum: piſces homines: ſagena immiſſa doctria
euangelica: que ex auctoritatibus connexio cō
ſtat. hec capit piſces bonos ⁊ malos: quia ſub
hac doctrina fidei concluduntur multi boni ⁊
mali: ſed in fine diſcernuntur. Unde Gregoriꝰ
xxiij. q. iiij. ait. Hec vita que inter celum ⁊ infer
num ſita eſt ſicut in medio ſubſiſtit. ita vtrarun
qꝫ partium ciues communiter recipit. Quos
tamen ſancta eccleſia indiſcrete ideſt indiſtin/
cte ſuſcipit: ⁊ poſtea in egreſſione diſcernet. Si
ergo boni eſtis quādiu in hac vita ſubſiſtitis
equanimiter tolerate malos. Nam quiſquis
malos non tolerat ipſe per impatientiam ſibi
teſtis eſt: quia bonus non eſt. hec ille. Iſta mix/
tura multipliciter figurata eſt ⁊ oppreſſio ⁊ p
ſecutio bonorum a malis per opera ⁊ mala exē
pla vt per Cayn ⁊ Abel. quorum ex vno patre ⁊
matre ⁊ vna domo. Cayn interfecit Abel. Sic
in arca Noe ex filijs vnus reprobus inuentus
eſt cham. In domo vna Abrae iſmael qui per/
ſequebatur yſaac fratrem eius. In domo yſaac
vterini Jacob dilectus ⁊ Eſau odio habitus p
ſequens fratrem ſuum iacob. In domo Jacob
filij perſequentes ⁊ vendentes fratrem ſuum
Joſeph. Hinc ⁊ Hieronymus. qui ſm carnem
natus eſt perſequebatur ſpiritualem. nunquā
autem ſpiritualis carnaleʒ perſequitur: ſʒ igno
ſcit ei quaſi ruſticano fratri. Scit enim poſſe p
ficere per tempus. xxiij. q. iiij. capi. qui ſm. Iſta
autem tolerantia malorum referenda eſt: vel
quoad ſocios in quibus quis non habet aucto
ritatem coercendi. vel quoad ea que iudiciali/
ter puniri non poſſunt quia nec probari ſi ad
prelatos extendatur. Nam mali chriſtiani qui
alijs nocent: diuerſis modis coerceri a ſuis in
ſolentijs debent cum poſſunt per rectores. qđ
docet Auguſtinus dicens. xxiij. q. iiij. quid fa/
ciet eccleſie medicina: ſalutem omnium mater
na charitate conquirens tanq̄ꝫ inter freneticos
⁊ lithargicos eſtuans. nunquid cōtemnere nū
quid deſiſtere. vel debet vel poteſt ſcilicet a cor
rectione vtriſqꝫ neceſſe eſt vt ſit moleſta: q̄ neu
tris eſt inimica. Nam ⁊ frenetici nolunt ligari
⁊ lithargici nolunt excitari. Sed perſeuerat di
ligentia charitatis: freneticum ligare lithargi
cum excitare: ambo offenduntur ⁊ ambo dili/
guntur ambꝫ moleſtari quādiu egri ſunt indi
gnantur: ſed ambo ſanati gratulātur. hec ille.
Et poteſt freneticus dici qui alijs nocet. lithar
gicus qui ceſſat a bono ad quod tenetur. Ille
debet refrenari. Et iſte ad bonum debitum ſti/
mulari. Et dicitur hic eccleſia prelatus eccleſie.
Naʒ vſitatum eſt vt a toto denominetur pars
principalior.

Secundo mo/ .§. ij.

do ſumitur eccleſia pro congregatione bono/
rum fidelium qui ſunt per charitatem Chri/
ſto icorporati. de quo poteſt intelligi illud pſal.
Pſalmo. xxxiiij. Confitebor tibi in eccleſia ma
gna. ſcilicet virtute. ⁊ pro id eſt in populo gra/
ui. ſcilicet moribus virtuoſis laudabo te. De
hac Hieronymus. de penitentia diſtinctione p
ma. eccleſia chriſti eſt non habens maculam
mortalis culpe: nec rugam ſcilicet erroris. Un
de qui eſt aliqua ſorde peccati pollutus: de ec/
cleſia dici non poteſt nec chriſto ſubiectus. hec
ille. Ad idem facit quod ait Ambroſius. xxiij.

queſtione pri͂a. Que dignior dom⁹ apoſtolice
predicationis ingreſſu ꝗ̃ ſancta eccleſia aut
quis p̃ferēdus magis omnibus videt̃ ꝗ̃ chri
ſtus: qui pedes ſuis conſueuit lauare hoſpiti-
bus. ⁊ quoſcū̃qz ſua ſuſceperit domo. ſ. eccleſie
pollutis nō patiatur habitare veſtigijs: ſꝫ ma-
culoſos ſi in ea receperit (lꝫ vite prioris) in reli
quū tamen dignetur reformare proceſſus. hic
eſt ſolus quē nemo debet deſerere nemo muta
Joh. vi re ad quem dicitur. domine ad quem ibimus:
Luce. verba vite eterne habes. hec ille. Hec eſt eccle-
xx. ſia que regitur a ſpū̃ſancto: corpus chriſti my-
ſticuꝫ quod vegetatur ſpiritu ei⁹: pro qua chri
ſtus orauit ne fides deficeret. vnde ſemper fir-
ma manebit quouſqz transferatur tota in triū-
phanteꝫ: de qua ⁊ Hieronymus ait. xxiiij. q. j.
omnibus ꝯſideratis. Oibus cōſideratis puto
Mat. me non temere dicere aliquos ita eſſe in domo
xvj. dei: vt ⁊ ipſi ſint eadem domus dei ſcilicꝫ eccle
Cāti. j. ſia. vt dicit glo. que dicit̃ edificari ſupra firmaꝫ
Canti. petram. ſcilicet chriſtuꝫ. que vnica columba ap
iiij. pellatur que ſponſa pulchra ſine macula ⁊ ru-
ga. Et hortus cōcluſus: fons ſignatus: puteus
aque viue: paradiſus cum pomorum fructu.
De hac domo dicitur. qui habitat̃ facit vnani
mes in domo. ſ. eccleſie. hoc ille. Et ꝗ̃uis dece-
at miniſtros eccleſie. ſ. clericos in v̄tute laicos
excedere. quia vt dicit Hierony. Ualde eccleſiā
dei deſtruit laicos meliores ee̅ ꝗ̃ clericos. viij.
q. j. qualis. tñ ſi ſint mali ⁊ quantūcunqz mali
dūmodo tolerati conferūt veritatē ⁊ virtutem
ſacramentoꝝ ⁊ acceptantur a deo orōnes ⁊ offi
cia publica eorum: qꝛ reſpicit deus ad eccleſiā
cuius illi ſunt miniſtri: non ad eos qui ſunt in
hoc vt inſtrumēta mota a deo ad iuſtificanduꝫ
creaturā. Unde Aug. Spū̃ſanct⁹ in ſctā eccle-
ſia ita operatur vt reprobos fugiat: ⁊ tñ p eorū
miniſterium reprobos colligat. j. q. j. ita fit. Sꝫ
nec per iniuſtam excluſioneꝫ ab eccleſia que fit
a prelatis efficitur quis extra hanc communio
nem nec per indebitam admiſſionem ſeu colla
tionē ſacramentoꝝ efficit̃ quis intra eā. Unde
Aug. Sicut is quē ſacerdos in eccleſia tolerat:
eſt tamen extra eccleſiam ⁊ extra corpus cuius
caput eſt xp̄us: ſi ei oſtiarius. ſ. xp̄us non ape-
rit: ita non iō extra eccleſiā eſt: ⁊ non eſt de cor-
pore ſi qs paſtoris p̄iudicio cōpellit̃ foris eſſe.
j. q. j. vt euidenter. Ut euidēter oſtēderet dn̄s a
ſpū̃ſctō quem donauit ſuis fidelib⁹ dimitti pec
cata nō meritis hominū quod. i. loco ſic ait. Ac
cipite ſpiritū̃ſanctū: ⁊ cōtinuo ſubiecit. Si cui
dimiſeritis peccata remittunt̃ ei: hoc eſt ſpiritus
ſctūs dimittit nō vos. Proinde ſicut is quem
ſacerdos in eccleſia tolerat eſt tamē extra eccle-
ſiam ⁊ ex̄ corpus cui⁹ caput eſt xp̄s ſi ei oſtiari
us nō aperit ita nō iō ex̄ eccliam eſt: ⁊ nō eſt de
corpe ſi qs paſtoris p̄iudicio cōpellit̃ foris eſſe.

¶ Tertio modo .§. iij.

ſumit̃ eccleſia pro edificio materiali. de qua. j.
Timo. ij. Uolo in eccleſia orōnes fieri. De hac
dicitur de conſe. diſt. j. Nemo eccleſiaꝫ edificet
anteꝗ̃ ciuitatis ep̄s veniat ⁊ ibidem cruceꝫ fi-
gat publice atrium deſignet. Et. j. q̄ō. j. placuit.
Placuit vt de ordinatione clericoruꝫ nulla epi
munera ſuſcipiant. Sed ſicut ſcriptū eſt quod
gratis donante deo accipiunt gratis dent non
aliquo precio dei gratia ⁊ impoſitio manuum
venundetur quia antiqua diffinitio patruꝫ ita
de eccleſiaſticis ordinationibus ſtatuit dicens
anathema ſit danti ⁊ accipienti. Propterea qa
aliquāti multi ſceleribus obruti ſancto altario
indigne miniſtrantes: non hoc teſtimonio bo-
norum operum: ſed pro effuſione munerū obti
net: oportet non per gratiam muneruꝫ ſed per
diligentem prius diſcuſſionē deinde per mul-
torum teſtimoniū clericos ordinare. ¶ Ex hac
auctoritate beati Ambroſij ⁊ Gregorij patet ꝙ
ſymoniaci ſicut ⁊ alij heretici a fide exorbitant:
⁊ ideo cōmuniter de illis ītelligitur quod etiaꝫ
de alijs decernitur. ¶ Item opponitur ꝙ pro-
phetia donum ſpiritusſancti eſt: hoc autem in
veteri teſtamento a ſanctis prophetis vendi cō
ſueuerat: vnde Saul ad Samuelem pro vatici
nio expetēdo non niſi cū munere ire p̄ſumpſit.
vxor etiam hieroboā ad homineꝫ dei non niſi
cum munere acceſſit. Item xp̄s a iuda vendit⁹
auriculam ſerui ſanauit. Exemplo itaqz ſaulis
⁊ vxoris hieroboā patet ꝙ donum ſpiritusſan-
cti emere vel vendere non eſt peccatuꝫ. Exēplo
chriſti liquet ꝙ ſpiritusſanctus etſi iniuſte a ſy-
moniacis venalis putetur: virtutis tamen ſue
non obliuiſcitur nec deſinit effectuꝫ ſue gratie
etiam venditus preſtare: ſed de prophetia bea-
tus Hieronymus in michea competēter ſoluit
malos tantū accepiſſe ⁊ nō bonos denunciās.
Et in eadem queſtio. dicitur. Unuſqſqz epiſco-
porum meminerit: vt non prius dedicet eccle-
ſiam niſi ante dotē baſilice ⁊ obſequiū ipſius p
donationem confirmatū accipiat. Nam non le-
uius eſt iſta temeritas vt ſine luminaribus: vel
ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eoruꝫ qui ibi ſer-
uituri ſunt tanꝗ̃ domus priuata cōſecret̃ eccle
ſia. Et hic de partibus edificationis quid ſigni
ficent ſcilꝫ ſtatus eccleſie militantis que ponit
Richar. vt habes in lib. ⁊c̄. In iſtis ergo eccle-
ſijs ab omnibus benedicit̃ deus. Sed pro nūc
de materialibus loquēdo a pluribus bn̄dicit̃.

¶ Benedicite ergo vos patroni deo in eccleſi-
is edificādis dotandis ⁊ defenſandis.

¶ Benedicite ⁊ vos oēs xp̄iani deo in ecclijs
venerandis ⁊ mentibus ad deū applicādis.

❡ Benedicite ⁊ vos epiſcopi ⁊ clerici deo in eccleſijs conſecrãdis officiãdis ⁊ ordinandis.

❡ Primo ergo .§.iiij.

benedicunt deum patroni in eccleſijs dũ eas conſtruunt ⁊ dotant. ⁊ iura ⁊ bona conſeruant vt in eis benedicatur deus. Sed hodie videt de facto mutatũ in lege vt verius poſſint dici latrones ꝙ patroni: vt merito eis cõueniat illud Eſa. j. Principes tui qui fuerũt primi ad edificandum ſocij furum diripientes bona eccleſiarũ: omnes diligunt munera que dantur eis a rectoribus eccleſiarũ: vt defendant eos i malis: ſequuntur retributiones: cũ ſcꝫ pſentãt non tamẽ attendũt ad merita pſonaꝝ ſed vnde plus valeant habere emolumentũ temporale. Sed ſacrilegiũ magnũ ẽ. vnde dicit. xvj. q. vij. Si quis principũ vel alioꝝ laicorũ diſpoſitionẽ vel donationẽ rerum vel poſſeſſionẽ eccleſiaꝝ ſibi vendicauerit. vt ſacrilegus iudicetur Item Greg. vij. dicit in cõcilio generali ſi quis Si qs imperatorũ: regũ: ducũ: vel qlibet ſecularium poteſtatũ vel perſonaꝝ inueſtituram epiſcopatus vel eccleſiaſtice dignitatis alicui⁹ dare pſumpſerit: ſciat ſibi introitũ eccleſie interdictũ. xvj. q. vij. Si quis deinceps. ⁊ in. c. ſe. dicitur decernimus vt nullus clericorum inueſtituras epiſcopatus vel abbatie vel eccleſie ð manu imperatoris vel regis vel alicuius laice pſone viri vel femine ſuſcipiat qð ſi preſumpſerit: recognoſcat inueſtituram illã apoſtolica auctoritate irritam eſſe ⁊ excõmunicationi ſubiacere. Item ea. q. dicit. Nullus laicoꝝ eccleſias vel eccleſiarũ bona occupet vel diſponat qui ſecus egerit ab eccleſie limitibus arceat. Iteꝫ. q. e. dicit. Omnes baſilice id eſt eccleſie que per diuerſa loca cõſtructe ſunt: vel quotidie ꝯſtruũtur in epiſcopi poteſtate conſiſtant: in cui⁹ territorio poſite ſunt. Et dicit ibi gl. niſi aliquo priuilegio a iuriſditiõe eius exempte ſint. Ad epiſcopũ ergo ſpectat ordinarie inſtituere rectorẽ i eccleſia curata: vel ſimplici ſi nõ hꝫ patronos Sed ⁊ hꝫ cõfirmare preſentatũ a patronis iſra ⁊ ẽpus eis datũ vel ad capitulũ vacante ſede: vl' ad plebanos quoad eccleſias ſubditas ſue plebi: vbi ſit cõſuetudo preſcripta vt ſeruatur florentie: licet indecens videatur.

❡ Varietas aũt .§.v.

eorum qui ſunt in eccleſia deſignatur per ea ex quibus cõſtituitur eccleſia materialis ⁊ ex ei⁹ conſignatione. Unde Richar. de ſancto victore. Singuli lapides. ſ. eccleſie materialis ſunt ſignificatiui ſingulos fideles qui ſunt quadri ſtabilitate fidei ⁊ firmi virtute patiendi. Cemẽtũ ẽ charitas ꝙ ſingulos coaptat atꝙ viuificat atꝙ ne p aliquã diſcordiã inuicẽ diſcrepẽt vniformiter equat. ❡ Fundamẽtũ ſunt apoſtoli ⁊ pphete. parietes ſunt contemplatiui fundamento vicini terrena deſerentes. ⁊ celeſtib⁹ adherentes. Tectũ hoc reſpectu quia deorſũ pẽdet ſunt actiui terrenis actibus ꝓximi ꝓpter ſuã perfectionẽ ſuam minus celeſtibus intẽdẽtes. ac neceſſitati proximorum terrena adminiſtrãtes in alto ſunt qꝛ in officijs ſupra alios. Longitudo eccleſie conſiderat bm diuturnitatẽ tẽporũ. ſ. tẽpore legis naturalis: moſaice ⁊ gratie. Latitudo dum multorum populoꝝ numeroſitas per diuerſas mundi partes dilatat. Altitudo bm differentiam meritorum ⁊ officiorũ. In altitudine enim erigitur dum ſuper laicos eſt ordo ſacerdotalis: ſuper ſacerdotalem epiſcopalis: ⁊ ſuper omnes tandem papa collocatur. Sacrarium eccleſie ſignificat virginũ ordinẽ. Chorus ordinem continentium. Nauis ordinem coniugatorum ſtrictius ⁊ ſacratius eſt ſacrarium ꝙ chorus ⁊ chorus ꝙ nauis ſic pauciores ſed digniores virgines ꝙ continentes: ⁊ continentes ꝙ coniugati. Atrium eccleſie ſũt falſi chriſtiani: qui ⁊ ſi ſanctificati ſunt baptiſmo: vt cimiterium benedictione: tamen pleni cadaueribus. i. corruptione vitiorum. Turris. i. campanile eſt nomen domini iuxta ſalomonez. Campane ſunt predicatores verbi dei. Feneſtre vitree ſunt viri ſpirituales per quos cognitio dei nobis luceſcit. Interior dealbatura ſignificat mundiciam cordium. Exterior mundiciam corporum. Altare xp̄s. De eccleſia igit materiali pro nunc tractando.

❡ Primum videndũ eſt eius edificatione.

❡ Secundo de eius immunitate

❡ Tertio de eius conſecratione: violatione ⁊ reconciliatione.

❡ Quarto de eius ornatu.

❡ Quinto de officiatione.

❡ De pertinentibus ad edificium materiale eccleſiarum. Capl'm. ij.

Sciendũ igitur primo. bm Tho. ij. ij. q. lxxxv. ar. iij. qꝫ determinatus locus erigitur ad orandum. ſ. eccleſia non propter deum q adoratur quaſi loco concludatur: ſed propter ipſos adorantes: ⁊ hoc triplici ratione. Primo propter loci conſecrationem qua ſpiritualem deuotionem concipiũt orantes vt magis exaudiantur. Secũdo propter ſacra myſteria ⁊ alia ſigna ſanctitatis ibi contenta. Tertio propter concurſum multorum adorantium ex quo oratio fit magis exaudibilis. ⁊ bm quandam decentiam ꝙuis non ſit neceſſarium: ſic diſponũtur. vt adoratio fiat verſus orientem. ❡ Primo

propter diuine maieſtatis iudicium quod no/ bis manifeſtatur in motu celi qui eſt ab oriēte. Secundo propter paradiſum ad orientem cō/ ſtitutū quaſi queramus ad paradiſuʒ redire. Tertio propter chriſtum qui eſt lux ⁊ oriēs no minatur ⁊ ab oriente aſcendit:⁊ ab oriente ex/ pectatur ad iudicium venturus.

¶ Si eccleſia fun/ .§.i.

data eſt in alieno ſolo ſm Ray. ⁊ Hoſtien. ſi do minus ſoli laicus erat ⁊ ſciuit ⁊ nō contradixit ſibi imputabitur:⁊ eccleſia libera manebit. ar. di. liiij. ſi ſeruus. ſi vero ignorauerit eccleſia q dem remanebit cōſecrata ⁊ libera. Nec efficiet laico cenſualis. ſed tamen ille qui cōſtruxit te/ netur dominum ſeruare indemnē. Uel etiam epiſcopus ſi imponendo lapidem primariū:⁊ poſtea in conſecratione eccleſie fuit negligens de conſe. di. j. nemo. ⁊. xiiij. q. ſ. comperimus. Si vero ſolū erat alterius eccleſie vel collegij: eccleſia debet ei reſtitui hoc modo. ꝙ eccleſia ꝯſecrata ſit eis ſbdita ꝗad iuſpa. xvij. q. iiij. ꝗſi

¶ Edificare eccle/ .§.ij.

ſiaʒ nemo poteſt niſi auctoritate dioceſani qui debet ponere primarium lapidem. crucem fi gere:⁊ cimiteriuʒ deſignare:⁊ etiaʒ petere do/ tem ſufficientem:ſine qua conſecrari non debʒ de conſecra. diſt. j. nemo. ⁊ ca. Placuit. ⁊ hodie quidem ſufficit ꝙ aſſignetur pro dote vnꝰ mā ſus. id eſt vnum predium ſufficiēs pro vno pa/ ri bouʒ totaliter liberū. extra de eccle. edifi. c. j. Talis eniʒ donec in hac paupertate fuerit non tenebitur ad hoſpitalitatem ſeruandaʒ nec epi ſcopo aliquid perſoluendum niſi quantuʒ po teſt donec perueniat ad pinguiorem fortunaʒ. ar. de conſue. c. cum dilectus.

¶ Exempti non .§.iij.

poſſunt cōſtruere oratoria vel capellas in locis non exemptis ſine dioceſanorum licentia:nec in ſic conſtructis facere celebrari:vel celebrare tempore interdicti in caſibus nō expreſſis. alſo per ordinarios compeſci debent. Et ſi propter hoc conſeruatores eorum ferrent ſententias cō tra ordinarios non valent. extra de priuile. c. auctoritate. li. vj. ¶ Item nota ſm Ray. ꝙ non licet habere oratorium in forma eccleſie in do mo propria abſqʒ auctoritate epiſcopi. nec de/ bet ibi miſſa celebrari:niſi de conſenſu eius ꝑ pter neceſſitatem:⁊ non fiat preiudicium enor me parrochiali eccleſie. Clericus autem qui ſi ne epi auctoritate i tali oratorio celebrauerit: dʒ deponi. de conſe. diſ. j. vnicuiqʒ. ⁊. c. clicos.

¶ Quis auteʒ te/ .§.iiij.

neatur eccleſiaʒ cum indiget reparare. Reſpō det Hoſtien. ꝙ ſi fabrica habeat ſuper hoc poſ ſionem deputatam:de illa reparari debet. x. q. iij. vnio. Et ſi non tunc rector ⁊ alij in ea beneſi ciati conferre debent beneficia. extra eo. c. j. ⁊ xvj. q. j. ſi monachus. In quo caſu ſtandum eſt diſpoſitioni epiſcopi vel maioris partis ca/ pituli. extra de his que ſi. a ma. par. capi. c. fin. In quibuſdam etiam religionibus laici hoc fa ciunt expenſis ſuis. Et vbi conſuetudo eſt tenē tur eccum in ea participant ſacramenta eccleſia ſtica ⁊ audiunt diuina. xvj. q. vij. quicūqʒ. ⁊. c. filijs. ⁊ compellendi ſunt talem conſuetudineʒ ſeruare. extra de ſimo. c. ad apoſtolicam. Si ta/ lis conſuetudo non reperitur tunc quarta pro uentuum que quondam a ſanctis patribus fa brice deputata eſt tenetur:ita ꝙ qui eam perci piunt:ſoluant non obſtante vlla preſcriptione vel conſuetudine. Sed poſt reparationem re/ dit quarta ad illos qui percipere conſueuerūt ⁊ ſic intelligitur illud. xij. q. ij. de redditibus. ⁊ c. tribus ſequentibus.

¶ Eccleſia preci .§.v.

pue conſecrata vel oratoria mōaſteria ⁊ huiuſ modi:non debent reuerti ad ſecularem habita tionem ⁊ prophanos vſus. xix. q. iij. que ſemel ⁊. c. quoniam. neqʒ enim hoſpitale poteſt con/ uerti ad alium vſum. extra de relig. do. ca. ad hec. ⁊ dicit ibi gloſa ſuper dicto. c. que ſemel. ꝙ ſi monaſterium deſtruitur poteſt bene de li/ gnis ⁊ lapidibus conſtrui dormitoriuʒ:vel ali us honeſtus locus:vel etiam in coquina ſua li gna comburere poſſunt monachi. de conſecr. diſtin. j. ligna. Sed ad priuatos vſus non de/ bent cōuerti. Locus autem remanet ſacer. licet diruptum ſit edificium. Item dicit Johan. in glo. ſuper. §. queritur ſi monaſterium. xiiij. q. iij. de monaſterio non poteſt fieri ſecularis ec/ cleſia. vt in dicto ca. que ſemel niſi enormiter viuant. tunc monachi poſſunt remoueri ⁊ inſti tui ſeculares canonici:cum auctoritate tamen pape:vel niſi ita ſit ꝙ inueniantur aliqui de or dine illo per quos poſſit locus ordinari: vel ni ſi ita ſit ꝙ non poſſit aliter locus ille reformari ꝗ per canonicos. econtra videtur ꝙ epiſcopꝰ de ſeculari eccleſia pōt facere regularem. ¶ Al taria in eccleſia conſecrata non licet preſbyte/ ris in eccleſia inſtituere ſeu erigere noua ſine epiſcopi ꝯſenſu. ar. diſtin. lxviij. Quis. ⁊ de cō/ ſecra. diſtin. j. nullus preſbyter. Sed i eccleſia non conſecrata poſſunt altaria inſtituere pro/ pria auctoritate. Altaria vero cōſecrata ſine cō ſenſu epiſcopi non ſunt deſtruenda. de conſe. diſtin. j. eccleſia. altare autem non debet eſſe li/ gneum vel terreum. ſed lapideuʒ. de conſecra.

diſtinctio.j.altaria.ſaltem oportet habere tabu
lam lapideam ⁊ conſecratam ſuper qua ſituen-
tur hoſtia ⁊ calix quod dicitur altare viaticum
⁊ reſiduum altare ſit ligneum.

¶ De immunitate eccleſiarum ⁊ perſonarum eccleſiaſticarum ⁊ de libertate eccleſie.

Capitulum.iij.

IMmunitas eccle-
ſie eſt priuilegium eccleſiaſtice li
bertatis vel rerum vel perſonarũ
ad eam pertinentium.⁊ dicitur im
munitas quaſi extra munia.ideſt officia a qui-
bus ſunt immunes.i.liberi.Eccleſie non ſolũ
conſecrate:ſed non conſecrate ſi tamen ſuorũ
epiſcoporum auctoritate edificate ſunt:⁊ vbi
epiſcopus poſuit primariũ lapidem ⁊ ad hoc
ſunt edificate vt conſecrarentur:⁊ cimiteria ea
rum ſm Raynu.Innocentius.⁊ Hoſtienſis ha
bent immunitatem.¶ Primo vt nullus inde
extrahatur.niſi in tribus caſibus.vt infra dice
tur.¶ Item ea que in eccleſia poſita ſunt: nec
per vim nec per furtum ſunt auferenda alis cõ
mittitur ſacrilegium.decimaſeptima queſtio-
ne quarta quiſquis.Item ꝙ nullus mortuus i
eccleſia ſepeliatur niſi epiſcopi abbates aut di-
gni preſbyteri aut etiam fideles laici.tertia.q.
ſecunda nullus.Et intelligunt quidam de illis
laicis qui faciunt miracula:alij de fideli in di-
gnitate conſtituto:vt rege comite ⁊ huiuſmo-
di:alij de quolibet fideli chriſtiano:⁊ ſic exclu
duntur per illud capitulo infideles notorij pec
catores in notorio morientes.vt gl.ibi.¶ Itẽ
habet immunitatem ꝙ in choro nõ debẽt mo
rari laici cum clericis.de conſecra.diſtin.ſecun
da.ſacerdotum.extra de vita.⁊ ho.cleri.capi.
primo.quod intelligitur dũ ibi dicitur officiũ.
Nam alio tempore etiam in ſacrarium ideſt
capellam maiorem ad orandum ⁊ communi-
candum poſſunt intrare.vt dicitur in dicto ca
pitulo primo.¶ Item ꝙ non poſſunt vendi ꝓ
pter aliquam neceſſitatem.in auc.de aliena.§.
⁊ quando.Item ꝙ in ea placita ſecularia non
ſunt facienda:⁊ maxime de cauſa ſanguinis.
extra eod.capi.j.⁊.c.eccleſiis.¶ Item ꝙ nõ fi-
ant ibi parlamenta.nec negociationes:⁊ preci
pue nundinarum:nec ſtrepitus iudiciorum ſe
cularium.Nam proceſſus iudiciorum ſecula-
rium ⁊ ſententie in dictis locis non valent ex-
tra eodem.c.decet.libro ſexto.¶ Item ꝙ non
fiant ibi ludi theatrales cum laruis ⁊ alijs iho
neſtis.extra de vi.⁊ hone.cleri.cum decorem.
Secus de honeſtate in repreſentationibus:vt
preſepe domini herodẽ ⁊ magos ⁊ huiuſmo
di.que potius inducant ad deuotionem ꝙ̃ ad
vanitatem:⁊ ꝙ talia poſſint fieri.argũ.de con
ſecratio.diſtin.ſecunda ſemel.Nam quodlibet
feſtum eſt ſignum preteritarum rerum.lxxv.
diſtinctione.ꝙ dic.¶ Et nota ꝙ ſi eccleſia iter
dicatur non propterea amittit priuilegium im
munitatis huiuſmodi ſꝫ Hoſtien.quia iſta nõ
delinquit ſꝫ priuata oratoria domorum nõ ha
bent immunitatem ſm Hoſtien.

¶ Immunitas au- .§.i.
tem confugientium ad eccleſiam eſt iſta:ꝙ nul
lus quantuncunqꝫ malefactor confugiens ad
eccleſiam vel ſpacium priuilegiatum circa ip-
ſam:de quo ſpacio dicetur in fine huius.§.de
bet per vim extrahi:ſed ab eccleſia defendi:niſi
ſi in his caſibus.videlicet ſi confugiens ſit pu
blicus latro ſcilicet qui ſtratas publicas inſi-
dijs ⁊ aggreſſuris obſidet.¶ Itẽ ſi ſit noctur
nus depopulator agrorum.videlicet qui de no
cte agros deuaſtat vel comburit:tales enĩ im
pune poſſunt extrahi.decimaſeptima queſtio
ne quarta.ſicut.Item ſi quis in eccleſia com-
mittit maleficium ſperans ſe ab ea defendi:qḋ
ſemper preſumitur niſi contrarium probetur:
talis non debet ab eccleſia defendi.extra codẽ
capitulo immunitatem.Et ſi in vna eccleſia of
fendat committens ibi maleficium:⁊ cõfugiat
ad aliam: non debet ab illa defendi ſm Gui-
liel.quia qui facit iniuriam vni eccleſie omni-
bus facit:cum vna ſit per orbem eccleſia.Item
ſi confugiens ſit ſeruus qui niſi preſtita ſibi a
domino cautione de impunitate non velit de
eccleſia exire:iuitus compellitur ⁊ domino red
ditur.decimaſeptima queſtiõe quarta.c.id cõ-
ſtituimus.His ergo exceptis omnes alij ibi de
bent eſſe tuti nec per vim extrahi etiam ſi iude
us vel paganus eſſet qui ad eccleſiam confuge
ret ſm Hoſtien.ber.⁊ Innocen.De excommu
nicato ꝗ̃uis dubitetur.Guiliel.idem credit ſi
cut de alijs:putat tamen in hoc conſuetudinẽ
probatam eſſe tenendam.Item confugiens ad
palacium epiſcopi eodem modo debet eſſe tu-
tus:etiam ſi palatium non ſit coniunctum ec-
cleſie.decimaſeptima queſtione quarta.id con
ſtituimus quod capitulo abſolute loquitur de
domo epiſcopi.Item ſi quis malefactor vel ali
us reus obuiauerit ſacerdoti portanti corpus
chriſti ⁊ ei adhereat ſm Hoſtien.quãuis in iu
re hoc non ſit cautum:quilibet catholicus de-
bet hoc fauere vt talis ſit tutus.¶ Item nota
ꝙ eandem immunitatem ſecuritatis habet
ſpacium in circuitu eccleſie quadraginta paſ
ſuum quoad maiorem eccleſiam.⁊ triginta paſ
ſus quoad minores eccleſias.vt dicitur deci-
maſeptima queſtiõe quarta.ſicut vbi dicit gl.
ꝙ paſſus ſꝫ Iſido.eſt mẽſura qnqꝫ pedũ:pes
autem ſpaciũ.xv.digitorũ.Illud tamen nõ

tenet in capellis que ſunt in ambitu caſtellorꝫ
vbi ꝓpter loci anguſtiã.non pōt illud obſerua-
ri.vt.xvij.q.iiij.quiſquis. Qualiter aūt debeat
defendi ꝯfugiens ad dicta loca nota ꝙ ex pre-
dictis caſibus quantūcunqꝫ aliquis grauе deli
ctum cōmiſerit:debēt rectores eccleſie ſaluare
ei vitã ꝛ mēbra ꝛ poterūt petenti cōcedere rece
pta prius ſup impunitate eius idonea cautiōe.
ſ.vel iuratoria tm̄.vt.xvij.q.iiij.id cōſtituim⁹:
vel fideiuſſoria ꝛ penali ſi timeat ꝙ ille qui pe
tit non bene ſeruet iuramētū.ar.extra de reſti.
ſpo.c.ex tranſmiſſa. Sup eo autem ꝙ inique ſe
cit ille qui confugit ad eccleſias: alſ legitime
puniendos:extra eo inter alia. Porro talis q̄-
diu eſt in eccleſia:nec extrahendus eſt:nec ve-
ſtis nec victualia ei deneganda nec moleſtan-
dus. C. de his qui ad eccle.cōfu.l.preſenti.ꝙ ſi
quis ꝯtraſe:erit:ſciat ſe crimine leſe maieſtatis
irretitū:ꝛ vltimo ſupplicio puniēdū ꝛ ad requi
ſita nature debitis exeat locis:ita tn̄ ꝙ nō acce
dat ad alias domos.vt dicto.c.diffiniuit.xvij.
ſtu. De expenſis autē tali ſic cōfugienti ꝓuide-
bit eccleſia:ſicut rector carceris ꝓuidebit capti-
uis.vt notaſ in dicto.c.diffiniuit in glo. ¶ Itē
nota ꝙ etiam ꝯfugientes ad monaſteria ꝛ con
uentus debēt quantū poſſibile eſt ꝯtutari.dicit
enī greg.xxiij.q.v.c.reos. Reos ſanguinis de-
fendat eccleſia:ne effuſiōe ſanguinis ꝑticeps ſi
at.vbi dicit Glo.ſob.ꝙ nō ſolum confugientes
ad eccleſiã ſed ꝛ nō ꝯfugientes ad eccleſiaꝫ q̄-
qꝫ iuuabit:ſed cū diſtinctione:q: ſi iniuſte dam
nati ſunt omnibus modis iuuabit: quibus.ſ.
cōmode pōt:ſi iuſte debet ſi eſt ſpes correctiōis
eorum tamen temperate:ꝛ non importune:iu-
uabit.ſ.intercedēdo pro eis ne ex indiſcreta de
ſenſiōe incidat in malã opi.xiiij.q.ſi.c.hi qui.

¶ De immunita- .§.ij.

te ꝑſonarū eccleſie ꝛ prediorꝫ eccleſiaſticorum.
Nota ſm ray.ꝙ eccleſie non debēt fatigari an-
garijs vel ſeruitutib⁹ ꝑſonarum vel rerū. C. de
epi.ꝛ cle.oēs ꝓſbyteros.xij.q.ij.eccleſiarū. In
neceſſitate tn̄ vt ſi ciuitas eſſet obſeſſa nō dꝫ pa
ti eccleſia ſuos ruſticos defendi ab aliquo ꝑui-
legio a cuſtodia ꝛ hmōi:imo debet ad hoc eos
cōpellere.ex̄.eo.c.peruenit.ꝑdia aūt eccleſiaſti
ca habent hanc imunitatē ſm ray.non debent
grauari ſordidis oneribꝰ vt calcis coquende:
arene fodiende:cloace purgãde:ꝛ ſimilib⁹ que
vilia ſunt.xvj.q.j.generalr̄.§.nouarū. Ad ho-
neſta vero mūera ſicut ſunt ordinaria tributa:
teneñ etiã ꝑdia eccleſiarꝫ.xxiij.q.ſi.c.tributū.
Fallit tn̄ in domib⁹:atrijs ꝛ hortis iuxta eccle
ſiam poſitis:ꝛ in manſo de quo eccleſia dotata
eſt de quo nullū dꝫ dari tributū:de alijs autem
ſic:niſi fuerit expreſſe remiſſuꝫ ꝑ eū qui potuit.
Nam res ad eccleſiã trãſit cuꝫ onere ſuo.xxiij.
q.viii.ſm canonicã.ex̄ de cenſi.c.ſancimuꝫ.xvj.
q.j.Siquis laicus. Si vō ſunt extraordinaria
ꝛ de nouo inducta:nō teneſ.xvj.qō.j.Placuit.
Siliſ nec ad ea que ſubito iniūguntur niſi reſpici
ant ad pias cau::e:vt: q: princeps mouet exer-
citū cōtra ſaracenos:vel q: petit ad cōſtructio-
nem pontiū aut aliã conſimilē cām. ¶ In tali
bus ſi neceſſitas expoſcat debent dñi tpales nō
auctoritate ꝓpria accipere ſed humiliter ab epi
ſcopis ꝛ clericis poſtulare:ꝛ illi viſa neceſſita-
te poterunt cōferre.extra eo.nō minus. Sꝫ ho-
die nihil conferre debent in auxiliū principū
niſi cōſulto papa.extra eo.aduerſus. Itē ſi poſ-
ſeſſio aliqua vel domus teneaſ alicui alberguꝫ
facere:ſi illa poſtea perueniat ad eccleſiã:ꝛ ipſa
tenebitur ad idē:vel vendat ſm Inno.ꝛ Hoſt.
Iteꝫ q̄uis hoſpitiū charitatiuū eccleſia ꝓlatis
non debeat denegari:violēter tn̄ ꝛ tanq̄ ex de-
bito erigere non pōt.lxij.di.c.quieſcamus.ex̄
eo.c.j.ſm Hoſtien. Si tamē aliquis in recogni
tionem beneficiorꝫ ſuorꝫ reſeruaſſet ſibi hoſpi-
tium in aliq̄ eccleſia illud ſibi debeſ.xviij.q.ſi.
eleutherius. Sed nec tali lꝫ violenter irrūpere
domos ratione alicuius iuris ſibi debiti:ꝛ ea-
deꝫ rōne non poteſt tollere ſibi neceſſaria inde
hoſpitium violēter ingrediēdo. Inno. Iteꝫ cir
ca res tpales eccleſia habet hanc imunitatem.
¶ Primo ꝙ eccleſijs donari pōt in infinitum
abſqꝫ alia inſinuatione.in auc.de nō alie.re.§.
ſi minus.ceteris aūt donari non pōt vel recipi
vltra quingētos ſolidos:niſi precedat certa in-
ſinuatio ꝛ niſi certis caſibus. C. de dona.l. Si
quis. ¶ Scdō q: relictum eccleſijs etiã minus
ſolēniter factum puta q: in preſentia duorum
teſtium tantū tenet.extra de teſtam.cum eſſes.
¶ Tertio q: in eccleſijs tranſfertur dominiuꝫ
rei ſolo pacto cū alijs perſonis ſit neceſſaria tra
ditio. C. de ſacroſan.eccleſijs.l.vt inter diuinū.
¶ Quarto ꝙ quicqd eſt exēptū de pecunia ec-
cleſie eius eſt ꝛ ad ipſam debet reuerti.xij.q.ij.
c.j. Et hoc adeo verū eſt.q: ſi clericus hēat pe-
cuniã de ꝓbenda vel eccleſia ſua.ꝛ de ea emat
predium.lꝫ illã potuiſſet dare alijs intuitu pie-
tatis.tamē non pōt dare prediuꝫ:q: ſtatim fuit
acquiſitum eccleſie. ¶ Et hoc ſiue emerit noie
ſuo ſiue aliēo.extra de pe.cle.c.j. Et ꝓpter hō nō
pōt clericus illō alienare. Et ideꝫ eſt ſi ge emat
predium de pecunia eccleſie quam habuit fur-
to vel depoſito.quia ſcilicet eſt eccleſie. Itē nul-
lo modo licet laicis exigere tallias exactiones
ab eis etiam ratione ſuarum poſſeſſionum do-
morum vel prediorꝫ.extra de immunitate ec-
cleſie.quia nonnulli. Iteꝫ alienatio rei eccleſia-
ſtice niſi in certis caſibus ꝛ in certa forma non
tenet.ꝛ de hoc infra.

Pena autem

¶ Pena autem .§.iij.

violantium imunitatē eccleſiarū eſt ſm̄ Goffr. q2 qui in aliquo modo eccleſias violāt vel perſonas vel ab ipſis rapiunt violēter ſeu vſurpāt bona ipſarū: ſacrilegium cōmittunt: ⁊ excōicādi ſunt. xvij. qō. iiij. Nullus. ⁊ c. Siquis deinceps. In certis etiam caſibus ſunt excōmunicati: vt incendiarij: ⁊ effractores ſacrorū locoꝝ. de quibus habes. j. in. iiij. parte. Violatores q3
di.24.c. eccleſiaſtice imunitatis non ſolū pena ſpiritua
ſij. li. vt dictum eſt puniendi ſunt: ſed etiā pena pecuniaria: quādoq3 maiori: quādoq3 minori. vt xvij. q. iiij. Quiſq3. hoc arbitrio iudicis ē relinquēdu3: ⁊ d3 talis pecunia dari perſone vel loco cui facta eſt iniuria. xvij. qō. iiij. ſi quis in atrio. De occupantibus bona vacantiu3 eccleſiarum. Item de vſurpantibus in eccleſijs vel alijs locis pijs guardia3 ſeu iuſpatronatus de no
di. xiiij uo. quomodo ſint excōmunicandi habes. j. in
c. xix. iiij. parte. de obligantibus res eccleſie vel eccleſias pro alienis debitis. ¶ Item de recipiē
Ubi. ā. tibus vel tenentib᷒ eccleſias de manu laici poſt
c. xx. quā fuerint admoniti. habes. j. in. iiij. parte.

¶ De imunitate .§.iiij.

eccleſiarum pulchra ⁊ vtilia notat Franciſcus de 3ab. in repetitione decre. perpēdimus. extra de ſen. excō. Et primo declarat vnde dicat: q̄d ſit: ⁊ in quo conſiſtat. ⁊ poſtea quomodo contra
Imunitas q̄d ē cam fiat. ¶ Dicitur autem imunitas ab in q̄d eſt ſine: ⁊ munus ſeu muniū quod eſt onus. i. ſine onere. Et quāuis aliqui dicāt emunitas. magis tamē ⁊ proprie deb3 dici per i. i. imunitas ſm̄ Joā. an. dicitur ergo imunitas quaſi libertas. ſ. ab oneribus. ſic accipitur per totum titulum. ff. de iure imu. ſicut etiam notant Hoſtiē. ⁊ Goffr. in ſumma. Eſt ergo imunitas libertas ſeu exemptio eccleſie in perſonis: rebus ⁊ iuribus eccleſiaſticis quibuſcūq3. Et comprehēdit omnia p̄uilegia collata eccleſie ſiue a deo ſiue ab homine quibus alij ſubijciuntur. Sunt quedam priuilegia eccleſie perſonalia. que. ſ. cōcernunt perſonas clericorum. vt q̄ qui inijcit manus violentas in clericum. ſit excōmunicatus. xvij. q. iiij. Siquis ſuadente. Et q̄ clericus non poſſit conueniri coram iudice laico. vt de foro compe. c. ij. Queda3 priuilegia ſunt realia que ſcil3 concernunt res ⁊ iura clericorum ⁊ eccleſiarum. vt. C. de epiſco. ⁊ cleri. l. generaliter. et de vi. ⁊ hone. cleri. c. ſi. Item ſit alia diſtinctio: q2 priuilegiorum quedam ſunt generalia. ſ. cōceſſa toti eccleſie. vt illud ſiquis ſuadente. xvij. q. iiij. Quedam particularia ſeu ſpecialia. vt alicui ordini conceſſa: vel alicui particulari eccleſie. vt de reſcrip. c. cum ordinē3. ⁊ de preſcrip. c. auditis. ¶ Item ſit alia diuiſio. q2 priuilegio
Diuiſio priuilegioꝝ eccleſie. rum quedam ſunt data a deo: queda3 ab homine. Et ea que ſunt data eccleſie a deo q̄uis ſint plura. tamen principaliter ſunt tria. ¶ Primū eſt illud. ex quo tota poteſtas dependet. ⁊ eſt illud ſcil3. Quodcunq3 ligaueris ſuper terram. Matth. xvj. vt habetur. xxiiij. q. j. Quodcūq3. ⁊ de tranſla. c. j. ⁊ propter hoc papa habet poteſtatem decidendi ⁊ interpretandi omnia iura etiam ciuilia. vt extra qui. fi. ſint legiti. c. per venerabilem. ¶ Scd̄m priuilegium eſt de decimis ⁊ oblationibus dandis clericis. xvj. q. j. reuertimini. ⁊ extra de deci. c. nobis. ¶ Tertiu3 priuilegium datu3 a deo eccleſie eſt vt adminiſtret ſola ſine laicis res ſuas. vt diſt. xvj. ſi imperator. ⁊ de rebus eccle. nō alie. c. ſi. ⁊ hinc eccleſia ſola ⁊ non imperator ius cōcedere poteſt et aliter diſponere. xvj. di. c. deniq3. ⁊ c. cu3 ad verum. Multa alia priuilegia ſunt cōceſſa a deo eccleſie que patent in veteri ⁊ nouo teſtamēto. vt dicit Inno. in. c. nouit. eo. ti. Priuilegiorum autem que ſunt data ab homine eccleſie. quedā ſunt data a papa. vt illō. ſiquis ſuadente. xvij. q. iiij. ⁊ illud de legatis ad pias cauſas. q̄ ſufficiant duo teſtes ad probandu3. vt de teſtamentis. c. relatum. Quod intelligo ta3 quoad legatum adimendū q̄3 quoad inducendum. vt contrariorum eadem ſit diſciplina. Et ſic ſiue dicat deberi ſiue non. vt quia ademptum terminabitur per iudiciū eccleſie. Similiter ⁊ illud priuilegium eccleſie eſt a papa conceſſu3 vt res eccleſie non alienentur: niſi cum certa ſolēnitate. vt xij. qō. ij. ſine exceptione. ⁊ de rebus eccle. non alienan. ca. ſiquis. Quedam ſunt data eccleſie ab imperatore. Et hec multa. Et hec quandoq3 conceduntur loco quantum ad imunitate3. puta non ſiat iniuria vel violentia in loco ſacro. Quandoq3 eccleſie ⁊ aliquando generaliter accepte idest toti congregationi fideliu3. C. de ſacroſan. eccle. l. j. Aliquando minus generaliter accepte. ideſt omnibus eccleſiaſticis: vt romane eccleſie. Et quandoq3 epiſcopis ⁊ quandoq3 alijs ordinibus clericorum. vt. C. de epiſcopis ⁊ clericis. l. nemo. ⁊ multa alia que proſequitur Innocen. in dicto capitu. nouit. eodē titulo. Quedam alia priuilegia ſunt data eccleſijs ab inferioribus. vt extra de reſtitutio. in integrum cap. auditis. ⁊ de fide inſtrumento. ca. inter. ⁊ de decimis cap. dudum. Et de iſtis do regulam generalem. q̄ quilibet poteſt dare priuilegium eccleſie in his que ad ſe ſpectant: q2 quilibet etia3 priuatus poteſt trāſferre ius ſuū in eccleſiam. vt de donatio. capitu. cu3 dilecti. Priuilegium tamen generale nullus inferior a principe conferre poteſt: cum ad ſolum principem papam ſcilicet ⁊ imperatorē ſpectet vni

uerſaliter diſponere de orbe.ix.q.iij.cuncta. et c.per principalez.et de vſupa.ca.ad honorē.

¶ Quomodo vel .§.v.

Uiolatio ecclesiar. quando dicatur violari eccliaſtica libertas vel immunitas. Circa quod dicit Inno. ꝙ nō fit cō tra libertatē ecclie quādo violantur priuilegia cōceſſa particularibus eccleſijs:ſed quādo violantur preuilegia conceſſa vniuerſali eccleſie. Bar.aūt.ff.quarū re.ac.non da.de.l.i.§.que honorādū.dicit fieri contra libertatē eccleſie: quādo fit aliqua diſpoſitio vel ſtatutū p quod clerici efficiunt timidiores quod nō nego.ſed etiam alio modo contra libertatē eccleſie ſcȝ vt cū fit ↄtra ꝑuilegia conceſſa vniuerſali eccleſie vt dictum eſt p Inno.⁊ alio modo quo dicet inferius. Unde ſi cōmunitas faciat ſtatutū ne per ſuos iudices reddatur ius ꝑlato alicuius eccleſie:puta epō contra ſuos debitores. ꝗuis pma facie non videat ↄtra libertatē eccleſie p dictū Inno.ſ.alle.quia ſcȝ fit contra particularē eccleſiam tm̄.ſicut enī potuiſſet ex toto ciuitas reuocare iuriſditionē a ſuis iudicibus.ita in parte limitare.vt de offi.deleg.c.paſtoralis.tamē cōtrariū eſt rei vītas. Et rō huius eſt:qa fit contra ꝑuilegiū cōceſſum ab impatore omnibus clericis. C.de epi.⁊ cle.auten.ſtatuimus.⁊ probat hoc tex.notabiliter de excep.c.ij.li.vj. Nō enī leditur hic particularis ꝑlatus tm̄.imo tota vniuerſalis eccl'ia et eius libertas.ſicut ⁊ cū vnus clericus cōuenit corā iudice laico:fit iniuria toti ordini clericali.xj.q.j.ſolita.⁊ de fo.competen.ſi diligēti. Sed quid ſi ab vna eccleſia particulari exigātur collecte per laicos. Dic idem. Nam violatur libertas eccleſiaſtica. de qua habetur de immunita.eccleſia.capitu.non minus.⁊ eodem titu.c.clericis.libro ſexto.et licet ſublata ſit quoad ſuam particularem penā illa conſtitutio clericis.per clemen.vnicam.eodem titulo.tamen adhuc durat in ratione ſua. quia fit contra eccleſie libertatem:etſi indirecte violetur immunitas.vt de immuni.eccle. ca.finali.libro ſexto.cum fieret ſtatutum ꝙ nullus coquat panem clericis vel contrahat cum eis ⁊ huiuſmodi. Et ex hoc infertur ꝙ fit cōtra libertatem eccleſie:quotienſcunqȝ tollitur vel minuitur libertas eccleſie etiam particularis. Quando videlicet illa libertas talis:nō eſt vnius eccleſie particularis ſed eſt etiam generalis aliorum.vt de immuni.eccle.c.j.libro ſexto.in verſi.ledere vel minuere. Et ex hoc patet ꝙ qui turbat iuriſditionem vnius ordinarij eccleſiaſtici:turbat libertatem eccleſie:⁊ dicitur facere iniuriam eccleſie vniuerſali. ¶ Et ex his dicit queſtio.que fuit de quodam ſtatuto facto in caſtro prati in tuſcia:quo cauebatur ꝙ nullus preſumeret allegare ꝙ prepoſitus praten̄.eccleſie non haberet iuriſditionem quaſi epiſcopalē in loco. Querebatur vtrum hoc eſſet contra libertatem eccleſie.⁊ reſpondetur ꝙ ſic. Nam per tale ſtatutū violatur libertas epiſcopi dioceſanı: qui in ſpirituali iuriſditione fundat intentiōē de iure communi in tota dioceſi.xcv.diſt.perlectis. Eſt enim violatio libertatis eccleſie ſi laici aliquid diſponunt auctorizabiliter in aliqͦ de rebus eccle.vt diſtin.xcvj.bene.⁊ de conſti.ca. eccleſia. Et ſic conſuluit dominus lapus de caſtell'.optimus in iure canonico theoricus ⁊ practicus. Sed quid ſi eccleſie particulari vel alicui ſpeciali ordini competit aliquod particulare priuilegium ⁊ illud violetur. Pone exēplū de priuilegio ciſtercien̄.de quo dicit de reſcri. in.c.cum ordinem.vt ſi aliquis legatus apoſtolicus vrget ciſtercien̄.ad reſpondendum corā ſe per reſcriptum non faciens de eorum ordie mentionem:an faciat contra libertatē eccleſie. Reſpondeo ꝙ non. Nam hoc caſu oportet ꝙ citatus alleget priuilegium ſuum ſi forte enī negabitur eſſe ciſtercien̄.⁊ eſt verū ſic intellectū: ꝙ tenetur dicere de his que ſūt facti. Et hoc niſi ſit notorium.vt de accuſa.c.veniens.ſed etſi notorium ſit videtur obligari ad veniendum: quia licet excuſet ab onere probandi non tamē ab onere proponendi.vt li.non conteſta.c.accedens. Et ex predictis concludo ꝙ ſit contra libertatem eccleſie quandocūqȝ violatur priuilegium conceſſum ſuper generali libertate eccleſie:⁊ hoc ſiue violetur quoad omnes eccleſias ſiue clericos:ſiue quoad vnam eccleſiam ſiue clericum:quia omnes eccleſie ſunt vna.xxiiij. q.j.loquitur.⁊ de ſum.trini.c.j. Secus de libertate particularis eccleſie.ideſt non competenti generali eccleſie. Sed quid de ſtatutis laicorū diſponentibus auctorizabiliter:⁊ precipue de aliquibus que etſi non directe:tamē concernētibus eccleſias:puta diſponit ſtatutum ꝙ aliqͦ bona imobilia non poſſunt vendi non ſubito communitati:⁊ annullat contractum ſi fiat:nū quid ſi laicus vendat eccleſie deſtruetur cōtractus obſtante ſtatuto. Reſpon.do. Franciſ.de albergotis conſuluit in queſtione facti ſic ſtatutum non eſt contra libertatem eccleſie:nam in contrahendo eccleſia non fungitur iure ſpeciali:ſed iure communi cum alijs:ergo in hoc nō verſatur libertas eccleſie que non competit omnibus ſed eccleſie tm̄.argumentum.ff.de lega. iij.l.legatum. Sed Ioānes calde.conſuluit cōtrarium.ſcilicet ꝙ non includuntur in tali ſtatuto eccleſie nec perſone eccleſiaſtice:quia ſi ſtatutum hoc exprimeret:eſſet illicitū in eo ꝙ prohiberet contractum de ſe licitum cum eccleſia fieri ad hoc de priuilegi.cap.quanto.⁊ de im.

Statuta laicorū ↄtra ecclias.

muni.eccle.c.fi.lib.vj.Sed nec in verbis gene
ralibus includitur eccleſia ad hoc.C.de magi
ſtra.conuen.l.j. Et hoc tenet Io.ā.and.de imu.
eccle.c.fi.lib.vj.dicens.ꝙ tale ſtatutum quoad
prohibendos contractus factos cum non ſub
ditis laicis bene valet per.l.dudum.in fine.ff.
de contrahenda emptio.iuncta.l.cū ita. Sed
ſecus eſt in eccleſijs que ſunt ꝓuilegiate in do
nationibus vt poſſunt fieri in eccleſiaꝫ.C.de ſa
croſan.eccle.l.illud.ſic ⁊ ſuper alijs contracti
bus ꝙ tranſeat dominium in eccleſiaꝫ ſine tra
ditione.eodem titu.C.l.j.fi. In generali ergo cō
ceſſione facta populis ſuper legibus ꝯdendis.
per.c.omnes populi.ff.de iuſti.⁊ iure.non itel
ligitur derogatum priuilegio tali eccleſiarum
vt in earum preiudicium poſſint populi ſtatue
re. Item ſic intelligendo eſſet contra libertateꝫ
eccleſie.ex̄ de conſti.c.eccleſia. Et ſi fuiſſet exp̄ſ
ſum ſtatuentes ⁊ qui ſeruare facerent eſſent ex
cōmunicati.vt eodem ti.nouerint. Et dicit Io.
an.ꝙ non eſſet abſurdum dicere ꝙ iudex eccle
ſiaſticus poſſet cogere illos ad quos pertinet:
ad declarandum ſtatutū illud non reſpicere cō
tractus faciendos cum eccleſia:quia etſi nō de
iure tamen de facto impeditur vtilitas eccleſie
per illud.vt de arbi.c.peruenit. Idem determi
nauit Oldra.de quo ponit Federi.de ſenis in
opere ſuo conſilio.lxxvij. Ipſe auteꝫ Fráciſcus
de zaber.ad hanc addit queſtionem.videlicet
diſponit ſtatutum piſtorij.ꝙ donatio ſit ipſo iu
re nulla niſi ſit denunciata poteſtati infra men
ſeꝫ. ❡ Queritur an donatio facta eccleſie ⁊ nō
denunciata tali modo ſit nulla. Reſpōdet ⁊ di
cit ꝙ Ioan.calde.diſputauit hanc queſtionem
lꝫ ſub alijs terminis.videlꝫ ꝙ bonon.ſtatutuꝫ
diſponit teſtamentū non valere quod nō fuerit
regiſtratum in memorialibꝰ cōmunis infra cer
tam diē ſi eccleſie fuerit inſtituta heres non ſer
uata illa qualitate.vtruꝫ valeat teſtm̄. Et tenuit
quoad eccleſiam ſtatutū non ligare per rōnes.
ꝗ poſitas. In cōtrariū ipſe Fran.de zab.ſic ſta
tutum poteſt qualificare contractū laicoꝝ. Per
hoc etiā quod notat Bar.ff.de munc.⁊ hono.
l.reſcripto.§.fi.vbi dicit apponi poſſe remedi
um ne predia transferantur in eccleſiā.niſi cuꝫ
onere vt teneat⁊ ecclia ad tributa ⁊ vectigalia.⁊
dat modū ꝙ fiant omnia predia ciuiū tributa
ria cōmunis:⁊ tunc tranſeāt cum onere tali.ad
quod inducit nota.per Innocen.in.c.poſtula
ſti. Sed magis ad hoc facit.c.paſtoralis.de de
cimis.⁊ pigno.c.ex litteris. Demū poſt plures
rōnes inductas dicit ꝙ tunc demū talia ſtatuta
nō tenent:cum apparere pōt ea vergere in ꝺro
gationē eccleſiaſtice libertatis. Si aūt queratur
qn̄ dicantur vergere talia ſtatuta in derogatio
nem ecclia ſtice libertatis.diſtinguendū ſic:qa
aliquando fit mentio de eccleſia vel eccliaſticis
perſonis:in illis ſtatutis aliquādo non fit men
tio.⁊ ſi fiat mentio dico ꝙ eoipſo apparet ꝙ ſūt
ꝯtra libertatem eccleſie in eo ꝙ laici ſtatuūt de
non pertinentibus ad ſe per dictū.c.fi.de re.ec
cle.non alienan. Si autem nulla fiat mentio:vt
in duabus predictis qōnibus tunc aut ſtatutuꝫ
non ſimpliciter ꝓhibet ꝯtractum:ſed certā for
mam requirit vt in queſtione premiſſa.cum.ſ.
diſponat ſtatutum ꝙ nō valeat donatio:niſi in
ſinuata poteſtati.aliquādo ſimpliciter prohibꝫ
ꝯtractum. Et in primo caſu aliquādo forma eſt
obſeruabilis ſine magna difficultate.aliquādo
nō obſeruabilis ſine magna difficultate. Si ſi
ne magna difficultate obſeruari poteſt aut for
ma adijcitur contractu qui de ſui natura eſt de
foro eccleſiaſtico:vt ſuper legatuꝫ ad pias cau
ſas aut adijcitur alteri contractui. Primo caſu
dico ꝙ non tenet tanq̄ de nō pertinētibus ad
iuriſditionem ſtatuentis cum taliuꝫ regulatio
ad eccleſiaſticum iudicem ſpectet.vt de teſta.c.
nos quidē.⁊.C.de epiſco.⁊ cleri.l.nulli. Si au
tem adijcitur contractui qui de natura ſui ē de
foro iudicis ſecularis:vt regulariter ſunt om
nes contractus ⁊ diſpoſitiones laicorum:tunc
per hoc nō violatur libertas eccleſie in aliquo.
Quis enim ſit fauenduꝫ eccleſijs ⁊ perſonis ec
cleſiaſticis.non tamē ita vt turbetur iuriſditio
laicorum.vt de iudi.c.nouit. Et maxime h̄ di
co.quia ex iuſtis cauſis poſſunt iuſtificari talia
ſtatuta.ne ſcilicet bona alienentur in nō ſubdi
tis ad nutum eorum qui bona habent ſed ſolū
cum ſubeſt rationabilis cauſa.alr̄s de facili poſ
ſet ciuitas erui tributarijs ⁊ ſuſtinentibꝰ onera
cōmunitatis. Et iccirco ſi diſponat ſtatutum ꝙ
non teneat venditio niſi fiat proclamatio in pa
latio ſiquis velit contradicere in aliquo:vel ni
ſi alienans ſit annorum triginta.vel niſi ſint in
ter duo proximiores:non tenebit alienatio fa
cta in eccliam non ſeruata tali forma quia in h̄
nullo iure ſpeciali munita eſt eccleſia.nec in ali
quo per hoc ſibi ꝑiudicabit. Si v̄o nec forma
adiecta nō eſt ſine mag̃ difficultate obſuabilis
dico idē ſicut ⁊ qn̄ ꝯtrꝰ p̄ciſe ꝓhibet cōparādo ī
hoc difficultatē ipoſſibilitati.vt de iureiur.ca.
breui. Et h̄ itelligēdo de difficultate q̄ ſit maxia
⁊ talis ꝙ cēſeat ipoſſibilitas. Et p hoc decidit
alia qō.cū enī ſit ſtatutū ꝙ nō fiat trāſlatio imo
biliū in nō ſubeūteꝫ onera coītatis:niſi de inia
cōis vel habētis iur cōis. Si q̄rit vtruꝫ teneat
trāſlatio facta in eccleſiā.ita ꝙ non ſeruata illa
forma dicat nulla. Rn̄det ꝙ tꝫ talis tranſlatio.
nec pōt dici nulla:q: cū talis obſeruatio inie depē
deat ab vno ſolo:pro impoſſibili habet. Vn̄ ſta
tutū tale qō ē palude limitādū.ita.ſ.ꝙ nō extē
dat ad eccliās. Et idē dicēdum ſi difficultas ſit

Donatiō facta eccleſie.

Trāſlatio facta ī eccliā.

magna ꝙ̃uis etſi nõ tãta ꝙ cenſeaẜ pro impoſ/
ſibili. Quando aũt dicaẜ talis difficultas ⁊ qñ
non pꝫ per exempla .ẽ.c.j. poſita in quo pͥmari
me debẽt attendi circũſtantie ex quibus actus
variaẜ vt de iureiu. cum quidã. Si vero ſtatutũ
ſimpliciter ꝓhibet ꝯctum. vt cuꝫ diſponit bona
nõ poſſe transferri in nõ ſubditũ vel nõ ſubeun
tẽ onera cõitatis tunc ſi ꝯtractus eſt de facto ec
cleſie tũc nõ tenet ſtatutũ: ſic dictuꝫ eſt in alio ꝑ
cedenti mẽbro. Sed ſi nõ eſt de foꝛe eccleſiaſti/
co vt cuꝫ prohibet vẽdi nõ ſuſtinẽdi: onera cõi
tatis tunc aut ex obſeruãtia eius multũ ꝑiudi//
caẜ eccleſie: aut parum vel nihil. Et pꝛimo caſu
nõ extẽdiẜ ſtatutũ ad eccleſiam vl' clericos ſicut
eſt predictum ſtatutũ quod ꝓhibet vẽdi nõ ſub
euntibus onera cõitatis. Nam licet clerici non
ſuſtineant onera cõitatis. vt ex̃ de imu. eccle.
c. nõ minus. nõ tñ propter hoc debẽt minus be
ne tractari ꝙ̃ laici ſuſtinẽtes al's pꝛiuilegiũ ec//
cleſie eſſet dãnoſum. ꝯtra illud de reg. iuris. c.
qꝺ ob grãm. li. vj. Itẽ ex h̃ violareẜ libertas im
munitatis eccleſie. ex quo ꝑ eaꝫ efficerenẜ dete
rioꝛis ꝯditionis. vt de priuil'. c. ꝙ̃to. ſed ſi nul//
lum vel paruũ ꝑiudiciũ inferetur ex obſuantia
ei⁹ poſſet ſuſtineri ſtatutum. puta ſi diſponit ar/
ma non alienari in nõ ſubditos. vl' quid ſil'e de
his que clericis prohibenẜ de iure. vt ꝙ recipe
renẜ gabelle ab omnibus qui differunt res cau
ſa negociationis ⁊ hmõi. ex ne cle. vel mo. per
totũ: imo etiam ſi ſunt talia que pñt competere
clericis. duꝫ tñ nõ ſit notabile pꝛeiudiciũ eccle
ſiarũ ⁊ appareat cã rõnabilis aliqua ꝓpter quã
moti ſunt ſtatuentes. idẽ dicere. puta diſponit
ſtatutũ ꝙ certa bona que ſunt in cõfinibus nõ
alienenẜ in ſuſtinẽtes onera. ne poſſit cõtinge/
re fines variari. vel ꝙ certe dom⁹ que ſunt ad
vſuꝫ publicum: lꝫ ſint ſinguloꝝ nõ poſſint trãſ/
ferri in non ſubditum ne poſſet ꝯtingere ꝙ ad
taleꝫ quẽ tranſlata foꝛet nõ poſſet hꝛe cõe in lo/
cationem pro vſu publico. qꝛ ille locare nollet:
vel nõ ſine magno emolumẽto in quo magnũ
fieret cõe pꝛeiudiciũ. Iſtis caſib⁹ ⁊ ſilibus dico
ꝙ in eccleſia facta alienatio nõ tenebit. ꝓcedunt
hec de radice iuris ⁊ nitunẜ maxima equitate
vt eccleſie conſeruenẜ in iure ſuo ⁊ laicoꝝ iuriſ
dino n õ ex toto confundaẜ. Et accedit ad hoc.
xj. q. j. ꝓuenit. Qꝺ aũt dicit fran. de albergotis.
ꝙ põt ſtatuẽs prohibere tranſlationẽ reꝝ in nõ
ſubdituꝫ: nec ꝑ hoc agiẜ ꝯtra libertatẽ eccleſie:
non ſimpliciter eſt veꝝ. ſed diſtinguendum qꝛ
aut non ſubdit⁹ dĩ: qꝛ de alio territoꝛio eſt. puta
de bononia ⁊ tale ſtatutũ ſit floꝛentie: ⁊ tunc eſt
veruꝫ nec ꝯcedendũ. qꝛ pꝛiuilegium clericoꝛuꝫ
non dꝫ eis eſſe dãnoſum. qꝺ eſſet ſi excluderen
tur a beneficio qꝺ habent ciues ⁊ ſubditi quo
etiaꝫ debẽt gaudere. de ſo. compe. dilecti. dictũ

etiã Bar. õ. allega. nõ ꝓcedit in italia: cũ in ea
ꝑdia nõ ſunt tributaria. C. de epi. ⁊ cle. l. de his
Sed ſic generaliter faciendo oĩa ꝑdia tributa
ria: appareret factũ in fraudẽ ⁊ in grauamẽ ec
cleſie: maxime qñ tributũ eſt maximũ: ⁊ ſolum
eſſet ĩpoſitũ: ⁊ nõ exigereẜ. Uñ cõiter a modern
nis teneẜ illud cõſiliũ Bar. licite fieri nõ poſſe
Et ex hoc apparet ſtatutũ factũ floꝛentie anno
domini. M.ccccxxv. vel circa. ꝙ omnia bona
immobilia que tunc iueniebãtur apud laicos
ſeu poꝛtantes onera cõitatis in quẽcunq; trãſ/
ferenẜ: tranſirent cum onere impoſitionũ cõita
tis non poteſt extendi ad eccleſias vel clericos
.ſ. ꝙ ſi emanẜ ab eccleſijs: vel donenẜ aut legẽẜ
eiſdem ꝑ teſtamẽtũ talia imobilia ſubijciantur
oneribus cõitatis: cum nõ fuerint ab antiquo
tributaria: nec ſeruat⁹ ſit modus datus a Bar.
qui tamẽ nec reputaẜ licitus: qꝛ in fraudem fa
ctus: ⁊ hoc eſſet ꝯ libertatẽ eccleſie. de imu. ec.
cle. per totum. Et ſi allegatur. ꝙ per hoc multe
fraudes fiant: qꝛ multi donãt eccleſie. vel legãt
ſimulate vt euadant onera cõitatis. Reſpon//
deo ꝙ fraus ⁊ dolus nemini patrociari debẽt
vnde talibus detectis puniantur. Sed negari
non poteſt quin ad eccleſias ⁊ hoſpitalia mul/
ta imobilia licite ⁊ ſine fraude: ſed iuſtis titu/
lis legati vel emptionis nomine perueniant ꝙ̃
vtiq; debent gaudere pꝛiuilegijs eccleſiaruꝫ.
al's violareẜ libertas eccliaſtica ⁊ pnceps ꝓuin
ciarũ facta eẽt ſub tributo. Quoddã etiam ſta/
tutũ floꝛẽtie factũ fuit anno dñi. M.ccccxliij. vl'
circa quo cauebaẜ ꝙ nullus foꝛenſis q. ſ. nõ eſ
ſet de ciuitate vel diſtrictu floꝛentino poſſet ob
tinere vel poſſeſſionẽ cape cuiuſcũq; bñficij ec
cleſiaſtici ſibi collati ꝑ quẽcũq;: niſi ꝑus in cõ
ſilio obtineretur ꝑ partitũ habendo. xxxvj. fa/
bas nigras. Et lꝫ aliqui dicerent nõ eſſe hoc ſta
tutum ꝯ libertatẽ eccleſie. tamẽ cõiter fuit de/
terminatum ꝯꝛiũ: ⁊ ſic declaratũ ꝑ papam. vñ
opoꝛtuit annullare illud ſtatutũ. al's non pote/
rant abſolui ab excommunicatione contra./
cta: qꝛ contra libertatem eccleſie erat.

¶ De cenſib⁹ ⁊ tributis eccliaꝝ. Capl'm. iiij.

Cenſum ſeu tribu/
tum eſſe ſoluẽdũ ei cui debeẜ: oſtẽ
dit xp̃s ṽbo ſuo qñ interrogatus
a quibuſdã: ſi licet cẽſum dari ce/
ſari an nõ. Rñdit. Reddite que ſunt ceſaris ce
ſari: ⁊ q̃ ſũt dei deo. Mat. xxij. Oſtẽdit ⁊ exem [Tributum eſt ſoluẽdi]
plo qñ iter faciendo cũ diſcipulis q exigebat a
tranſeuntibus tributum vel pedagiũ vel vecti
gal. hoc petens a petro. oſtendit xp̃s ipſi petro
ſe liberum eſſe ab huius ſolutionis debito. Et
ſubdit vt nõ ſcãdalizem⁹ eos. vade ad mare ⁊
mitte hamum. ⁊ cum piſcẽ quẽ primo capieꝛ

accipiens inuenies in ore eius ſtaterem.i.certã monetam:ꝛ illud ſumens da illis.ſ.exigentibus.qđ ꝛ factum eſt.vt habetur Mat.xvij. Ad idem apl'us ad Ro.xiij. Reddite omnibus debita.cui honorẽ honorem.cui tributum tributum:cui vectigal vectigal. Et Aug.tractans illud apoſtoli ad Rom.xiij. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.ſic dicit.et vos ſubditi eſſe debetis.ideo ꝛ tributa pſtatis: quia hec eſt probatio ſubiectionis.extra de cẽ.ſi.c.omnis.ꝛ dicit glo.hoc dictum laicis:ꝛ poteſt extendi ad clericos nõ oẽs ſed eos qui poſſident ciuitates ꝛ caſtra ꝛ laicis data cũ aliqua ſubiectione obſequij temporalis. Hinc Amb. ait.xj.q.j. Magnũ quidem eſt ꝛ ſpeciale documentũ quo xp̃iani viri poteſtatibus ſublimioribus docentur debere eſſe ſubiecti.ne quis cõſtitutionem terreni regis putet eſſe ſoluendã. Si enim cenſũ filius dei ſoluit.vt patet ex exẽplo poſito.quis tu tantus es qui putas non eẽ ſoluendum. Ubi dicit glo.ꝙ xp̃s ſoluit cenſũ non ex debito:qꝛ cũ cenſus ſit ſignũ ſubiectionis.xp̃s autem nemini erat ſubiectus ſed dñs oĩum.ideo nõ erat obligatus ad illud ſ; ad tollendum ſcandalũ pupilloꝝ ſoluit. Et pedagia quidem ꝛ gabellas ꝛ collectas vel tallias non poſſe exigi a clericis ꝛ eccleſijs vel ĩponi abſqꝫ lña pape per cõmunitates ꝛ principes ſeculares ſub pena excõmunicationis.habet.j.in ti.

ti.xxiiij c.xxv. de excõ.maiori. Quõ autem imponendũ ſit laicis ꝛ exigendũ.habes.ẽ.in.ij.parte ti.j.c.de rapina.

ca.xj. Sed cẽſus ſeu tributum que pro eodem ſupponunt debent ꝛ poſſunt licite exigi non a laicis tñ:ſed etiã a clericis. Nam eccleſie reperiuntur obligate ad cenſum vel tributũ ſoluendum.aliquãdo prelatis eccleſiaſticis.aliquãdo patronis quod frequẽter accidit.aliquãdo pricipibus ſecularibus:ꝛ ſi ab antiquo reperiunt ſic obligate ſoluere debent. Unde Amb. Si tributum petit imperator non negamus.agri eccleſie ſoluunt tributũ. Si agros deſiderat imperator poteſtatem habet vendicandoꝝ tollat eos ſi libitum eſt imperatori.nõ dono:ſed non nego.xi.q.j.ꝛ glo.dicit ſuper verbo poteſtatẽ. qđ intelligitur de facto non de iure.nã ſine auctoritate principis ſiue alterius quis detineat res eccleſie ſacrilegus eſt niſi reſtituat.xij.q.ij. quiſquis. ¶ Nec etiam ex hoc ꝙ predia eccl'ie ceſſent a tributo ꝓpterea poſſunt vẽdi.xvj.q.j. generaliter.§.nouaꝝ. Et ſuper verbo nõ nego. dicit glo.ſ.corporaliter me opponendo: qꝛ pro tpalibus opponere me nõ debeo. Idẽ Ambro. imperatori poſtulanti ab eo vnã eccleſiam pro hereticis arrianis:nullo modo potuit aſſentire:ſed inter cetera dixit. Allegatur imperatori licere omnia ipſius eſſe vniuerſa. Reſpondeo noli grauare te imperator:ꝛ vt putes te in ea q̃ diuina ſunt imperiale aliquod ius habere noli te extollere ſed ſi tu vis diutius imperare:eſto deo ſubdit'. Scriptũ eſt.reddite que dei deo: que ceſaris ceſari:ad imperatorem palatia pertinent:ad ſacerdotẽ eccleſie publicoꝝ tibi menium ius cõmittitur:non ſanctoꝝ. Naboth poſtulat' a rege.ſ.achab pro vinea ſua. Rñdit abſit.vt ego patrum meoꝝ tradã hereditatem.vt habet.iij.li.Regũ. Sanct' naboth vites ſuas ſuo proprio cruore dẽfendit.qꝛ.ſ.pro eo iniuſte occiſus eſt. Si ille non tradidit vineã ſuã.nos trademus eccleſiam xp̃i.ꝛ infra tributũ ceſaris eſt:non negat. Eccleſia dei nõ vtiqꝫ ei debetur:qꝛ ius ceſaris non põt eſſe tẽplũ dei. Quid honorificẽtius ꝙ̃ vt imperator filius eccl'ie dicatur eſſe qđ enim dicit:ſine peccato dicit cũ gratia dicitur. Imperator enim intra eccleſiam eſt:bonus imperator querit auxiliũ eccleſie nõ refutat. Si de meo aliquid poſcat aut fundus aut domus:aut aurum vel argentũ.id qđ mei iuris eſſet liber offerrem:tẽplo dei nil poſſum decerpere.vel trahere cũ illud cuſtodiendũ nõ tradendum accepi.hec omnia habent.xxiij.q.viij.conuenior. Ad idem facit qđ di. Urbanus q.c.tributum. Tributũ in ore piſcis piſcãte petro inuentum eſt:qꝛ de exterioribus ſuis q̃ palam cunctis apparent tributum eccleſia reddit non aũt totum piſcem dare iuſſus eſt.ſed tantũ ſtaterẽ qui in ore piſcis inuentus eſt:qꝛ non eccleſia dari imperatori:non pontificalis apex.q in ore capitis eccleſie ꝓeminet:ſubijci regibus põt. S; ſane(vt diximus)qđ in ore piſcis inuẽtũ eſt pro petro.ꝛ dño dari iubet:qꝛ de exterioribus rebus eccleſie:qđ ꝯſtitutum antiquitus eſt pro pace ꝛ q̇ete:qꝛ nos tueri ꝛ defenſare debent:imperatoribus perſoluendũ eſt.ſ in glo. ſuper verbo exterioribus.i.nõ de rebus eccl'ie. Nam exquo ſemel dicatũ eſt eccleſie ſancta ſctõrum erunt dño.xij.q.ij. Nulli.vel de exterioribus.i.inquantũ ad ea que ꝑus erat tributaria: qꝛ cũ onere peruenierĩt ad eccleſiã.vt de deci.ca. cum nõ ſit. Unde ꝛ Gratianus di.xxiij.q.viij. ſm canonicã.§.hinc datur.ꝙ de his que a quibuſlibet eccleſia emerit vel viuorũ donationibus acceperit:principibus conſueta debet obſequia.vt ꝛ annua perſoluat tributa. Et idem Gratianus.§.ſed notãdũ.ca.q.ſi in morte.dicit ꝙ ſunt quidam ep̃i qui non ꝯtẽti decimis ꝛ pmitijs ꝑdia:villas ꝛ caſtella ꝛ ciuitates poſſidẽt.ex qbus ceſari debent tributa ꝛ hmõi:niſi benignitate imperiali ꝓmeruerunt imunitatẽ ab hmõi:debent vtiqꝫ tributa ſoluere qbus a dño dicitur. Reddite que ſunt ceſaris ceſari.

¶ De cenſibus .§.i.

ꝛ procurationibus habetur titulus ſpecialis in
decretis cū multis ca.ꝛ in.vj.ꝛ clemen.ꝛ preci
pue quoad procurationes. Ex quibus eliciunt
alique concluſiones magis cōmunes contētio
ſa fori iudicialis dimittendo aduocatis. In ca.
ſancitum dicit Jo.an.in nouella de dote eccle
ſie ꝙ antiquitus fundatores eccleſiarum ꝯſue
uerunt aliquem cenſum pro fundo in dotē aſ
ſignato recipere: illum debent dimittere.arg.
ex hoc.c.ꝛ.x.q.j.c.j. Et ſi remittūt pro remiſſo.
ꝛ ſi de nouo imponunt: pro non impoſito ha
betur.argu.ex eiſdē iuribus.ſed ſi aliȷ erat tri
butarium quod datur pro dote non erit eccl'ia
liberata: ſed eccleſia non debet illam terram re
cipere pro dote niſi prius ſit liberata a tributo:
ꝛ potius eſt ab edificatione ceſſandum ſm In
no. De tributis terre que datur eccleſie ꝑ dote.
dixit Hoſtien. ꝙ ſi aſſignatio dotis talis fuit fa
cta ſine cōſenſu domini illius.ſ.cui debebatur
tributum non valuit.argu.de loc.ꝛ conduc.c.
potuit. Si autem de conſenſu tunc ſi non reti
nuit tributum illud videtur dediſſe.diſt.liiij.ſi
ſeruus. ꝛ ſic intelligatur opinio Ala.cum iuri
bus ſuis: aut ipſum excepit ꝛ tunc ſibi imputet
eccleſia que rem tributariam recepit: cū ꝛ do
mino licuerit retinere. In.c.licet.habetur.ꝙ ce — Cec^{us} collectas ñ debz dare.
cus ad collectas perſonales cogi non debet qđ
Inno.intelligit de perſonalibus tm̄.nō de rea
libus. Sz Hoſtien.intelligit generaliter de col
lectis que fiunt in terra.vt fodrum: albergaria
regium ꝛ ſimilia. Putat enim ꝙ tales perſonas
miſerabiles non ſolum a perſonalibus: ſed eti
am a realibus extraordinariȷs debeant eſſe im
munes.arg.lxxxix.diſt.iudicatū. In realib^{us} aūt
ordinariȷs non ſunt imunes. fatetur tamen ꝙ
tales ſi teneant aliquā terram cenſualē vel tri
butariam: ꝙ debent ſoluere tributū vel cenſum
xvj.q.j.ſiquis.ꝙuis pie faciat dñs ſi pro paup
tate oppreſſo hoc remittat. ¶ Ex.c.preterea ha
betur.ꝙ prelatus auctoritate ſua nō poteſt pre
ſertim poſt mortem eccleſiam ſuā ꝯſtituere cen
ſualem: qđ ſi faciat ſine ſuperioris auctoritate:
nō durat poſt mortem.vt de trāſac.c.de cetero.
Ex.c.eccleſiȷs habetur.ꝙ ex hoc ꝙ ep̄s eripiat
aliquā eccleſiā de manu laicorū vel quoad iuſ
patronatus qđ iniuſte tenebant: vel quoad fru
ctus quos ſibi vſurpabant: non tamen ex h̄ pōt
ep̄s aliquid cenſus de nouo imponere: teneba
tur enim epiſcopus ex officio ad hoc liberare ec
cleſiam de manu laicorū.vt extra de reli.do.ca.
de xenodochȷs. In.c.inouamus habet.ꝙ.c.il
lud qđ al's fuit ſtatutum de thelonȷs.de peda
giȷs.xxiiij.q.iij.ſiquis romipetas. ꝑcipitur ob
ſeruari.vt.ſ.noua pedagia ſine auctoritate re
gum ꝛ principū non conſtituant. Ubi dic̄ glo.
ꝙ reges ꝛ principes tantū habēt poteſtatem no
ua pedagia inſtituēdi.ff.de publica.ꝛ vectiga.
l.vectigalia. Alia aūt omnia pedagia interdcā
intelliguntur niſi ex cōſuetudine cuius non ex
tat memoria in ꝯtrarium.exigantur.de verbo.
ſigni.c.ſuper. Et tales hodie a papa in curia ro
mana excōmunicant.ſm Hoſtien. Sed querit
Joā.an. Utrum tale pedagiū prohibitū recipi — Utrum recipiens pedagiū ꝓhibitum ſit excōicatus.
ens ſit excōicatus: non tamē hoc ſtatuens. Rñ
dit ꝙ ſic ſaltē ex mēte.ar.de ſen.excō.c.q: peri
culoſum.li.vj.vel iuſta ignorātia.vt de cle.ex.
c.apoſtolice. Hoſti.ꝛ dicit lex.C.de noua vecti
ga l.j.ij.ꝛ.iij.q ſine imperatoris precepto.nec
preſidi nec curatori nec curie cōſtituere licz ea.
neqꝫ precedētia reformare: vel his addere vel
minuere.de pedagȷs tamē vide.ſ.in.ij. parte
ti.j.de rapina. Nō debetur cenſus cuius cauſa — ca.xiij.
ignoraſ. hoc dicit.c.ꝑuenit.de cenſibus.ſuper
his verbis. Cenſus ignorātie.i.cuius ignoran
tia.vt dicit Glo.nec diuinis nec humanis legi
bus iuenit glo.ſupple ꝙ ſolui debeat ſine cā:ꝛ
ideo qui petit alleget cauſam. Ubi dicit Inno.
ꝙ ſi eſt certū cenſum deberi etiā ſi nulla cā ſubeſ
ſet ſolui debet.vt de cēſi.c.quāto. Dicit aūt Ho
ſtien.ꝙ ep̄s ſolum per ſe ſicut nec patientia per
ſe nec negligentia obligationē talē inducit: ſed
negligentia cum tp̄e obligationem tollit.vt de
preſcrip.per totū.ꝛ patientia cū tp̄e obligatio
nem inducit. Dicit enī Hoſti.ꝙ inepte petit qs
cenſum dicendo. Peto cenſum q: mihi ꝓſtitū
eſt per annos.xl.ſed ſi dicat: peto talem cenſum
ex tali cauſa impoſitū ad qđ probandū alle.ſo
lutionē ꝯtinuam.xl.annoꝝ.bene petit ꝛ obtine
bit ſolutionem illam ꝓbando. Caueat tamē ta
lis ſubdit Hoſti.de conſciētia ꝙ non exprimat
vel fingat falſam cām.de preſcrip.ca.ſi. Uidet
ꝙ ſi non eſt memoria initiȷ perceptiōis vel cau
ſe ſufficit dicere ex iuſta cauſa impoſitū: ad qđ
probandū inducatur tp̄s cuius nō extat memo
ria.ar.ad hoc de preſcrip.c.j.lib.vj. Nec obſtat
ꝙ non ſpecificaſ cauſa q: preſumptio eſt ꝓ pe
tente.cum nō ſit veriſimile aliquē cenſum ſine
cā ꝛ ſine querela tāto tp̄e preſtitiſſe.ar.ff.de pro
ba.l.cū de indebito. Item incertitudo ꝛ impoſ
ſibilitas merito excuſat hoc caſu nō exprimen
tem ſpālem cām.de regu.iur.nemo pōt.li.vj.
nec his cōtradicit tex.ip̄ſi^{us}.c.q: nō eſt talis cen
ſus ignorātie qui preſcriptus eſt: etſi cā ignore
tur. Hoſtiē. ¶ Sed ab.de ſicilia ſuper.c.ad au
dientiā.de preſcrip.querit.vtrum cōtra preſta — Utrum currat preſcriptio cōtra preſtationē cēſus.
tionem cēſus currat preſcriptio. Rñdet per di
ſtinctionē prius declarādo ſm glo.ꝛ Bar.ꝙ tri
butum ꝛ cēſus ſunt ſinonima. Aut ergo preſta
tur cēſus principi in ſignū ſupreme poteſtatis
ꝛ dominiȷ ꝛ tūc nō poteſt pſcribi: ſicut nec ſub
iectio ipſa vt de preſcrip.c.cū ex officiȷ.aut cē
ſus detur alia cōſideratione.ꝛ tūc poteſt pſcri

bi. vt in ipſo. c. ad audientiā. de preſcrip. Et nota Cy. in dicta. l. competit. C. de preſcrip. Sicut enim alia iura eccleſie vel principis pñt preſcribi: ita ⁊ cenſus exquo ceſſat cā predicta: ⁊ ꝑ predicta puto. ꝙ vbi pōt preſcribi ſubiectio puta epi vel alterius circa principē poterit etiā preſcribi ⁊ cenſus: ⁊ etiā ſi preſtaret in ſignū ſubiectionis. Si enim pōt preſcribi ſubiectio: ita ⁊ fortius ſubiectionis ſignū ne fortius ſit ſignū q̄ ſignatum: ad qḋ nota de cathedratico. in ca. cum olim. ⁊. c. cū venerabilis. de cēſi. ¶ Dubitatur tamē: an remanēte ſubiectiōe poſſit in totum preſcribi: ſubiectionis ſignū. Et dicit ꝙ ſuprema poteſtas preſcribi nō poteſt ſicut nec cōtra deum cuius vices papa gerit: vt notāter dicit Inno. i. c. bone. de poſtul. Dñicus de ſancto geminiano ſic videt diſtinguere vt audiui: qa aut certū eſt cenſū inſtitutū in ſignū ſubiectionis: ⁊ tūc preſcribi nō poteſt ſicut nec ſubiectio ea durante: aut ob aliā cauſam eſt certū fuiſſe inſtitutum: ⁊ tūc preſcribi poteſt: aut dubiū: et tūc q: preſumit in ſignum ſubiectionis inſtitutū nō poterit preſcribi. In. c. ſignificauit. ſummarie habet ꝙ is qui recipit iuramentū de nouo impoſito eccleſie ſoluēdo compellitur iurātem abſoluere. vt dicit Hoſtien. ꝙ ſi cenſus ille erat indebitus nō aſtringebat iuramentū illū a quo petebatur abſoluendū interdixit aūt eps in caſu dicte decretalis ſacerdoti talis ecclie ne ſolueret cenſum illū monachis qui exigebant ipſum q: monachi ignorāte epo cuius auctoritate ⁊ nō inferioris eo cenſus eccleſie eſt imponendus. vt eo. ti. c. preterea. Hunc cēſū acquiſierant ⁊ ſic clādeſtinum poſſidebant: nec eccleſia erat obligata ſed his qui ſoluit tm̄: q: ſacerdos nō potuit eccleſiam obligare nec ei quoad poſſeſſionē preiudicare niſi legitimus modus vt de arbi. c. per tuas vel dic ꝙ ſatis potuit acqri poſſeſſio monachis per ſolutionem ſacerdotis. vt de capel. mo. c. ij. Sed eps bene ſciebat illum cēſum nō deberi de iure: ⁊ iuramentū nō obſtare: q: fuit preſtitum in detrimētū eccleſie. de iureiurā. c. ij. Et ideo potuit prohibere eps ne ſolueretur: quia conſtabat ꝙ monachi iniuſte ⁊ mala fide poſſidebāt ſecus ſi preciperet ꝙ poſſeſſio rei corporalis quā alius etiam mala fide tenet: auferetur ei violēter. Hoc enim malū preceptum eſſet: q: etiā violento poſſeſſori nō eſt vis inferenda. iij. q. ij. §. fi. Et eodem mō cui de nouo cēſus ſubtractus eſt violēter: ⁊ cū armis recuperare vellet. Et eſſet idem forſitā cū armis recuperādum: de iure tamen cōtra ipm agēdum: licet alij contradicant: ſi autē monachi qui cenſum recipiebāt eſſent bone fidei poſſeſſores: tunc ſacerdos etſi in veritate cenſum non debeat: ipſum nūc tenetur ſoluere: quia ſicut non licet aliquem ſpoliare aliqua re: ſic nec poſſeſſione. C. vnde vi. l. ſiquis in tantū. vel cēſum de nouo ſubtrahere: verum ſi eps precipiat ſacerdoti ne ſoluat cenſum bone fidei poſſeſſori: ſacerdos debet appellare: quia iniuſtū eſt preceptum. Et idem videt dicendum: vbi eps precipit alicui de ſua dioceſi ꝙ preſtaret ei obedictiam vel aliud ad ipſum ſpectās de iure cōmuni: ſed ſubditus ſe dicit liberum priuilegio vel preſcriptione vel alio modo. In hoc tamen caſu ſi eps etiam poſt appellationē ⁊ ſine aliq̄ cauſe cognitione ſubditū excōmunicet: tamē tenet excōmunicatio: dūmodo verum ſit ꝙ nō ſit liber: q: qḋ petit epiſcopus iuris eſt: ⁊ iō ibi non requiritur iuris ordo. de iureiuran. cap. ad noſtram. ſed in notorijs ⁊ falſis nō valet appellatio ſecus ſi hoc petat a clerico qui non eſt de ſua dioceſi: vel etiā a clerico ſuo dioceſis ea que ad ipſum nō ſpectant de iure cōmuni. Nā tunc nō tenet excōmunicatio lata poſt appellationē etſi in veritate deberet quod petebat: qa per appellationem negocium ad ſuperioris audientiam eſt deuolutū. Aliqui tamen contradicunt aſſerentes ꝙ in caſu appellatiōis ſnīa ſemper ligat ⁊ maxime in eo cui cenſus quē poſſidebat ſubtrahitur. Hoc enim caſu poſt appellationem ⁊ ſine cauſe cognitione: poteſt excōmunicare ſubtrahentē: ⁊ ſic defendet poſſeſſionē ſuam per excōmunicationē. vt de reſtitu. ſpo. c. olim. appellatio enim non debet alicui auferre poſſeſſionē. ¶ Sz quid ſi abbas cōmunicat ſacerdotē cenſuariū ſuum habēs in eo ptātem: ſi nō ſoluit eps excōicat ſi ſoluit. Rñdeo. appellet ſacerdos: ⁊ ſic tutus erit. argu. per id qḋ no. de appel. c. preterea. ⁊ nunq̄ obliget eccleſiā nec cenſum ſoluat: niſi probabilē ⁊ manifeſtā credulitatem habeat ꝙ ſoluere debeat ſm Inno. cuius tota mens eſt hec glo. ſed nec per omnia placent iſta. Quo enim ſm Hoſtien. potero ſcire de mente ſubtrahentis cenſum quia intētione hoc faciat. vtiq̄ hoc ipſo ꝙ ſubtrahit cēſum poſſum agere cōtra ipſum poſſeſſorio vel petitorio: qḋ dic vt plene no. c. pueñit. e. ti. ſz nec plꝫ qḋ dixit. ſ. ꝙ i his q̄ de iur petūt pᵒ appellatōē iterpoſitā teneat excōicatio. Hoc eni verū eēt ſi ſbditᵒ appellaret p eo ꝙ lib ē: ⁊ libtatē nō pbaret. ſi āt appellet. q: i dubio non dz eps ſibi ius dicē bñ ōſendet cū appellatio. Et dic Hoſt. ꝙ ñ ſolū requirunt h̄ duo auctas. ſ. epī ⁊ iuſta cā ad cēſū ipetēdū: ſz ⁊ ꝙ caplꝫ ꝯſētiat. vt ex de his que fi. a pla. c. Tua. ⁊. c. paſtoralis. ⁊ et ꝯſenſus eccli e cui cēſus īponit ſi eſt cōuētionalis. vt de rebus eccle. nō alienā. c. fi. Fatetur tamē ꝙ ſola auctoritas epiſcopi ſufficit maxime cum cauſa ad trāſferendum iuſtū titulū ꝑſcribēdi. ⁊ ſic poteſt intelligi de dona. c. aplice. Nec preſcribēs

ſuper hoc debet habere malã fidem cum fulcia tur auctoritate pape. qui hoc ius cõſtituit: maxime cum de tali re agatur quã papa poſſet tollere: et contrariũ eius cõſtituere. ſ. q auctoritas epi ſufficeret ad plenũ ius tranſferendum: ſi tamen haberet cõſciam remordentẽ quis ſcrupuloſam illam ſequatur. vt de ſymo. c. p tuas. Itẽ dicit Hoſtieñ. q ſi conſciẽtia dictat ei a quo petitur cenſus q debeatur: ſoluat ipſe rector: et ſi dictat contrarium non ſoluat. ſi dubitat in tali caſu obediat: cum ei precipitur vt ſoluat. de tẽ. ordi. c. ad aures. Idem Goff. Itez querit Hoſt. quid ſi conſtare poſſit q oliz preſtabatur ex cauſa. ſed tñ ceſſatum fuit a ſolutiõe eius legitime vel longiſſimo tempore preſcriptionis tunc vero renouatus eſt auctoritate epiſcopi. nunquid ſit ſoluendum et videtur q non. quia obſtat preſcriptio. eo. ti. c. olim. Sed tenet ipſe contrariũ. Et hoc tenet. quia cenſus non preſcribitur. C. de preſcrip. xxx. anno. l. male. de relig. do. c. conſtitutus. Tum quia aliud eſt de nouo imponere: et aliud renouare. vt de iu. c. nouit. cũ cõcor. tũ quia non videtur facta deterior conditio eccleſie ſi ad id quod ab initio ſibi impoſitum fuit reuertatur. diſt. liiij. c. generalis. tum quia caſus videtur hic notari de cen. c. cum venerabilis. Hec omnia Jo. and. in nouella.

¶ De diminutio- .§.ij.

ne cenſus nõ fienda. et de pcurationib⁹. c. olim. de cẽ. ſic ſumat Joã. and. Soluẽdi ſunt cenſus ad antiquã monetam in qua conſtituti fuerunt niſi ſit in alterius monete ſolutione pſcriptuz. Ubi dicit Hoſtieñ. q ſicut preſcribi nõ poteſt. C. de preſcrip. xxx. anno. l. male agitur. Sic nec diminui ſaltem ab eo qui habet malaz fidẽ. ar. de reli. do. conſtitutus. qđ etiã tenuit Goff. ſed ſi non habet malã fidem videtur poſſe preſcribi diminutio per illud ca. olim. In ca. cum canonicis. ſic ſumat Joh. an. ad antiquam monetam: vel eius eſtimationem ſoluende ſunt penſationes antique Capitulũ fi. de cen. ſic ſumat Jo. an. pp̃ter priuatuz oratoriũ pcuratoriũ nõ debetur. Hec eſt autem differentia inter eccleſiam et oratorium. quia dicitur eccleſia vbi ſtatuta eſt certa dos pro rectore: clericis et alijs neceſſarijs. de conſe. diſt. j. c. nemo. Oratoriuz vero quod non eſt dotatum nec edificatum ad miſſam celebrandam: ſed ad adorandum. de cõſe. diſt. j. vnicuiqz. de licẽtia tñ epi poteſt ibi qñqz celebrari. Sed in maioribus feſtiuitatib⁹ non dabit hanc licentiaz ſm Inno. Si vero eſſet in oratorio aliquis rector cõſtitutus vel aliqua certa pſona vel vna de certis que dñt oratorio deſeruire. non videt. Inno. quare epus non poſſit viſitare et procurationem ſuaz exigere. ex de religi. do. c. de xenodochijs. Nã quis tale oratoriũ ſit gratia deuotionis factũ ſecularium tñ miniſter eius erat preſentandus epo. Sed alij contradicunt. In cle. de cenſi. c. j. habet. q religioſi quicunqz pro mõaſterijs et eccliijs: que ad eos quocũqz ſint ti. deuoluta procurationes legatoꝝ ſedis apoſtolice iura epiſcopalia et alia preſtare p ipſis anteqz ad eos peruniſſent ſollicitis prõpte ſoluere ſtudeãt. niſi forte ſedis apoſtolice priuilegio exemptione. ſ. facta ſpecialiter. de hmõi pcurationibus non ſoluendis vel alia cã legitima ſe ab his valeant excuſare. Capitulum quãto. de cenſi. ſic ſumat Joan. and. Que tenenẽ pcurare fratres alicui⁹ domus. lz illorum numerus nõ creuerit pcurabunt oẽs. Sed ſi ex eo nimiũ grauarẽ eis p officiũ iudicis conſulet. Et dr̃ ibi q ſm Pe. et ab. ẽ hic ar. ad qõnẽ de illo qui habebit furnuz et molendinũ in emphyteoſim ſub pacto molendi et coquẽdi gratis dño et familie ſue. habuit poſtea dñs decem filios: et quilibet filius decez filios alios. vnde ſi omnibus molat et coquat emphyteota: expedit ſibi magis nõ habere qz habere de iure ſtricto tñ dicũt illum teneri: ſed iudicis officio ſibi pnidebit. vt nõ teneaẽ vltra pmaz menſuraz. ſed Hoſt. dicit p hanc decretalẽ ſimplr ad ſtatũ pmũ habere reduci. vt in. c. cũ cãonicis. C. de pui. l. preſea. qđ dicit verum niſi in maiori numero ſit preſcriptum. vt in. c. oliz eo. ti. lz multa iura poſſent in contrariũ allegari.

¶ De alienatione rerũ ecclie. Caplm. v.

De alienatione rerũ eccleſie. No. q dicit decretalis. Nulli liceat alienare rẽ imobilẽ ecclie neqz hypothece titulo obligare. alienationis autem verbum continet conditionem: venditionem donationem: permutationem: et emphyteoſim: perpetuum contractum. extra. de re. eccle. non alie. Ubi dicit glo. q hypotheca eſt obligatio rei immobilis ſicut pignus rei mobilis. Conditionem appellat contractũ ſub conditione factum. vt ſi ſoluat tributũ. vel do tibi talem rem ſi nauis veniat ex aſia. Alienare niſi pro vtilitate eccleſie. ¶ Sz nota q iſta vtilitas eccleſie comprehendit omnes caſus quibus permittitur a iure alienatio rerum ecclie. Alienatõ qui ſunt quattuor. vt ponit glo. ſummaria. xij. rerũ p q. ij. in prin. Primus eſt cauſa neceſſitatis vt ſi multũ debitum vrget. x. q. ij. hoc ius. Secundus cauſa pietatis: vt pro redemptione captiuoruz: vel alimonia pauperum. xij. q. ij. aurum. Tertius cauſa vtilitatis. q. e. c. ſine exceptione. Quart⁹ cauſa incommoditatis vel minoris vtilitatis. vt. q. e. c. terrulas. Item vltra dictos. Quintus caſus propter eccleſiam edificandam vel cimi-

ſerſum ampliandum.q.e.c.aurum. Sextus eſt
qñ epſ cuz conſenſu clericorum poteſt donare
quinquageſimam partem rerum ſeu eccleſie p
conſtructione monaſterij in illa dioceſi.vt.q.e.
bone rei. Sed de forma alienationis eſt dubi/
um. Nam glo. Bernard. ſuper dicta decretali
dicit q ſeruata forma que habetur.x.q.ij. hoc
ius. Sed alia glo. dicit q talis forma non ſer/
natur hodie. ſed illa forma que habetur.xij.q.
ij. ſine exceptione. Hoc tenent Hoſti. Jo.and.
Forma alienationis. Guil. Ber. etiam correxit ſe ⁊ idem tenet. Jllđ
autē.c.ſine exceptione continet q non fiat alie
natio talis ab epo niſi cū conſenſu ⁊ contractu
totius cleri:⁊ q non ſit dubium illud eccleſie p
futurum al's ſit irrita. Et dicit ibi glo. q etiam
ſi eccleſia ex tali ꝯctu non ſit locupletata. dum/
modo non ſit damnificata tenet contractus. nā
eoipſo q non eſt pauperior facta itelligitur lo
cupletata.ff.de ſolu.l.in pupillo. Sic ergo ḃm
Jo.in gl.xij.q.ij.in ſumma.⁊ guiliel. Jn aliēa
tione rerum immobilium eccleſiaſticaꝝ colle/
giatarum requiritur conſenſus epi ⁊ capituli
ideſt maioris partis capituli. Jn rebus autem
Conſenſus epi. monaſterij requiritur conſenſus abbatis capi
tuli ⁊ epi.xij.q.ij.abbatibus. Jn alienatione re
rum huiuſmodi eccleſie parrochialis requirit
conſenſus ſacerdotis ipſius parrochie.x.q.ij.
Si quis epſ. al's facta alienatio contra predi/
ctam formam nulla eſt:lz ſit in dicto caſu.vt in
d.c.ſine exceptiōe. Sed tñ preſcripta forma ſa
cta in caſu etiam non conceſſo tz ipſo iure. ex
de his q̄ fi.a pla.ſine conſenſu ca.c.cū nos. ſz ſi
dānoſa fuerit eccl'ie reſtituit.ex de in inte.reſti.
ca.i.hec in.d.glo. Quidam etiaz dicūt. vt Goſ.
q in hmōi alienationibus ſufficit ſeruare con/
ſuetudinē illius eccl'ie cuiꝰ ſit alienatio. ēt ſi ſit
illa cōſuetudo pter ius. Sed Hoſt.⁊ Guil.tenēt
contrarium. Jo.an.co.ti.c.i.li.vj.dicit primam
opinionē verā cū conſuetudo eccleſie grauaret
alienationē. ſcđam vero vbi cōſuetudo laxaret.
¶ Jtem nota q cum dicitur ſupra in glo. Joā
nis. q requiritur conſenſus epiſcopi in aliena
tione monaſterij:intelligitur de monaſterio nō
exempto. Nam in exemptis dicit Franciſcus đ
zab. poſt Jnno.ſuper cle.monaſteriorum codē
titulo q requiritur conſenſus pape. vel prelati
imediati cui ſubſit eccleſia pleno iure:ſicut ha/
bent plures priores ſuos abbates. Talis igitur
prelati requirit ſaltē aſſenſus in exemptis:etiā
ſi plats qui alienare vult cōuentū ꝗuis cle.il
la videat dicē de eo q nō hz ꝯuētū. ita tz ibi gl.
⁊ ſic dicit ſe feciſſe ſeruare ad validandū ꝯctuz.
Jtē dicit franē.ibidē. q conſenſus pōt ēt inter/
uenire poſt ꝯctum celebratū.vt no.co.ti.c.i.li.
vj. Qđ dicit ſtephanus verū eſſe. niſi bona que
alienat plats ſpectant ad mēſam cōuentus:qꝛ
tunc requiritur ꝯſenſus eius in ipſo contractu
¶ Jtē dicit io.in glo.x.q.ij.hoc ius. q ſi aliqđ
datur eccl'ie ca ꝯditiōe ne alienet:ꝗuis videa
tur q nullo caſu poſſit alieñari. in autē.de al.em
phite.§.ſctiſſimas. illud nō eſt verū:qꝛ nō valz
hoc pactū cum ſit ꝯ legē dei.vt.xij.q.ij. aurum
Ray. autem diſtinguit ⁊ dicit q ſi eccleſia ha/
bet alias poſſeſſiones quas. ſcilicet poteſt alie/
nare. ſic non poteſt illam alienare. vt dicit lex
inducta. Si non habet alias poſſeſſiones. tunc
poteſt in caſibus a iure permiſſis. cōcor. inno.
⁊ Hoſt. Jtē ſi legaret mōaſterio aliq̄ poſſeſſio
qđ nō poſſet tenere poſſeſſiones:vt ſunt men/
dicantes:etiā ſi adijceret pena in contrariū fa/
cientē nō videt eſſe locus pene:⁊ nō obſtāte il/
la conditione poterit ⁊ debebit vendi:qꝛ vt tur
pis cōditio eſt habēda ex quo eſt cōtra ordinē
ſuū. vñ pro non adiecta habet quinimo ⁊ cui/
cunqꝫ eccleſie ſit data poſſeſſio:appoſita ibi cō
ditione aliq̄ vel modo.vt.ſ.aliquid fieret:ſi nō
fiat:nō pōt per hoc reuocari datio:niſi ſit facta
ita q ceſſante illa conditione vel mō reuocetur
vel reuocari poſſit.ex de cōdi.appo.c.ſi. Jtē q
dictū eſt.ſ. q hoc fiat pro vtilitate eccl'ie:ꝗuis
laudul. dixerit q oportebat q preciū rei vēdi/
te eſſet v̄ſum in vtilitatē eccleſie:⁊ ſit euidēs ⁊
perpetua illa vtilitas:in edificijs perpetuis:em
ptionibus aliarū rerum vel ſolutione grauis
debiti:⁊ q emptor debet eſſe curioſus:vt vide
at q ſic cōuertat. Frāciſcus autē de zab. ſuper
cle.monaſterioꝝ.eo.ti. dicit q nō eſt neceſſe q
duret v̄ſum in vtilitatē eccleſie. Glo. etiā Joā.
ſup.d.c.hoc ius. dicit q emptor nō opz q ſciat
ad quē vſum ꝯuertat pecunia:ſed ſufficit pba
re q tunc eccleſia indigebat pecunia. Dicit ēt
in eadē glo. q ſi plus offerat de rebus eccleſie
q̄ valeat:q tñ iuſtum preciū debet accipi qꝛ
eccleſia in ſuis ꝯtractibus non debet dolū face
re. Et greg. dixit.xij.q.ij. Sicut eccleſia pprias
res amittere non debz ita in rapacitatis ardo/
re aliena inuadere nō oportet pōt tñ epſ aliqs
ſeruos eccleſie bene meritos manumittere.ſ.li
beros facere.vt dicitur.xij.q.ij.ſi quos.⁊ vt di
cit gl.ibi dicitur bene meritus. qui aliqued in
ſigne ſeruitium fecit eccleſie. Sed notandū vt
ibi ſubdit gratianus.§.ſequenti. q ſerui eccle
ſiarum manumitti non poſſunt:niſi retento ec
Vtrum ſucceſſor debeat ſtare contractibus predeceſſoris. cleſiaſtico pcinio:niſi forte mānumiſſor duos
eiuſdē meriti ⁊ eiuſdē peculij eccleſie conferre
voluerit:quod probat per ca. epſ qui ea.qōe.
Queritur an ſucceſſor in prelatura:priorat' ab
batizatus vel epat' ⁊ hmōi teneatur ſtare ꝯcti/
bus factis per predeceſſorem ſuum circa imo/
bilia. Reſpondeo per diſtinctionem:qꝛ aut lo/
quimur de contractu concernente veram alie/
nationem proprietatis:puta venditionis:dōs

tionis:permutationis ⁊ huiuſmodi. Et tunc ſi
fuerit celebratus cõtractus cũ debita ſolẽnita/
te.que.ſ.habet.xij.q.ij.ſine exceptione.⁊ decla
ratur.ſ.in iſto.§.de forma. Tũc.n.poſſeſſor ſta
tim cepit ꝓprietario poſſ.dere:⁊ non tollit qđ
ſolẽniter actũ eſt.vt.ff.de mino.l.in integ. Aut
loquimur de ↄtractu ↄcernẽte redditus qui ſpe/
ctant ad ꝑlatum:vt locatione ⁊ tunc mortuo ꝑ
lato vel trãſlato vel amoto nõ durat contract⁹
alterius.vt.ff.locati.l.ſi qs domũ. Et hoc niſi ↄ
traxiſſet.vt ſindicus monaſterij vel ſolẽniter cum
cõſenſu capli ⁊ pro vtilitate monaſterij:q꞉ vtili
ter geſtũ dꝫ haberi ratũ.ff.de nego.geſt.l.põpo
nius. Ita diſtiguit Bal.de ſo.cõp.in.c.dilecti.
⁊ ſequitur eum frater eius pe.in.c.querelã.ne
ꝓla.vi.ſuas.⁊ remittit ad notata.xij.q.ij.alie
nationes.⁊ gl.in.d.c.querelam diſtinguere vi
det ſic.ꝙ ſi prelatus faciat locationẽ noĩe ſuo:
ſucceſſor nõ tenet ſtare tali ↄtractui:ſed ſi noĩe
eccleſie tũc durat locatio ꝑdeceſſoris poſt mor
tem eius. Reſtat ergo videre qñ dicat fieri lo/
catio noĩe eccle:⁊ quãdo nomine prelati.⁊ vi
detur eſſe de mente dicti Joã.cal.ſup dicto.c.
querelã.ꝙ quotienſcũqꝫ ꝑlatus locat noĩe ſuo
vtputa exprimẽdo ꝓprium nomen vel alius ꝑ
eo vt ꝓcurator ei⁹:tunc non tãgit talis ↄtract⁹
ſucceſſorem ad qđ facit.c.lr̃e.de viſa. Et iõ ſuc
ceſſor põt ↄtrauenire.vt in.c.relatũ.de teſt. Si
vero locatio fit nomine eccleſie.vt q꞉ dicit talis
prelatus pro ſe ⁊ eccleſia ⁊ ſucceſſoribus. Et
tunc ſi non locauit vel contraxit pro vtilitate ec
cleſie poteſt ſucceſſor ↄtrauenire. Nec tenetur
ſtare tali ↄctui.vt de rerũ pmu.c.ij. Si autẽ lo/
cauit vel ↄtraxit pro vtilitate eccleſie:⁊ tunc te
netur ſtare. Alienationes aũt rerũ mobiliũ pre
dictam ſolẽnitatem non requirunt q̃ tñ ⁊ preci
pue rerum quaꝝ eſt vſus in eccleſia.vt calices:
libri.⁊ hmõi.non ſine magna cã ⁊ rõnabili fie
ri debẽt.vt dicit in.c.hoc ius.x.q.ij. Itez no.ꝙ
nullus prelatus religioſus poteſt vẽdere red/
ditus ſeu ↄcedere alicui ad vitã.vel ad certum
tp̃s:niſi neceſſitas vel vtilitas loci expoſcat:vt
de conſenſu ↄuentus:vel ſi ↄuentum nõ hẽat
de cõſenſu prelati ſui.in clemẽ.monaſterioꝝ
eo.ti. Alienationes facte ab intruſis nõ valent
xij.q.ij.alienationes. Et ſilr alienationes facte
a ſciſmaticis.extra de ſciſmati.c.j. Et tenentur
reſtituere omnes predicta loca ⁊ res ⁊ fruct⁹ ꝑ
tit.xxiij ceptos.extra de reſtit.ſpo.c.grauis.⁊ qũo qui
ca.ix. vtitur talibus alienatiõibus ſit excõicatus.ha
bes.j.ti.de excommunicatione.

¶Quia ſupra di/ .§.i.

ctum eſt in dicta decretali nulli.eo.ti.ꝙ nec ẽt
i emphiteoſi dñt dari poſſeſſiões eccleſie.ideo
breuiter aliquid de emphiteoſi dicendum eſt.

¶Ubi ſciendũ ꝙ eſt nomẽ grecũ:⁊ latine iter Emphiteoſis.
pretatur melioratio:⁊ ab initio quedã viles ter
re ꝑ hunc ↄtractũ ↄcedebant ꝗs recipiẽs meli
orabat:⁊ meliorationes ſue erant.qđ poſtea ꝑ/
miſſũ eſt de fertilibus:⁊ fructuoſis ⁊ ↄſiliit in
rebus ſoli tm̃. Et iuxta vulgare quoꝝdã d꞉ da
tio ad libellum.poſſeſſio ergo eccleſie de nouo
nõ põt dari in emphiteoſim ꝑpetuo:vt d꞉ i.d.
c.nulli. Si tñ poſſeſſio erat prius emphiteoti/
ca ⁊ peruenit libere ad eccleſiam bene poterit
dari in emphiteoſim alteri etiam perpetuo. Cõ
trahitur autem emphiteoſis interueniẽte ſcri
ptura.C.eo.l.j.⁊ per conſenſum dñi ⁊ emphi/
teote vt.ſ.ſtatim domin⁹ pro re ipſa aliqd acci
piat ſm ꝙ inter eos eſt ↄuẽtũ. Itẽ de cetero ſin
gulis annis ↄuentũ canonẽ.i.penſionẽ ſoluat.
vt inſti.loca.§.ad eo.ↄtrahitur aũt aliquando
ad tp̃s.x.vel.xx.annorum.⁊ ſuccedit in hoc he
res vſqꝫ ad dictum tempus aliquando in perpe
tuum:⁊ tunc non aufertur emphiteote nec he
redibus eius q̃diu ſoluerit canonez.ſi tamen
res illa ex toto periſſet vel etiaꝫ medietas non
debet tm̃ exigi. Eſt autem de natura emphiteo
ſis ſm Hoſt.ꝙ liceat dño emphiteotam expel/ Natura
lere:ſi per triennium i ſecularibus.vel per biẽ emphy-
nium in eccleſiaſticis nõ ſoluerit penſionem.x. teoſis.
q.ij.hoc ius.nec tenet dñs cẽſus requirere:q꞉
dies ſtatuta pro dño interpellat. Repellet autẽ
ſm quoſdam auctoritate.ſm alios ⁊ verius ꝑ
iudicẽ:qđ tenet Inno.⁊ hoc niſi celeriter ſatiſ
faciat.vt dicitur extra de loca.c.propter. Et di
co celeriter anteq̃ꝫ patiatur trahi ad iudiciuꝫ.
Itẽ põt emphiteota ius ſuũ alteri vẽdere.dño
prius requiſito ⁊ ꝓpoſito precio quantũ reue/
ra põt. Si.n.dñs cõparare voluerit cuilibet em
ptori eſt preferendus. Si iniam det vendi põt.
Qui ẽt ſi taceat elapſis duobus menſibus a de
nunciatione vendere põt ⁊ ſine ↄſenſu dñi.dũ
mõ non perſonis ꝓhibitis.vt potentiores em
phiteota:ſi ſec⁹ fecerit ius ſuũ amittit. Põt ẽt
emphiteota ius tale donare ⁊ pignori dari etiã
irrequiſito domino:⁊ ſi preſentibus annis ſol
uit.lꝫ prius ꝑ plures annos non ſoluerit nõ po
teſt expelli. ¶Eſt quidam alius contractus q
dicitur precarium vel precaria.de quo habet.
x.q.ij. Precarie.cum gl.j.⁊ ẽx eo.ꝑ to. Et quia
non eſt multum in vſu omitto.ibi potes vide/
re. ¶De emptione ⁊ venditione ⁊ de locatiõe
⁊ de cõmodato ⁊ huiuſmodi.hẽs in.ij.parte.ti
tu.j.c.vij. Itẽ dicit Gratianus.xij.q.ij.iniuſtũ
videtur.§.item ſi rectores.ꝙ ſi rectores eccle/
ſie de rebus ꝓprijs tn̄dẽ eccleſie reſtituere vo
luerint:eccleſiaſticas facultates libere dare poſ
ſunt. Et ↄſtabunt his quibus date fuerunt per
petua firmitate.quod ꝓbat per.c.ſequẽs.vbi
dicit gl.ꝙ hoc eſt verum quando prius eſt ha/

uitus tractatus cū clericis ⁊ ꝯſentiunt. vel cum prius īmdē dederat eccleſie. Item dicit Greg. q.ea. Eccleſiaſticis vtilitatibus deſeruientes eccleſiaſtica dignuꝫ eſt remuneratione gaudere. Et propter hoc dicit Gratianus. ꝙ poſſunt res eccleſie donari pro remuneratione. ſ. impēſio obſequij. Et aliquid ꝓpter hoc iuſte fuiſſet alicui permiſſuꝫ. tenetur eccleſia obſeruare. vt dicitur. in. c. quicūqꝫ. ea. q. ¶ Notandum etiam dilig ēter ꝙ dicit Amb. ea. q. c. auꝝ. Auꝝ hꝫ eccleſia nō vt ſeruet: ſed vt eroget ⁊ ſubueniat i neceſſitatibus. Quid eſt opus cuſtodire quod non adiuuat. an ignoramus quātum auri ⁊ argenti de tēplo dñi aſſyrij abſtulerunt. Nonne melius ꝯſtat ſacerdos propter alimoniam pauperum. Nōne dicturus ē dñs. Cur tot inopes paſſus es fame mori ⁊c̄. Et ipſe de ſe narrat calices feciſſe aliqñ conflare ad ſubueniēdū pauperibus. diſt. lxxxvj. Non ſatis. a quo tale exēplum ſumpſit aug. vt refert ſimilia faciendi.

¶ De conſecratione eccleſiarum: ⁊ qñ eccleſia violetur ⁊ reconcilietur. Caplm. vj.

Sanctificauit tabernaculū ſuū altiſſim⁹: deus i medio eius nō cōmouebiť. ps. xlv. vt dicit Gratianus de ꝯſe. diſt. j. in prin. Tabernaculum moyſen domino precipiente feciſſe ⁊ ſacraſſe cum menſa ⁊ altari eius ⁊ vaſis ad diuinum cultum. exemplum legimus. ſ. i Exodo. Dauid regum pijſſimus qualiter ampliſicauerit cultum dei: ⁊ templum dei edificare voluerit ſed prohibitus propter multū ſanguinē effuſum. ſ. inimicorum. ⁊ ipſe impenſas collegerat. Salomō quoqꝫ filius eius quod ipſe facere optauerat: iubente ⁊ auxiliante dño ꝑfecit ⁊ templū cum altari: ⁊ reliqua ad diuinū cultū peragendū ꝯſecrandum. In lib. regum legiť. iij. Reg. viij. Si ergo iudei qui vmbre legis ſ ſeruiebant: hoc faciebant: multo magis qbus veritas patefacta ⁊ gratia p xp̄m eſt tēpla dño edificare. ⁊ ꝓut melius poſſumus ornare ea ꝗ diuinis ꝑcibus ⁊ ſanctis vnctionibus deuote ⁊ ſolemniter ſacrare: non in alijs ꝗꝫ in ſacratis ab ep̄is miſſas celebrare ⁊ ſacrificia offerre debem⁹. Unde iginus papa. Omnes baſilice cū miſſa ſemper debent conſecrari. de ꝯſe. diſt. j. Et ibi dicit glo. miſſam eſſe de ſubſtātia ꝯſecrationis. ſed Hug. ꝯtrium ſentit. Debꝫ aūt ꝯſecratio fieri p ep̄m: non per alium inferiorem. diſt. xxv. c. perlectis. Sed vtrum ſit neceſſarium ad ꝯſecrationem eius ip̄m ep̄m ꝯſecrantem dicere miſſam vel per alium facere dicere. Hugo. tenet ꝙ nō. ⁊ h̄ eſt clarū ſi miſſa nō ē de ſubſtantia ꝯſecrationis. vt ipſe tenet. Sed ſi eēt de ſubſtantia tunc oporteret eū dicere vt alij dicunt.

Exo. xxvj.

j. Paral. xxij. ⁊. xxviij

¶ Ea autem que .§. i.

fiunt in ꝯſecratione deſignant illa que concurrunt ad ſanctificationē eccleſie militantis. Nā triplex circūitus quem facit pontifex circa eccleſiam ab extra ſignificat circūitum quem fecit xp̄s ad ſanctificandum eccleſiam ſcilicet de celo in mundum: de mundo ad limbum: ď limbo reſurgens ethera aſcendit in celum. ſm illud. ps. xviij. A ſummo celo ⁊c̄. Uel etiam triplicem ſtatum eccleſie ꝯiugatorum: viduaruꝫ ⁊ virginum: quā circūiendo viſitat ⁊ defēdit. Triplex percuſſio per ep̄m facta ad oſtium dicēs. Attollite portas. deſignat triplex ius. vel rō quare debet ſibi aperiri introitus in cordib⁹ noſtris. Unde Anſelm⁹. Domie debeo me tibi totū qꝛ feciſti. Et iterū totū: quia redemiſti Et iterum totū: quia tanta promittis. ſ. teipſuꝫ. Fit tertio aꝗ aſperſio deſignans baptiſmuꝫ vel pniam ꝗ mundantur pctā ps. ꝉ Aſperges me dñe hyſopo ⁊c̄. Quarto ſcribitur alphabetum in pauimento lr̄is grecis ⁊ latinis ſuper cineres ibi ſparſos ⁊ ſcriptura fit ibi de angulo dextro in angulum ſiniſtrum per tranſuerſum ⁊ econuerſo in modum crucis ad innuendū vnionem factam duorum populoꝝ in cruce xp̄i ⁊ fide articuloꝝ qui ſunt ꝑma elemēta doctrine xp̄iane. Uel etiā ꝯtinētiā vni⁹ teſtamēti in alio ⁊ ecōuerſo in xp̄i incarnatiōe ꝯueniētiū in materia. ſm illud Ezech. j. Erat rota in medio rote. Fit autem ſcriptura ſuper cineres qꝛ humiliari oportet ad ſuſcipiēdū doctrinaꝫ fidei. Fit quinto pictura crucū in parietibus eccl̄ie intra ad ſignificandū mortificationē ſenſuū quā debent hr̄e fideles. ſm illud ad Gala. vj. Qui ſūt xp̄i carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs ⁊ cōcupiſcentijs. ¶ Sexto ponūtur luminaria ante cruces: ⁊ ſignificat lumen agēdoꝝ qđ debēt hr̄e in ſua conuerſatione: ⁊ recte intētionis in operibus. ſm illud Luc. xij. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. ¶ Septimo inunguť cruces chriſmate ad innuendum odorem ⁊ nitorē bone fame. Eccli. xlj. c. Curaꝫ habe de bono nomine. ſic ſuū tabernaculū. ſ. eccleſiam ſanctificauit. Et ex hoc eſt in medio eius tabernaculi. Unde ⁊ congruenter figura crucifixi poniť in medio eccl̄ie ꝗ ſi oēs iſpiciat: qlibet ad eū imītandū attēdat: oēs defendat: oēs audiat ⁊ vniꝯ. vñ ⁊ naſcens ⁊ moriens ⁊ docēs ⁊ reſurgēs in medio ſtetit: vt patet in euangelio: vt oſtenderet in conuerſatione in doctrina: in omnib⁹ alijs medium tenendum virtutis. Ut de deus i medio eſt⁹ Matth. xviij. Ubi ſūt duo vel tres congregati in nomine meo. ibi ſum in medio eorum. Sunt in eccleſia congregati duo ſtat⁹: clici. ſ. ⁊ laici: vel tres ꝯgregati: ꝯtinētes. ⁊ pla

et in noīe xp̄i in fide formata eius. Et iō xp̄s in
medio habitās per grām. Ezech. xiiij. Si fuerit
tres viri. Job noe ꝛ daniel in medio eiꝰ ipſi libe
rabunt aīas ſuas. Job coniugatos. Noe regēs
archā prelatos. Daniel continentes in medio
v̄tutis: hi ſaluabunt. Et qꝛ xp̄s in eccleſia ideo
non cōmouebitur tribulationibꝰ: pſecutionibꝰ
tentationibus: non recedet a virtute ꝛ verita
te. Matth. vlt. Ecce ego vobiſcū ſum vſqꝫ ad
ꝯſūmationē ſeculi. Eccl's. j. Generatio preterit:
generatio aduenit: terra aūt in eternū ſtat. i. alii
qui ꝑtereūt recedētes ab eccl'ia ꝑ vitia. Aliqui
veniunt ad eccl'iaꝫ per ꝯuerſationē: terra autē
ipſa. ſ. eccl'ia ſemꝑ durat. Et ſic tria notantur.

¶ Eccleſie ſanctitas: ibi. ſanctificauit.
¶ Eius ſocietas: ibi. deus in medio.
¶ Eius firmitas. ibi. nō cōmouebitur.

¶ Sanctificauit ta- .§. ij.

bernaculum ſuū. ps. lxv. Nota de ſcīficatione
anīe ad ſimilitudinē cōſecratiōis eccleſie. Ubi
ſciendū qꝫ eccleſia materialis multiplr noīaſ. ſ.
baſilica baſilica tēplū domꝰ dei eccl'ia tabernaculū. Ba
ſilica dr̄. vt di. xlij. non opꝫ. Ubi dicit archidia.
baſilica dr̄ palatium regis. baſilicos. n. grece: la
tine rex interꝑtatur. Unde baſilica dicit q̄libet
eccleſia: qꝛ palatiū eſt ſummi regis: ꝛ regi regū
miniſtraſ. Quidam tm̄ dixerūt eccleſias ep̄ales
tm̄ dici baſilicas: qꝛ hmōi reges conſueuerūt
fundare ꝛ dotare ſm hug. Uel baſilica dr̄ a ba-
ſileo rege grecorum: qui primo ſe fecit ſepeliri
apud eccleſiā ſꝫ Jſido. Uel dr̄ a baſeo. i. fundo
Tēplū. fundas. Jnde baſilica quaſi fundamentum alia
rum eccleſiarum ſm lau. Dr̄ etiam eccleſia tem
plū. xvi. q. vij. ꝛ hoc. Ubi archidiaconus dicit.
templū dr̄ q̄ſi tecta ampla: qꝛ ppl's ibi ſub vniꝰ
tecti amplitudine continet ꝛ proprie ſunt ma-
iores eccleſie. Uel templū a ꝯtemplando: quia
Eccleſia hoc ibi fieri debꝫ. ¶ Dr̄ qꝫ eccleſia. de ꝯſe. di. j.
eccleſia. que interꝑtaſ collectio ſeu cōuocatio.
Ubi dicit archid. qꝫ dr̄ conuocatio iō: qꝛ conti-
net pplm conuocatuꝫ. ſ. ab eo de quo ap'lus ad
Ro. viij. Quos vocauit hos ꝛ iuſtificauit. ꝛ po
nitur continens pro cōtēto: vbi aūt ꝯueniebat
ppl's iudeoꝝ dicebaſ ꝛ adhuc dr̄ ſinagoga q̄ in
terꝑtaſ cōgregatio: qꝛ virga legis q̄ dura erat
ꝛ aſpera: ille ppl's velut grex irrationalium pe-
corum cōgregabaſ. Sed in catholicis adiuna-
tio dr̄ eccleſia. i. conuocatio vbi ꝯuenit qꝛ amo-
re ſpūſancti ad vnū fidē: ꝛ premiū futuri ſecu-
li vocaſ: ꝛ ꝑticipat corpus xp̄i. ¶ Domus dei
Domꝰ dei. dicit. vt de reli. do. li. vi. ca. domū tuā decet ſan
ctitudo. Sic autē dr̄ quaſi ſpāli mō ibi habitet
Taber-naculū. per ſacramēti continuā exiſtentiā: ꝑ exauditio-
nem per iuſtificationē: per defenſiōes a diaboli
inſidijs. Dicitur. n. tabernaculum quod eſt mi
litare habitaculum. Unde Hierony. tractans il
lud quod dn̄s ait per Malach. j. ſcilicet adhuc
habitare vos faciam in tabernaculis: ſicut in
diebus feſtiuitatis: ait. vt quod facit baptiſma
faciat ꝛ penitentia: ꝛ habitent in tabernaculis
ſaluatoris. i. in eccleſia. de peni. di. j. ne forſitā.
Sic exponit archidia. illud ps. xlj. Tranſibo in
locum tabernaculi admirabilis vſqꝫ ad domū
dei. i. ab eccleſia militante ad eccleſiam trium-
phanteꝫ. Quia igitur militia eſt vita hominis
ſuper terram. Joan. vij. ideo eccleſie vbi aduna
tur populus militans non habens hic ciuitatē
manentē dicit apte etiaꝫ tabernaculū. Omnia
autem iſta ꝯueniunt anime ſanctificate. naꝫ ba
ſilica eſt ſummi regis ab eo fundata ꝛ dotata.
Templum ampluꝫ continens deum imenſum
apta contemplationi. Eccleſia cōuocatio oium
viriuꝫ ad vnum finē. Domus dei ſuſcipiens ſa
cramentum ꝛ iuſtificationem. Et tabernaculuꝫ
preparata ad gentem bella tentatum. Et no. qꝫ
Sancti-ficatio anime. Pe. de thará. ſuper epiſtolas tractans illud. j.
Cori. iij. Templū dei ſanctū eſt quod eſtis vos.
ponit. x. que concurrunt ad ſanctificationē ani
me figurata per ea que fiunt in ſanctificatione
templi ſeu tabernaculi materialis. Primuꝫ eſt
eiectio oſtium infideliuꝫ: quod ſignificat remo
tio pertinacium errorum ꝛ vitiorūꝫ: ꝛ hoc per
confeſſionem. Hier. viij. Eijcient oſſa regum ꝛ
principum. Scd̄m eſt circuitus triplex extra et
intra eccleſia. Et hec eſt circūſpectio intus ꝛ ex-
tra circa cogitationes locutiōes ꝛ operatiōes.
Canti. iij. Surgam ꝛ circuibo ciuitatē. Tertiuꝫ
eſt trina oſtij percuſſio innuens inſtigationem
dei per inſpirationes oſtendendo ei ſuaꝫ boni-
tatem beneficioꝝ largitatem: premioꝝ imenſi-
tateꝫ. Apoc. iij. Ego ſto ad oſtium ꝛ pulſo. ſiqs
aperuerit mihi ianuā intrabo ad illū. Quartuꝫ
eſt trina aſperſio cum hyſopo de aqua exorciza
ta compoſita ex mixtura aque: vini: cineris et
ſalis inſinuans compunctionem ꝛ doloreꝫ tri-
plici reſpectu conſiderando. vbi fuit: quia in
peccato. ꝛ ex hoc vbi erit: quia in tremendo iu
dicio redditus rationem. Eccl's. vltimo. Cun-
cta que fiunt adducet dominus in iudiciū vbi
eſt: quia in ſtatu periculoſo. pſal. cxiiij. Pericu
la inferni inuenerunt me. vbi non eſt. ſcilicet in
paradiſo propter quem eſt creatus. Apoſtolus
ad Roma. vij. Jnfelix ego homo. ꝛ hec aſper-
ſio cum hyſopo paſſioneꝫ ſignificat chriſti. ps.
l. Aſperges me domine hyſopo ꝛ mundabor.
Quintum eſt incineratio in paulmētis ꝛ ſigni
ficat humiliationē ex mortis recordatione ꝛ vi
lis conditionis Eccl'i. x. Quid ſupbis terra ꝛ ci
nis. Sextum eſt deſcriptio alphabeti per cine-
res in paulmēto eccl'ie. ꝛ ſignat hūilitatē quaꝫ
debent in mēte hr̄e hi qui ſacrā doctrinā recte

intelligere cupiunt. Eccli.iij. Que tibi pcepit deus cogita ſemp zepherinus papa. Sicut ſtellas non extinguit nox: ita mente fideliũ iherẽtes ſacre ſcripture firmamẽto nõ obſcurat mũdana iniqtas. di.xxxviij. ſicut. Septimũ depinguntur cruces plures: ⁊ exprimũt tolerantiam paſſionũ. Mat.x. Qui nõ accipit crucẽ ſuã ⁊ ſequitur me non eſt me dignus. Octauũ inũctio crucũ chriſmate: qḋ ſignificat vel ſpũalem leticiam. Mat.vj. Unge caput tuũ. vel vnctionez miſericordie ⁊ cõpaſſionis erga pximũ. Eccl'es ix. Oleũ. ſ. miſericordie ñ deficiat de capite tuo. i. mẽte nõ deficiat. Nonũ luminaria accendunt. ⁊ h figurãt clara exẽpla bonoꝝ operũ cauendo etiaz a ſpecie mali. Lu.xij. Sint lucerne ardẽtes ĩ manibus veſtris. Decimũ ſancti alicuius intitulatio eccleſie: ⁊ hoc vite ſanctoꝝ ꝯſiderationez ⁊ imitationẽ ſignificat. j. Macha.ij. Memento te operũ patruz que fecerũt in generationibus ſuis. Undecimũ ẽ miſſe celebratio: ⁊ h̃ per ꝯtinuã dei laudẽ ⁊ gratiarum actionẽ. Apls. j. ad Theſſal.v. In omnibus gratias agite.

Violatur autẽ .§.iij.

iſtud tabernaculũ ſeu tẽplũ anime. ſm illḋ ps. lxxiij. Polluerũt tabernaculũ nois tui. Quod fit per pctã. pcipue per tria q̃ magis abundant ⁊ magis nocet. ⁊ hoc fuit in violatiõe illius tẽpli quod erat ĩ hieroſolymis. Ter eni fuit violatum. Primo per nabuchodonoſor qui illud incendit igni. vt patet in. iiij. Reg. vltimo. ⁊ ſignificat gulam ⁊ luxuriã. Secũdo p antiochũ ſuperbiſſimum. vt pz in. li. j. Machab. j. c. ⁊ ſignificat ſuperbiam ⁊ ambitionẽ. Tertio p romanos. de qua ps. lxxviij. Polluerunt templũ tuũ ⁊ ſignificat auaritiam: ſed recõciliatuz fuit illud tẽplum p ſacerdotes tpe iude machabei nunc autem violatũ ex cauſis de qbus. ſ. recõciliaſ p epm cũ aqua exorcizata. ſed tabernaculũ ſeu templũ aie violatũ p xpz recõciliaſ: ſed nõ niſi per aquã pnie. vbi ꝯcurrũt aque lachrymarũ ⁊ contritionis: ſal diſcretionis: vinũ feruoris ⁊ dilectiõis ⁊ cinis hũiliationis. ¶ Nota ergo q eccleſia cõſecrari nõ põt niſi ab epo. de conſe. di. j. c. nemo. nec põt eps hoc cõmittere alteri niſi epiſcopo. Et poteſt fieri conſecratio tam dominicis diebus q̃ priuatis. extra. e. c. tua. nec debet ſine miſſa conſecrari. de conſecratio. diſtin. prima. de fabrica in fine. Et ſi epiſcopus non petijt dotem competentem. quando primarium lapidem poſuit: debet in conſecratione ſupplere quia ad hoc tenetur fabricator ⁊ eius heres. j. q. ij. placuit. ⁊ extra. eodẽ. c. cum ſicut. hoc tamẽ non requiritur in eccleſijs ordinũ mendicantiũ. quia ſponta ẽ poſſeſſio eorũ qua quidẽ nõ contẽti innitentes poſſeſſioni bus carẽt neceſſarijs. Preſumiſ ecclia ꝯſecrata quãdo apparet de hoc aliqua ſcriptura vel inſtrumẽtũ donationis. vt in libro eccleſie. vel in colũna: vel in tabula marmorea ⁊ hmõi. vel ẽt ſi apparet vnus teſtis de viſu vel auditu. de cõſe. diſ. j. ſolẽnitates. primũ. ⁊ itelligas ſemiplenas probationes ſufficere. vbi nõ eſſet de hoc contentio p quã tolleretur iſta pbatio vt qꝛ fieret alteri inde preiudiciũ. ex. eo. c. pꝓpoſuiſti ⁊ extra de adult. c. ſignificaſti. Et nota q eccleſia altaria ⁊ alia huiuſmodi inanimata conſecrantur. vt dicit Tho. in. iij. pte. q lxxxiij. nõ qꝛ ſint grẽ ſuſceptiua: ſed qꝛ ex ꝯſecratione adipiſcuntur quandã ſpũalem virtutẽ p quã apta reddũtur diuino cultui. vt. ſ. hoies exinde deuotionẽ quandã pcipiẽt vt ſint paratiores ad diuina. Uñ ⁊. ij. Macha. iij. dr̃. Uere virtus quedã eſt in loco. Et quidam pbabiliter dicunt. q per ingreſſum eccleſie conſecrate homo conſequitur remiſſionem peccatoꝝ venialiuz: ſicut per aſperſionem aque benedicte: inducentes illud. ps. Benedixiſti domine terram tuam. ⁊c. Unde pꝓpter virtutẽ illã quã cõſequitur ex conſecratione non debet iterari conſecratio. de conſecrat. diſtin. j. eccleſijs. hec Tho.

De violati .§.iiij.

one eccleſiarum. Nota q in quatuor caſibus polluitur ita q indiget reconciliatiõe. Primo eſt pꝓpter homicidiũ vel al's enormez ſanguinis effuſionem ibi commiſſam. ex de cõſecra. eccle. c. pꝓpoſuiſti. ſecus de leui. vt ſi ſanguis caſu de naribus emittatur ⁊ ſi qs vngue aliquã tuluz excoriet ⁊ ſanguinẽ emittat: q ſi ex lapide cadente de edificio ecclie aliqs moriaſ: vel ex fatuitate furie qs ſe occidat. ſm Hug. ⁊ Hoſtien. non eſt neceſſaria reconciliatio. qꝛ nõ eſt per contentionem vel malã voluntatem facta. Item ſi vulnere extra eccliam accepto in eccleſiã fugiens moriaſ non violatur ecclia: qꝛ non accepit ibi cauſam mortis: ſecus ſi in eccleſia vulneref ⁊ extra moriatur quia tũc violaſ. Itẽ q̃uis quidã dicãt. q ſi occidatur martyr in eccleſia non indiget reconciliatione: qꝛ talis effuſio non polluit. ſed ꝯſecrat ꝯtrĩũ verius videſ. qꝛ ſceleratius eſt ſcm occidere q̃ prauũ. xxv. q. v. ſi non liceat. ⁊ q̃uis ex hoc nõ polluaſ ecclia ex ſanguinis effuſione: polluitur tamen ex effundentis praua actione. Secũdus caſus violationis eſt pꝓpter adulteriũ ⁊ qualemcunq̃ ſeminis emiſſionẽ voluntarie procuratã ſiue cũ alius ſiue per ſe ſolum. extra de adul. c. ſignificaſti. de ꝯſe. di. j. eccl'ijs. etiam per actum coniugalẽ. vt ſi vir cognoſcat vxorem in eccleſia. polluitur ſm Jo. an. Ex pollutione autẽ que accidit in ſomnis nõ polluiſ vel violaſ. Sed nota

q̄ qſi vitia hec in eccleſia cōmiſſa ſunt occulta vt dicit Guil. ⁊ Hoſti. in ſumma. nō indiget recōciliatione. Et idē tenet Jo. an. in. vj. eo. ti. licʒ Hoſti. in gl. magis ſuſtineat ꝯtrium. ¶ Terti⁹ caſus eſt ſi excōicatus ibi ſepultus. de ꝯſe. diſt. j. eccleſiā. ex̄ e. c. cōſuluiſti. Quartus caſus eſt ſi ecclia ab ep̄o publice excōicato cōſecrata fuerit. Nā vt dicit Hoſti. ſi corpus defuncti excōicati eccleſiam polluit multo magis cum conſecrationis officium peragitur per eorum os ⁊ manus qui excōmunicationi ſubiacent.

¶ De reconcilia .§.v.

tione eccleſie conſecrate violate propter aliqđ predictoꝝ. Nota q̄ ep̄s ꝓprius pōt talē eccleſiam recōciliare per ſe vel ꝑ aliū. pōt ⁊ vn⁹ ep̄s aquam benedicere ⁊ alius reconciliare ꝑ ſimplices vero ſacerdotes nō poteſt fieri hmōi recōciliatio etiā ſi ſit ꝯſuetudo. vt dicit Raynu. ⁊ al's ex̄. eo. ti. c. aqua. Et vt dicit Jnno. ex cōmiſſione pape poſſent ſimplices ſacerdotes hmōi recōciliatiōes facere: aqua tamē prius ꝑ ep̄m benedicta. Et q̄uis an̄ hmōi recōciliatione nō debeāt ibi diuina officia celebrari nec aliqs ſepeliri. tn̄ ſi quis ꝯtrariū faceret etiā ſciēter: nō propter hoc incurreret irregularitatem. extra de ſenten. excommuni. c. is q̄. li. vj. vn̄ opinio. Hoſti. in hoc non tenetur qui dixit talem irregularem. Sed Jnno. ⁊ alij cōtra eum.

¶ De reconcilia .§.vi.

tione aūt eccleſie nō cōſecrate violate ſic dicit Greg. ix. ex̄ eo. c. ſi. Si eccleſia non conſecrata fuerit ſemine aut ſanguinis effuſione polluta aqua protinus exorcizata lauet̄ ne diuine laudis organa ſuſpendant̄. eſt tamē q̄ꝫ citius fieri poterit cōſecranda. Hec ibi. vbi dicit glo. Credo q̄ per ſimplicem ſacerdotem poſſit lauari: q: ſi intellexiſſet papa q̄ ꝑ ep̄um lauaret̄. illud dixiſſet ſicut dixit in precedenti. c. cum ideʒ eidem ſcripſerit. Et q: dixit aqua exorcizata que ſit per ſacerdotem. ⁊ nō cū aqua: vino ⁊ cinere cū qua reconciliatur eccleſia cōſecrata. Jdem dicit Guiliel. ex hoc arguens quia papa dicit ꝓtinus. quod nō fieret ſi oporteret expectare epiſcopi mandatum quod dicit. quia dicūt quidā q̄ requiritur auctoritas epiſcopi ſuper hoc.

¶ De cimiterijs .§.vij.

Nota q̄ cimiteria eccleſiaꝝ benedicūt̄ etiam ⁊ gaudent imunitate ſicut eccleſie. ita violantur ⁊ reconciliant̄ ſicut eccleſie ſm̄ Ho. ⁊ Bernar. ⁊ anteq̄ꝫ recōcilient̄. nullus debet ibi ſepeliri. ¶ Sed nota q̄ cimiteriū cenſet̄ eſſe pollutum qn̄ eccleſia eſſet polluta ſi cimiteriū ſit cōtiguū ipſi eccleſie. ſecus ſi eſſet remotum ab eccleſia. Sed econtra polluto cimiterio nō ꝓpterea polluta eſt ecclia. ne minus dignū videatur ad ſe trahere maius dignū. ex̄ de ꝯſe. eccle. c. ſi eccleſiam. li. vj. ⁊ nō eſt vnū cimiteriū ſed plura qn̄ paries eſt i medio. lʒ ibi ſit porta. vn̄ vno violato nō eſt violatū alteꝝ vt in. d. c. ſi eccleſiā. Jteʒ ſi corpa fideliū ſepulta ſunt in cimiterijs ab excōicatis vel infidelib⁹ nō dn̄t ꝓpter hoc exhumari. ex̄ de ſacra. nō iterā. c. a nobis. Cimiteria aūt nō cōſecrata. in quibus corpora paganoꝝ vel hereticoꝝ vel excōicatoꝝ ſepulta ſunt non ſunt conſecranda niſi prius eiectis illis corporibus. de cōſe. di. j. c. eccliam. Sed ⁊ ſi conſecrata erāt ipa cimiteria: dn̄t eijci ipſa corpa ſi poſſint diſcerni ab alijs. ſ. fidelibus. al's nō. ex̄ de ſepul. c. ſacris. ⁊ reconciliari debent.

¶ De conſecra .§.viij.

tione vero ecclie. No. q̄ ſunt tres caſus in qb⁹ ecclia ꝯſecrata dʒ iterū ꝯſecrari. ¶ Prim⁹ eſt ſi ecclia cōbuſta fuit ita q̄ parietes ſint combuſti vel dirupti vel notabilr̄ decruſtati in toto vel ī maiori p̄te. de ꝯſe. di. j. c. eccliis. Secus ſi totū tectū ſolū cōbuſtū fuerit extra eo. Ligneis. Secūdus eſt ſi tota ecclia vel maior pars deſtructa vel dirupta eſt. ſecus ſi ſolū tectum deſtructum fuerit vel combuſtum. extra eo. Ligneis. ſi vero parietes ſucceſſiue fuerint reparati. eadem ecclia itelligit̄ ⁊ ideo ſufficit ſi tm̄ recōcilietur cū aqua exorcizata ⁊ cū ſolēnitate miſſe. ſecus ſi fuit tota deſtructa etiā ſi eiſdē lapidib⁹ reparata ꝯſecrāda eſt eni de ꝯſe. di. j. de fabrica. Tertius caſus eſt qn̄ dubitatur vtrū fuerit ꝯſecrata nec apparet aliq̄ probatio de his q̄ ſupra dicta ſunt. de ꝯſe. di. j. ſolemnitates. vide. ē. ꝓbationes que ad hoc ſufficiant.

¶ De conſecrati .§.ix.

one vel recōſecratōe altaris. Nota q̄ alia ē ꝯſecratio ecclie ⁊ altaris: ⁊ iō vna ſine alia fieri poteſt extra. eo. c. j. Pōt aūt ep̄s in eadeʒ ecclia ſiſ plura altaria ꝯſecrare. extra eo. vniuerſis. Quādo v̄o ſit recōſecrandum. Nota ſm̄ Hoſti. ſi mota. i. mutata rupta vel notabilr̄ deſtructa ſit tabula altaris ſuperior q̄ dicit̄ menſa. cū. ſ. tota ē ꝯſecrata ⁊ ꝑcipue in angulis in qbus ſolet fieri altaris ꝯſecratio: ſecus ſi eſſet modica fractura. extra eo. ligneis. Eſt ergo neceſſaria diffor mitas ad hoc vt oporteat iteꝝ conſecrari: quaʒ puto ad arbitriū ep̄i redigendam. Jdē Jnnoc. Jtem ſm̄ Ray. ſi motus fuerit aliquis de lapidibus principalibus ſtipitis menſam contigētis oportet iterum ꝯſecrari: nā illa coniunctione precipue intelligitur altaris conſecratio ex̄ eo. c. ad hec. Quod auteʒ dictū eſt de lapidib⁹ ꝯtingentibus menſam intelligit Guil. qn̄ men

ſa fundata eſt ſup̄ q̄ttuor colūnas ⁊ vna earum
mota eſt: ſecus ſm̄ gl. de lapidibus parietis vł
ipſo pariete cui compaginatū eſt ipm̄ altare in
quibuſdam eccleſijs: q: propter motionem illi⁹
parietis aut lapidis non conſecrabitur ipm̄ al
tare ſi maneat imotū. Itē ſi tota mēſa cum ſibi
adherentibus lapidibus trāſferaƒ dum tn̄ mē
ſa ſuperior nō ſeparetur ab eo cui cōpaginatur
nō eſt recōſecrandū. ſicut nec recōſecraƒ altare
portabile cū transfertur. Item ſi ſigillū lapidis
quo ſigillanƒ reliquie fractū ſit aut diminutū
eſt reconſecrandū. de cōſe. di. j. ſi motū. ex̄ eod.
ca. q̄d in dubijs. Et dicit Hoſti. ꝙ hoc ſigillum
q̄ñ ponitur ſuper tabulam altaris: ⁊ ipſa clau/
ditur paruo tamen lapide aliq̄n ex parte ante:
aliquādo ex parte poſt: aliq̄n ad dextrū lat⁹ al/
taris: ⁊ claudiƒ: paruo tamē lapide: ⁊ ſi ille par
uus lapis remoueatur erit recōſecrādū. Item
ſi altare tantū augmentetur ꝙ amittat formā
priorem recōſecrandū eſt q: forma rei eſt eē rei
ar. ex. q. ij. hoc ius. alś non. ¶ Altaria aūt ſine
reliquijs non ſunt conſecranda. de cōſe. diſt. j.
placuit. ¶ Item nota ꝙ ꝓhibetur celebrari ſu
per ſepulchra hominum: niſi martyrum vel aliſ
quorum ſanctorum. de ↄſe. di. j. Non oportet.
cum glo. eius.

¶ De veneratiōe eccleſiarū. Caplm̄. vij.

Ego autem in multi

tudine miſericordie tue introibo i do
mum tuā adorabo ad templū ſcm̄ tu
ū in timore tuo. Pſ. v. Dom⁹ dei ad
quā ꝓpheta dirigit ſermonē ſuū eſt eccleſia: de
qua quō accedēdū ⁊ manendū in ea ſit nos do
cet ſuo exemplo Salomon edificato tēplo dei i
dedicatione eius orauit inter cetera dicēs. Au
di dn̄e hymnū ⁊ orationē quā ſeru⁹ tuus orat
corā te hodie vt ſint oculi tui apti ⁊ aures tue i
tente ſuper domū iſtam. de qua dixiſti. erit no/
men meū ibi. iij. Reg. viij. Ubi tria nota.
¶ Quomodo ad ipſam accedendū. ibi. Ego aūt
in multitudine miſericordie tue.
¶ Quid ibi agēdū. ibi adorabo ad tē. ſcm̄ tuū
¶ Quanto reuerendū. ibi in timore tuo.

¶ Debet homo ac .§. i.

cedere ad eccleſiā q̄ eſt dom⁹ dei vt inde miſeri
cordiā ↄſequaƒ dei. Un̄ dicit. Ego aūt in mul
titudine miſericordie tue intro. in domū tuā.
ideſt vt ibi recipiā miſericordiā tuā multiplr.
ſm̄ illud pſ. Suſcepimus de⁹ miſericordiā tuā
in medio templi tui. Et ideo admonet ſalomō
Eccle. iiij. di. Cuſtodi pedem tuum ingrediēs
domum dei. i. affectum tuum: ne ſit ad mala di
rectus: ſed ad bona vt conſequaris miſericor/
diam non iuſtitie ſeueritatem. dicitur enim. ij.
Mach. iij. dixit heliodorus flagellatus a deo
cū fuit ingreſſus tēplū ad malefaciēdū ipſe qui
hꝫ in celis habitationē viſitator ⁊ adiutor loci
illius. ſ. templi ⁊ venientes ſcilicet ad malefaci
endum percutit ⁊ perdit. Sic ⁊ ſiſinius qui in
trauit eccleſiā vt curioſe videret myſteria xp̄ia
nor: orante ſctō clemēte percuſſus fuit cecitate
Hieronym. ad occeanum in epiſtola. ij. Timeo
ne quando per riſum intramus eccleſiam: ſic
de nobis rideat: de quo ſcriptum eſt. Qui ha/
bitat in celis irridebit eos. Sic ergo vt dicit Pſ. ij.
Grego. x. de imu. eccle. c. decet domū. li. vj. Sit
ad eccleſias humilis ⁊ deuotus ingreſſus: ſit
in eis quieta conuerſatio deo grata: inſpicien/
tibus placida: que conſiderantes non ſolum i
ſtruat ſed etiam reficiat conuenientes ibidē.
Et ſic faciendo dicere poteris vere. In multitu
dine miſericordie tue introibo ad domum tuā Pmo.
ſcilicet ſuſcipiendam. Ibi enim recipitur miſe
ricordia venie de peccatis per ſacramēta: indul
gentias ⁊ orationes. Unde ſalomon in dedica
tione templi ait. Si peccauerit tibi populus ⁊
egerit penitentiam in corde ſuo: ⁊ orauerit cō iij. Re/
tra viam templi: q̄d edificaui nomini tuo: tu gū. viij.
exaudies de celo orationes eorum: ⁊ ꝓpiciabe
ris populo tuo ⁊ omnib⁹ iniquitatibus eorū.
quibus preuaricati ſunt in te ⁊ dabis eis miſe
ricordiam. Ibi ſuſcipitur miſericordia ⁊ tutela
contra tentationes diaboli qui non ita pōt ve/ Scdo.
xare mentes hominum virtute conſecratiōis
Unde in officio conſecrationis ⁊ exorciſmis
aque que ibi ſemper habetur ſcilicet benedicte
dicitur ꝙ virtus inimici cōprimatur ⁊ inſidie
diaboli ⁊ hmōi. habetur etiam tutela quia ex i
munitate non poſſunt ibi capi rei. xxiij. q. v. di
citur. Reos ſanguinis defendat eccleſia. ſ. ſi cō Tertio.
fugerint ad eam. ſed de inmunitate eius ha/
bes plene. ō. c. iij. ibi vide. Etiam ſuſcipitur mi
ſericordia contra multas miſerias ⁊ ſpiritua/
les ⁊ temporales. Nam per lectiones ⁊ predi/
cationes que ibi fiunt illuminatur ignorantia
Unde dicit Eſa. ij. Uenite aſcēdam⁹ ad domū
dei iacob. ſ. tēplū: ⁊ docebit nos vias ſuas. A
multis ēt neceſſitatib⁹ qb⁹ ſubijciƒ humanum
genus: vt peſtis itē periculi aeris: penurie guer/
re ⁊ hmōi orationibus que fiunt cōmunius in
eccleſijs: homo ſubleuaƒ: q̄d orauit fieri Salo/
mon in dedicatione templi ſui. iij. Regū. viij.
Cum tn̄ templum ſeu dom⁹ xp̄i. ſ. eccleſia mul
to ſacratior ſit. Sed cum a multis intratur do
mū dei ad procandū ad confabulandū ⁊ mul
ta mala faciendū pōt dicere quilibet taliū. Ego
introibo in domū tuam in multitudine iuſtitie
tue. ſ. expectande: q̄ꝫuis etiam intret in multi/
tudine miſericordie dei ꝓ nunc inq̄ꝫtū nō puit:
vt mereƒ expectādo ad pniam. dom⁹ mea ait

ipſe domus oꝛonis vocabit: vos aūt feciſtis il//
lam ſpeluncā latronū. Lu. xix. Etiā ethnici cum
magna veneratiōe habebant tēpla ſuoꝝ deoꝝ.
Refert valerius maximus. li. j. c. j. exēplo. ix. ꝙ ſa
bius ducatu gaius magiſterio puati ſūt a ſena
tu: q; q̄ſtiones etiā paruas audiebant in tēplo.

¶ Quid agendū .§. ij.

ſit i templo. Scḋo nota cū dicit. adoꝛabo ad tē.
ſan. tuū deus eſt qui pncipaliter dꝫ adoꝛari. ſm
illud Deut. vj. Dominū deuꝫ tuū adoꝛabis cul
tu. ſ. interioꝛi ⁊ exterioꝛi. Adoꝛari ergo in tem
plo debet non negociari vel confabulari. Un
de dicitur in. c. decet domuꝫ dn̄i ſanctitudo. de
imu. eccle. li. vj. Nullus in eodē loco ſeditionē
excitet ⁊ clamoꝛē moueat: impetūve cōmittat.
Ceſſent i illis vniuerſitatū: ſocietatū quarūlibꝫ
cōſilia ꝯtiōes ⁊ publica parlamēta. Ceſſent va
na ⁊ multo foꝛtius feda ⁊ pꝛophana colloquia.
Ceſſent confabulatiōes quelibet. Sint poſtre/
mo quecūqꝫ alia que diuinuꝫ poſſunt turbare
officium: aut oculos diuine maieſtatis offende
re: ab ipſis. ſcilicet locis pꝛoꝛſus extranea. Ceſ/
ſent in eccleſijs earūqꝫ cimiterijs negociatiōes
⁊ pꝛecipue nundinarum ac foꝛi cuiuſcūqꝫ tu//
multus. hec ibi. In nullo xp̄us oſtendit tantaꝫ
ſeueritatem coꝛrigendi quantā in offenſione tē
pli eijciens cum flagello ementes ⁊ vendentes
in illo. Jo. ij. ſ. in poꝛticu templi: debꝫ ergo ado
rari in templo nō vagari vel negociari vel pꝛo
tari. Dicit aūt ioh. an. in nouel. poſt guil. ꝙ nō
eſt licitū ibi fieri congregationem doctoꝛum ⁊
ſcholariuꝫ ad magiſtrandū: nec etiam repꝛeſen
tationes pie: vt natiuitatis dn̄i ⁊ aſcenſiōis ſpi
ritusſancti annūciationis virginis ⁊ pſertiꝫ in
nr̄a ciuitate floꝛentia agitur: qḋ verum eſt ſi in
eis fiūt inhoneſta. Debet aūt adoꝛari mente p
deuotionem. Apocal. xiiij. iquit angelus. Ado
rate eum qui fecit celum ⁊ terraꝫ. Coꝛpe per ge
nuflectionem ⁊ pſtrationem ⁊ hmōi. Exo. iiij.
dicitur ꝙ pꝛoni adoꝛauerunt deum: eo ꝙ viſi/
taſſet eos ad liberandū. ſ. de ſuitute pharaōis
Subſtantie oblatiōe. Unde de magis dicitur.
Mat. ij. Et pcidentes adoꝛauerunt eū. ſ. xp̄ꝫ na
tum. ⁊ obtulerunt ei mūera aurum thus ⁊ myr
rhā. Et deus dꝫ adoꝛari latria. Apoca. vlti. Hic
deum adoꝛa ⁊ xp̄i hūanitas vnita verbo ⁊ crux
xp̄i nō vt lignum. ſed vt repꝛeſentatiua crucifi
xi. ps. Adoꝛate ſcabellum pedum eiꝰ: qm̄ ſctm̄
eſt. In hymno. Te adoꝛandam: te crucē viuifi//
cam: per te redempti: per te ſumus liberi ⁊c̄. Et
ſancti etiā debēt adoꝛari nō latria: ſed dulia. i.
nō eos honoꝛātes vt creatoꝛes vel datoꝛes gr̄a
rum ſed vt pticipantes dei bonitatē per gr̄am
vel gloꝛiaꝫ. ⁊ vt noſtros interceſſoꝛes: ⁊ ſic abra
am angelos adoꝛauit. Gen̄. xviij. Et coꝛnelius
centurio petrum. Actuū. x. Et eoꝛum reliquie
etiam ſunt venerande. Unde Augu. in li. de ci
uita. dei ait. Non ſunt contēnenda: ſꝫ plurimū
veneranda coꝛpoꝛa ſanctoꝝ: quibus dum ad/
huc viuerent ſpūſſanctus quaſi quibuſdaꝫ oꝛ/
ganis vſus eſt. Et ſimiliter imagines picte ſan
ctoꝛum inquātum eoꝛum repꝛeſentatiue. de cō
ſecra. di. iij. venerabiles. Beatiſſima aūt Ma
ria mater dei ad oꝛatione yperdulie debet ado
rari. i. excellentioꝛi veneratiōe ſuper alios ſan/
ctos. de ſingulis hoꝛū. ſ. de deuotione de ado/
ratione coꝛpoꝛali: de oblationibus: de imagi/
nibus ſanctoꝛū de reliquijs habes in. c. ſeq.

¶ Quanto reuerē/ .§. iij.

dum aut venerādum ſit dei tēplum materiale
tertio oſtendit cum dicitur in timoꝛe tuo. ſ. re/
uerentiali. debet enim locus eccleſie in magna
veneratiōe haberi multiplici rōne. ¶ Primo
pꝛopter dei pꝛecipue pꝛeſentiā. ps. Dn̄s in tem
plo ſancto ſuo. ſ. eſt. ⁊ hoc per effectum ibi faci/
ens: qui ſolus ipſe facit. ſ. iuſtificando peccato
res per diuerſos modos: vel etiam pꝛopter ſa/
cramētum altaris: in quo realiter exiſtit quod
quotidie ibi conſecratur pꝛo ſalute viuoꝝ ⁊ de
functoꝛum ⁊ ibi conſeruat quotidie cū magna
diligentia in tabernaculo. Conſideret qlibꝫ cū
quāta reuerētia ⁊ timoꝛe maneat coꝛā magno
domino tpali ⁊ quantū ſibi caueret: ne qd mi/
nimū ageret quod oculos eius offenderet. Sꝫ
hic eſt rex regum ⁊ dn̄s dn̄antiuꝫ qui videt in/
tima coꝛdis ⁊ quem nullū latet ſecretū. Et ideo
vt ait Cypꝛianus. cogitatio carnalis ⁊ ſeclaris
hominis aſcendat: nec tunc pꝛeter id ſolum qḋ
oꝛat animus cogitet: pꝛopterea ſacerdos dicit
in pꝛefatione. ſurſum coꝛda. de ꝯſecra. di. j. qn̄.
Minima aīalia bꝛuta oſtendunt modo ſuo ſe
magis reuereri ſacr̄m q̄ꝫ homines. Legit eniꝫ
de quodam ruſtico. ꝙ cū edoctus fuiſſet a quo
daꝫ mago vt ſi vellet ditari hoc ageret vt ſacra
mētum eucariſtie ſumptum in paſchate non
deglutiret ſed reſeruatum in oꝛe poneret illud
in vno aluearí apuꝫ. Et ſic cuncte vicinoꝝ apes
ad mellificandum ad eos aluos conuenirent.
Quo facto mirabile dictu apes ruſtici antedi/
cti cum apibus vicinoꝝ eccleſiunculā cuꝫ alta
ri ſanctiſſimo ſacro mirando artificio conſtru
xerunt. Extrahendi ita mellis adueniente tem
poꝛe venit ruſticus querēs mel in eis: ⁊ vacua
reperit vaſa: miranſqꝫ venit ad alueolū in quo
poſuerat dn̄icuꝫ ſacr̄m audit apes mirabilibꝰ
melodijs in aere circūuolātes. Cūqꝫ appꝛopin
quaret ad locū vbi erat dn̄icū ſacr̄ꝫ ſubito q̄dā
impetu vindicādi oēs ille apes irruerūt in eū
aculeis ſuis illū totis viribus affligētes ⁊ q̄ſi
dn̄i ſui iniuriā vendicātes. ſentienſqꝫ ruſticus
dei virtutem

Eccleſia dꝫ hri in reuerentia.

dei virtutem ſecedens cucurrit ad ſacerdotem ſuum: cōfitetur ſcelus ſuū ⁊ dei miraculū pate facit. Cōgregatur populus indicto ſacerdotis: cōcurrunt gentes vndiq; ad locū vbi erat dñi cum ſacramentū. Quibus appropinquātibus de alueolis eleuantur apes mirabilibus melodijs ⁊ concinētibus choris in aere iubilabant. Aſpicientes igit in alueolum vident cuncti ecclęſiunculā cum altari de cera ab apibus fabricatam ⁊ ſuper eo dñicum ſacrm. Extrahit ſacerdos cum debita reuerētia ſacrm: eccleſia cerea ⁊ illud pro ſummis reliquijs fuit reſeruatum. Cum magna igit reuerentia ⁊ timore debēt in eccleſia hoīes manere: vbi celebratur ⁊ reſeruatur continue dñicum ſacrm pro infirmis. vt de cōſe. diſt. ij. c. pbr. ¶ Scdo debet in eccleſia cū timore ⁊ reuerētia reſideri propter aſſiſtentiaz angeloꝝ. In conſpe. ange. pſal. tibi inquit. ꝑo. Unde ⁊ chorus dicitur locus vbi moratur clerici ad officium dicendū a choris angelorum. Et ſm antiquū ſtatutum eccleſie ibi nō debent laici reſidere cū clericis. vt de vi. ⁊ ho. cle. c. clerici. qḋ etiam de facto ſeruauit Ambroſius erga Theodoſiū imperatorē. quē inuentū in choro manere iuſſit ab loco illo recedere clericorū ⁊ inter laicos ſedere. Apłs etiam. j. Cor. xj. dic ꝙ mulier debet velare caput. ſ. in eccleſia ꝓpter angelos: qḋ exponitur in glo. q2 cum ſicut oēs alij habeat angelū ad ſui cuſtodiā deputatuz: ita ⁊ mulieres oñdant facto angelos ipſos nō velle offendere de vanitatibus ſui capitis. vt faciunt frequēter in eccleſia. Uel q2 ipſi angeli aſſiſtunt ſacro cum celebrat. Dicit eni Grego. de cōſe. di. ij. quis fideliū dubitare pōt in ipſa immolationis hora ad vocē ſacerdotis in ipo myſterio angeloꝝ choros adeſſe. Uel ꝓpter angelos. i. ſacerdotes qui in ſcriptura angeli dñr: qui earum ornatibus ⁊ fucis poſſunt ſcādalizari. ¶ Tertio dȝ eccleſia in timore reuerentiali haberi ꝓpter maiorum exempla. Et inchoddo a capite eccleſie dño Jeſu xpo qui exemplo ſuo docuit tēplum eſſe frequentandū ⁊ reuerēduz. Nam quadrageſimo die ſue natiuitatis in tēplo voluit preſentari ⁊ a Symeone ⁊ Anna vidua manifeſtari. Luce. ij. c. Et in. xij. āno etatis ſue eunte ad tēplum cū matre eius ⁊ Joſeph in tēplo ipſo in medio doctoꝝ voluit inueniri. cū predicare cepit intrans hieroſolymā ꝑmo templū viſit: orabat. ibi orabat: ibi ꝑdicabat: ibi miracula faciebat. vt oſtēderet hec ibi faciēda: ⁊ nō alia ꝓpter quod dicit Augu. in regula. in oratorio nemo aliquid agat: niſi illud ꝓpter quod factum eſt. vñ ⁊ nomen aſſumpſit. Iſtr ⁊ ſanctꝰ bñdictus in regula ſua precepit monachis: vt nullus poſt expletū officiuz in oratorio ſeu eccleſia remaneat niſi qui oratiōi vacare voluerit. ⁊ tēplum dicitur a ↄtemplando. ibi fiunt quotidie maxima miracula videlȝ iuſtificatio peccatorū per debitā ſuſceptionem ſacroꝝ. que vt dic Augu. maius eſt miraculū ꝙ̄ creare celū ⁊ terraȝ: ibi etiā predicatur. ⁊ vt dicit de ↄſe. diſt. j. ſacerdote verbū in eccleſia ſanciēte. i. ꝑdicāte quicūq; egreſſus fuerit de auditorio excōmunicet. Omnes aūt illi qui irreuerentiā vel iniuriam fecerūt eccleſijs male fortunati ſunt. vt patet de eliodoro. ij. Macha. iij. ⁊ de antiocho. ij. Machab. v. de Pompeio magno in tēplo qui poſtꝙ̄ i tēplo dei hieroſolymis fecit equos ſuos ſtabulare. vt dicit Oroſius. ſemꝑ poſtea fuit deuictus in ꝑlijs vbi ꝑus fuerat victorioſus. ¶ In templis etiā ſunt corpora ⁊ reliquie ſanctoruȝ que debent venerari. poſite ſunt etiā ibi freqñter indulgentie. vñ ⁊ plures imunitates a ſummis pontificibus et impatoribus eis collate ſunt: de quibus ſupra dictuȝ eſt de ſacrilegijs: que fiunt circa eccleſias ⁊ res eccleſiaſticas. habetur in ſcda parte titu. j. de ſacrilegijs. cap. lxij

¶ De reliquijs ⁊ imaginibus ſacris ⁊ canonizatione ſanctorum. Capłm. viij.

queſtiunculas notatas a quodam ſolẽni doctore circa acquiſitionem patronatus : ꝛ de dante fundum vbi conſtruitur eccleſia ꝛ edificate vel dotante dictum eſt ꝙ efficiuntur per hoc patroni quando cum conſenſu epiſcopi fiat. Sed qd de fabro ibi qui ponit operas ſuas ad edificandum gratis ꝛ ſine mercede alio dãte materiam eu pecunias pro expenſis materie. Reſpondet ſi conuenerunt vt ſimul eſſent ex hoc patroni ꝛ hoc cum auctoritate epiſcopi erunt patroni: al's non. Et idem quando vnus dat neceſſaria materie alius ſoluit edificanti. Sed quid ſi mulier fundat eccleſiam. Rñ.ſi hoc facit auctoritate dioceſani efficitur patrona:q2 eadeʒ ratio in muliere que ꝛ in viro:vnde ꝛ idem ius eſſe debet.vt de tráſlat.prela.c.ij. Sed quid de tutore ſi fundet vel dotet ecclíam. Rñ.ſi hoc noie pupilli facit vel de eius pecunia vel in fundo eius acquiritur pupillo non tutori : q2 oĩa acquiſita per tutorem ex rebus pupilli acquirũtur pupillo.de pecu.cle.c.ij. Quid de clerico eccleſiá edificante de pecunia propria in fundo ecclie. Rñ. puto ꝙ vtriq̃ȝ acquiritur.ſ.eccleſie ꝛ clerico:nõ enim potuit facere ꝯditionem eccleſie ſue deteriorem:vt de dona.c.ij. Et idem dicendum in fundante eccleſiam in fundo proprio:ſed de pecunia eccleſie.ꝙ.ſ.vtriq̃ȝ acquiritur quod etiaʒ Jo.an.ſentire videtur. Sed ſi de pecunia eccleſie emptus eſt fundus ꝛ facta ꝯtractio:licȝ non noie eius ipſi eccleſie tm̃ acquiretur patronatus arg.c.apoſtolicos.xij.q.ij. Sed quid cum ex pecunia militis cõſtruitur ecclia eo ignorante ab alio:cui acquiritur patronatus militi vel ꝯſtruenti:preſupponendo ꝙ non noie militis ſit cõſtructa. Rñ.vtriq̃ȝ non militi acquiritur:q2 non fuit conſenſus ep̃i ad militem.c.c.quoniá.nec forte expedit ecclie militem habere patronum: ſed nec ꝯſtructori:quia illuȝ voluit habere per fraudẽ. Sed fraus ꝛ dolus nemini debent patrocinari:vt de reſcript.c.ſedes.ſed remanebit ecclia libera. ¶ Sȝ quid de vſurario de cuius pecunia ſenebri ꝯſtructa eſt ecclia:nũquid acquirit ſibi iuſpatronatus vel his quibus extorſit vſuras. Rñ.dic ꝙ licet de talibus non ſit facienda eccleſia.vt extra de vſur.c.q2.nec elemoſyna eſt facienda.j.q.j.non eſt putáda.ſed reſtitui deberet. Tamen non propter hoc eccleſia illa eſt deuiolanda.vt.xiiij.q.vj.cõperimus. Conſiderãdum igitur ꝙ pecunie dñium tm̃ erat ipſius:immo ꝛ res empta ex ea.vt notatur per Moder. in.c.cuȝ tu.extra de vſur.ꝛ ideo iuſpatronatus ei acquiritur:ꝛ hoc puto ſi habet aliũde : vnde ſoluat his a quibus extorſit.al's eccleſia ſit libera:ad que faciunt notata.j.q.j.non eſt putáda. Et idem dicenduȝ de eccleſia edificata ex pecunia furis aut ex pecunia ſimoniaca:aut ex pecũnia acquiſita per meretricium vel per alium illicitum modũ. Jn iſto tamẽ vltimo caſu non tenet pecuniam illam ex neceſſitate reddere vel erogare pauperibus : vt in prioribus caſibus. Itẽ ſi equaliter plures tribuũt ad actum inducẽtem patronatũ:hoc non impedit inequaliter acquiſitionẽ illius iuris facit.de conſuc.c.ſi.li.vj. Nõ enim requirit ꝙ quilibet:det doteȝ ſufficiẽtem:ex quo ſunt plures:ſecus ſi eſſet vnus. Sed quid ſi vnus habuit licẽtiam a dioceſano alij non. Rñdeo:qui habuit licẽtiam ille habebit patronatum.alij nõ. Requiritur aũt licẽtia illius ep̃i in cuius dioceſi fundatur ſeu edificatur eccleſia:nõ aũt ſufficit licẽtia dioceſani edificãtis eo.ti.nobis.ꝛ de foro cõpeten.ca.ſane. Sed quid ſi ep̃s non vult dare licẽtiaȝ:q2 vult pecuniam vel alia de cauſa. Rñ.pape hoc referatur qui eum compellet eo.ti.nullus.vel licentiam dabit:niſi iuſta cauſa ſubſit quare denegetur. Sed nũquid in hoc poteſt haberi recurſus ad metropolitanum. Rñ.Tan.Uincẽ.ꝛ Goffr. videntur ſentire ꝙ ſic. Hoſtiẽ.tenet cõtrarium. Sed Jo.an.dicit.ſuper dicto.c.nullus.eo.titu. Põt dici ꝙ metropolitanus põt cõpellere ſuffraganeum:ꝛ ſic eſt vera prima opi. Sed licentiaȝ ipſam edificãdi dare non põt.ꝛ ſic vera eſt ſecunda.D.P.m.dicit ꝙ putat ꝙ ſi epiſcopus monitus fuit per archiep̃m licẽtiaȝ dare:ꝛ ipſe epiſcopus monitus dare recuſauerit vel neglexerit dare ſine iuſta cauſa:tunc archiep̃s licentiam dare poterit:quia expreſſum eſt in iure ꝙ negligentiá ſuffraganei ſupplet archieps.ix. q.iij.cum ſimus. Negligentia aũt eſt lapſo tpe debite monitionis:ꝛ nulla cauſa aſſignata.ergo ꝛc. ¶ Sed nunquid vacãte ſede caplm põt dare talẽ licẽtiam.ſ.edificandi eccliam. Rñ.credo ꝙ ſic q2 hoc eſt iuriſditionis nõ ordinis. Jn his aũt que ſunt iuriſditionis.caplm ſuccedit. vt de ma.ꝛ obe.c.olim. ¶ Sed quid ſi vnus facit edificare eccleſiam ꝛ ꝯſecrare.ꝛ alius poſtea dotet ipſam. Rñ.ſed dotãs hoc facit auctẽ ep̃i ſȝ Jo.an.efficit patronus cũ alio edificãte:quo

Juſpatronatꝰ acqri

ſi fauore eccle ſingl' vos pceſſiſſe. Et hoc puto marie qn a fundatore nō ſit dotari ipa ecclia iuxta notata. de ꝯſe. eccle. vl' altaris. c. cuȝ ſicut.

¶ De diſcordia .§. viij.

patronoꝝ in pñtatione. Hec materia ponit in ca. qm̄ de iurepa. quā ſic ſūmat Jo. an. in nouel. Si p̄roni diſcordant ille pficiet qui pluriuȝ patronoꝝ voces habebit. Qđ ſi hoc ſine ſcandalo eſſe non poterit vel patroni infra tempus debitum non pñtant: ep̄s ordinabit eccleſiā. vbi primo dicit Jo. an. Dic intrepide ſm Uin. Ber. ⁊ Cōpoſt. ꝙ ſi ſit electio vel pñtatio facta a maiori parte patronoꝝ etiam reſpectu alioꝝ: lȝ non ſit facta a maiori parte oīum bene valet nec obſtat. c. eccleſia. de elec. qꝛ loquit de electiōe que fit ab aliquib' vt a collegio. Et per hoc pȝ ꝙ ſi ſunt duo p̄roni vnus poteſt alterū pñtare quod non eſt de duobus eligentibus qꝛ vnus nō poteſt alterum eligere. Jo. aūt in glo. ſup. c. ſi plures. xvj. q. vij. diſtiguit de diſcordia p̄ronoruȝ: quia vȝ aut diſcordia eſt inter patronuȝ ⁊ ep̄m: aut inter ipſos patronos. Et ſi inter ep̄m ⁊ patronum: tunc ep̄s ponet interim iconomum in eccleſia quouſqȝ ſit terminatum negociū. vt de offi. or. c. cū vos. Si aūt eſt diſcordia inter p̄ronos. aut hec eſt ſup electione facta ab eis aut de iurepatronatus ſi eſt de electione. tunc ille inſtituatur qui maioribus meritis adiuuat: ſi ſine ſcandalo fieri pōt. vt in iſto. c. qm̄. in quibuſdaȝ ſed ſi pares ſunt gratiā facere pōt ep̄s cui vult. vt extra eo. cum aūt. Si aūt diſcordia ſit de iurepatronat' expectabit ep̄s per ſex meſes a tpe vacatiōis eccleſie vſqȝ ad q̄ttuor a tempe mote controuerſie. vt de iurepa. c. cum pper. Et ſi nō ꝯcordauerint infra dictū tp̄s poſtea ep̄s inſtituet in eccleſia aliquē: ⁊ ille pñtabit poſtea ab eo q euincet patronatū ſi hoc fieri pōt ſine ſcandalo. Si autem non fieri poſſit ſine ſcādalo patronoruȝ: tunc ep̄us claudet eccleſiā: vt non exerceant ibi diuina. hec io. vt dicit de iurepa. c. i. ⁊ ij. Sed Jo. an in nouel. ſuper di. c. qm̄. ait. Aſſertiue teneas poſt factam pñtationē: lȝ diſcordent hec iura locū non habere que ſolū loquūtur qn̄ de iure patronatus emerſerit queſtio nō qn̄ inter pñtatos eſt queſtio quis .ſ. iter plures preſentatos debeat inſtitui. Et dicit Jnno. ꝙ ſi de iurepatronatus eſt queſtio expectant ſex mēſes. Sed ſi eſt diſcordia de perſona pñtata expectantur q̄ttuor menſes. vt de cōceſ. prebē. c. ij. Dicit etiaȝ Hoſtien. ꝙ in hoc caſu ſcȝ cum queſtio vertit de iurepatronatus: nō inuenimus expreſſuȝ ꝙ ſuperior debeat puidere. Unde q̄ttūcunqȝ ptelet diffinitio nō deuoluet: ex quo non eſt ius exp̄ſſuȝ: qui etiā ponit exēplū de ſcandalo qđ debet caueri. puta qꝛ vtraqȝ ps eſt potēs. Et dicit ꝙ ſi alius ꝯſtituitur gladius ſuus vltor erit: nec pōt refrenari. Dicit etiaȝ Jnno. hoc locum habere non ſolū in eccleſia vacante: ſed et non vacante cū pp̄ter patronū diſcordias ſacerdos inſtitutus ſtare ibi nō pōt. Unde ep̄s ſi aliter puidere nō pōt: faciat qđ dictū eſt de ceſſatione diuinoꝝ. Dicit aūt Hoſti. ꝙ ep̄us ſi brachium ſeculare pōt habere ſcȝ ad hmōi impēdienda ad ipm pōt recurrere. extra de homi. c. poſtulaſti. Si aūt caret ep̄s brachio ſeculari: non habet vltra qđ faciat: niſi cū patientia expectare vel ad papā recurrere: qui omnibus oppreſſis debet ex officio ſubuenire. ij. q. vj. ad romanum. vltra ſibi nō reſtat remediū: niſi ad deum ex. de iudi. c. cum nō ab hoīe. Et dicunt Jnnoc. ⁊ Hoſt. ꝙ in hmōi electiōibus q̄uis tantā vocem habeat vnus ex patronis quantā alius. dixit tamē attendenda merita perſonarum: ſicut in electionibus eccleſiaſticis: vt de elec. duduȝ: in teſtibus: vt de teſti. c. in nr̄a. Et licet i iurepatronatus ſuccedāt heredes. Dicit Jnno. ꝙ magis conſonat equitati dicere q̄ȝ ſucceſſio in patronatu magis fiet per ſtirpes q̄ȝ per capita: cū hoc eſſe debeat in linea deſcendentium. inſtit. de here. que ab inteſt. deferuntur. §. ⁊ quia. ita ꝙ ſi plures vni ex patronis ſuccedant puta quatuor: alteri ex patronis ſuccedant pauciores. puta duo: non plus vocis habebunt illi quatuor q̄ȝ illi duo. quilibet enim illorum quatuor habebit quartā partem vocis vnius: ⁊ illoꝝ duorum qlibet habebit duas partes vnius vocis. Et hanc equitatem dixit ſubtilitati cōtrarie preponendam: ⁊ de hoc in cle. plures. de iurepat. Et per hanc cle. declaratur iſta materia ⁊ q̄dam alia que erant in varia ⁊ contraria opinione. iō tex. eius hic imediate pono. Plures ab vno ex patronis eccleſie relicti heredes: vocem dūtaxat vnius habebunt in preſentatione rectoris. Et vt facilius puideatur eccleſijs non inconueniens reputamus p̄ronos ipſos inter ſe poſſe libere conuenire. de rectoribus ab eis alternis vicibus preſentando. in qbus etiā ex eadeȝ cauſa permittimus vt plures ad vacantē eccleſiam poſſint eo modo pñtare perſonas ꝙ vna ex eis eligi per epiſcopum valeat ⁊ admitti cle. v. de iurepa. in cle. Dicit Jo. an. hic in apparatu ꝙ iſta cle. reprobatur. opinio Ala. Hug. Lau. Jo. an. an. Uin. Ber. ⁊ Goffre. qui etiam mihi placebat dicentium. xvj. queſtione. vij. ſi plures: et de iurepa. cap. j. ꝙ iurepa. ſucceſſio erat per capita: ⁊ approbatur opinio Jnnocen. ⁊ Hoſtiē. dicentium. ꝙ ſucceſſio in patronatu fit per ſtirpes non per capita: vt dictum eſt in precedenti. §. Et hoc ſiue patroni ſint aliq ex diuerſis cauſis. puta vnus quia fundauit. alius quia dotauit: ſiue ſint ex eadem cauſa: qꝛ fundauerunt ſi

mul vel etiã dotauerit. Cõſulis archidi.xvi.q.õ.
vij. aliter dicat qđ tñ Jo.an.nõ reprobat. Et ad
dit. mihi placebat i hac cle. opinio. reprobata.
q̃ ẽ ſi in parte hẽt ꝯtriã equitatem tamen expe
diẽs mihi videbaſ eccliis. vt ſicut pſonis p ca
pita debeaſ. ſue pſeſſiõis alimẽtoꝝ: ſue deſen
ſionis. ita ẽ per capita debeaſ ſue pñtationis.
vt.ſ. quot ſunt capita patronorum. tot ſint ſuf/
fragia vocũ ẽ nõ plura. ad hoc facit eo.ti.c.iij.
nõ plura dixi. vt.ſ. ſi patron⁹ ſit heres cõpatro/
ni ſolam vnã vocẽ habeat. cuius cõtrariũ inu/
it hec lr̃a. cle. Ex iſta approbata hic opinione ti
meo ꝙ naſcenſ inextricabiles qõnes. Et ponit
diffuſe p exempla intricationem queſtionũ. gl.
ſuper verbo plures ad minus duo cõprehẽdit
Et dicit plures etiaꝫ ſingulares ab vno. glo. er
go. Secus ſi plures a pluribus: vel vnus a plu
ribus. vt dixit relicti. glo. Idem tñ puto. ſi iter
viuos trãſferat vendendo pluribus vniuerſita
tem. vel pmutãdo cũ pluribus: vel pluribꝰ do
nando. heredes. gl. ſui vel extranei cũ hic non
diſtinguat rectoris glo. etiam clerici cũ eadem
ſit rõ. ẽ vt facilꝰ ẽc̃. Circa hoc erat triplex opi/
nio. Prima ꝙ hoc poſſet fieri. Secunda ꝙ nõ
poſſet fieri. Tertia ꝙ fieri poſſet. ſed nõ niſi cuꝫ
auc̃te epi. Reprobaſ ergo hic ſecunda ẽ tertia
opinio. q̃ fuit Inno. ẽ approbaſ p̃ma: que fuit
Ber. ẽ Goſ. Libere glo i. ſine ſuperioris auc̃te
ẽ ſic reprobaſ opi. Inno. quã notauit in ca. qm̃
eo.ti. Itẽ dicit libere ẽ ſi nõ vacat ecclia. ß pro
bat plurale alternis vicibꝰ. Certũ ẽ eni ꝙ vna
vice nõ ꝯcurret duplex vacatio. Nõ ob.ꝯ ꝯceſ.
pbẽ.c.ſi. qꝛ illud fiebat in fraudem. Uacature.
Hoc aũt ſit ad tollendam diſcordiam ẽ facilio
rem puiſionẽ ecclie. Et eadem rõne videſ pa/
tronos plurium eccleſiarũ poſſe inter ſe diuide
re. vt vnꝰ ſit pſonus in vna: ẽ alius in alia. Itẽ
cũ patronatus vnius eccl̃ie cõmutetur i patro
natuꝫ alterius eccleſie: q̃re patronatꝰ vnius ec
cleſie cũ pte quã ẽc̃. In cle. etiaꝫ que incipit. vt
cõſtitutis. de iurepatronatꝰ. Et ſic ſtatuiſ de pa
tronis eccleſiaſticis. vt ꝯſtitutio q̃ ad eccleſiaꝫ
aliquã. ꝯſuſe etiã ad exẽptorum pñtationẽ pti
neat: admitti ꝯſuetudini nõ obſtante ꝯtria phi/
bet. niſi preſentato de pụẽtibus eiuſdem talis
coram dioceſano fuerit portio aſſignata. vnde
iura epalia poſſit ſoluere: ẽ ſuſtẽtationeꝫ habe
re ꝯgruã: ſicut expedit: obſeruaſ ipam declara
re: ac etiam quedam adijcere. ꝯſulta huius ſa/
cri ꝯcilij approbatione puidimus dioceſanis
ſub obteſtatione diuini iudicij diſtrictius inhi
bentes: ne pñtatũ aliquem per quãcũq; pſonã
eccliaſticam ſue pñtandi ad aliquam eccleſiaꝫ
habente admittant: niſi intra certũ terminum
competentem p dioceſanos ipſos pñtantibus
pfigendum ipſo preſentato fuerit coram eis.
vt preſcribitur cõgrua de prouẽtibus eccleſie
portio aſſignata: quã ſi forſitan idẽ pñtatus in
tra terminum ipm aſſignare neglexerint: ne fa
ctum eoꝝ noceat pñtato ſtatuimus vt ex tunc
dioceſani debeant pñtatum niſi aliud canoni/
cum obſiſtat admittere ẽ in penam preſentan
tium ad dioceſanos: ptãs aſſignationis huiꝰ
deuoluaſ. Precipimus aũt dioceſanis ſub ip
ſius obteſtatione diuini iudicij ipſorũq; ꝯſcie/
tias oneramꝰ. ꝙ moderationẽ portõis ipſiꝰ de
bite faciãt: nec odio vel fauore vel alr̃s in plura
li vel minori illã ſciẽter excedãt. ẽc̃. Hec ibi. De
ſymonia i pſonatu. hẽs. i. ij. pte. ti. j. c. iiij. ẽ. v.

Titulus. xiij. De cleri/ cis ẽ diuinis officijs. ¶ De exercitio clericoꝝ. Capl̃m. j.

SI dormiatis inter
medios cleros penne colũbe deargẽ
tate ẽ poſteriora dorſi eius in pallo/
re auri. ps. lxvij. Quãuis iſtud expo
natur in gloſa cõtinue de oibꝰ vere fidelibus:
tamen alludendo illi termino cleros. vnde cle
rici denominanſ adaptabiſ ad materiã de cle/
ricis. ſed quia locutio eſt obſcura ẽ multiplici
ter exponitur in dicta gloſa breuiter prout de
omnibus electis itelligiſ exponemus. ¶ Pri
mo ergo ſciendũ ꝙ colũba hic ſignificat eccle
ſiam ſm gl. de qua dicit in Canti. vna eſt colũ/
ba mea ẽc̃. Canti. vj. c. Hec eſt deargentata qꝛ
diuinis eloquijs erudita. ſm illud. Ps. xj. Elo
quia domini eloquia caſta argentũ igne exami
natum. qꝛ ſonoꝝ in predicatiõe purgatũ ab o
errore. Poſteriora huiꝰ columbe ſunt fideles.
qui erũt in fine mũdi vel in vltima reſurrectio
ne. Poſteriora enim dorſi ſunt extremitates ip
ſius animalis. Hi autẽ vltimi erunt in pallore
auri. i. in auro bene fulgenti ẽ claro. ſ. perfecte
charitatis que ſignificatur per aurum precio/
ſius cunctis metallis: ſicut charitas eminet cũ
ctis virtutibus. De quo auro charitatis dicit
Apoc. iij. Suadeo tibi emere aurum ignituꝫ.
vt locuples fias. Pẽne huius colũbe ſunt ꝯtẽ/
plationes ẽ affectiones quibꝰ eccleſia ſe ſuble/
uat ad celeſtia. Has affectabat ps. dicens. Quis
dabit mihi pẽnas ſicut columbe ẽ volabo ẽ re
quieſcam: ẽ ad quem locum. niſi vbi vocat eaꝫ
ſponſus dicens columba mea in foraminibus
petre. Canti. ij. c. Petra autem erat xp̃us. j. ad
Coꝝ. x. ca. ẽ de ꝯſec. di. ij. c. reuera. Clerici ſm
gl. dicuntur duo teſtamenta vetus ẽ nouum.
Cleros enim grece: latine ſors. Sortes autem
dicuntur in veteri teſtamenti partes heredita/
tis terra promiſſionis: que ſorte date ſunt po/
pulo domino diſpenſante. vt habeſ Ioſue per

totum. Unde etiam ⁊ ipſa teſtamenta ſortes ſignificant: per que ſeruata hereditas terre viuentiuʒ promiſſa eſt ⁊ daſ. Dormiũt inter medios cleros. i. i medio clericoꝝ. ſ. teſtõꝝ fideles qui rege ſcũt in auctẽ ſcripturaꝝ duoꝝ teſtamẽtoꝝ acquieſcẽdo ⁊ aſſentiẽdo veritati eoꝝ ⁊ ſʒ eas doctrinas viuũt vel requieſcunt in medio cleroꝝ qui terrena non nimis ardenter appetũt ⁊ amant que terrena promittebat vetus teſtamẽtũ: ⁊ dormiũt. qui. ſ. vſqꝫ ad mortẽ que dormitio dicit pſeuerant in ꝯtemptu terrenoꝝ amore celeſtiũ. Eſt ergo ſenſus. O fideles ſi dormiatis inter medios cleros. i. qeſcatis inter duo teſtamẽta modo expoſito: vos eritis vel vobis erũt penne columbe. i. virtutes ſeu ꝯtẽplatiões quas hʒ columba. i. eccleſia erudita ſacris eloquijs: cuius finis ⁊ vltimi erũt in pfecta charitate vt ipſis pennis. i. virtutibus ⁊ ꝯtẽplationibus poſſitis volare ad celũ. vbi eſt pfectiſſima charitas. Sed adaptãdo ſpãliter ad ſtatuʒ clericoꝝ rõne noĩs cleros. Notandum ꝙ clerici denominanſ a cleros grece qḋ dicit latine ſors vł hereditas: ex eo ꝙ pmus clericus inſtitutꝰ ab apoſtolis. j. Mathias ſorte electus eſt ad apoſtolatũ: vt pʒ Act. j. c. Quã rõnẽ tangit Gratia. diſtin. xxj. §. j. Uel ſm Hiero. dicũſ clerici a cleros. i. ſorte domini. eo ꝙ ſunt de ſorte vel dñs eſt ſors. i. pars eoꝝ. Uñ ipſe ait. xij. q. j. c. clericꝰ Clericus qui xpi ſeruit eccleſie. pmũ interpꝛtaſ vocabulũ ſuũ: ⁊ nominis interpꝛetatiõe ꝓlata nitaſ eſſe qḋ dicit. Si. n. cleros grece latine ſors interpꝛetaſ ꝓpterea clerici dicũtur: q: de ſorte domini ſunt. vel quia dñs ipſe ſors. i. pars clericoꝝ eſt. vel q: ipſe pars dñi eſt: qui ſi partẽ dñi hʒ: talẽ ſe debet exhibere. vt ipſe poſſideat dñm: vel ipſe poſſideaſ a dño. Qui dñm poſſidet. ⁊ cũ ꝓpheta dicit. Pars mea dñs. Et hieronymꝰ ad euſtochiũ. Nihil extra dñm habere poteſt: qḋ ſi quiſpiam aliud habuit pter dñm pars eius non erit dominꝰ. Uerbi grã. Si auꝝ ſi argentũ ſi variã ſupellectilẽ cum his ptibus dñs non dignaſ fieri pars eius. hec Hiero. ad Nepotianũ. ⁊ intelligiſ cum in his rebus ponit finẽ ſuũ vel nimis ſollicitaſ: ita ꝙ offiñ ſuũ negligat. Predicta igitur verba ꝓphete. Si dormiatis ⁊c̃. adaptando ad ſtatum clericalẽ. Ibi poſſunt notari tria.

¶ Primo ꝙ debent a ſecularibꝰ negocijs abſtinere. ibi. ſi dormiatis.

¶ Secũdo debẽt in ſacris eloquijs ⁊ virtutibus ſe exercere. ibi. inter medios cleros.

¶ Tertio debent in diuinis officijs ⁊ orationibus ſe exhibere. ibi. penne columbe.

¶ Quantuʒ ad primum .§. i.

debent clerici a ſecularibꝰ negocijs ſe abſtinere ⁊ hoc eſt dormire. i. qeſcere. Et in ſignũ huius oꝛdinatio clericoꝝ fit in ſabbato: qḋ interpꝛetaſ quies: q: quieſcere debẽt. i. ceſſare a ſecularibus negocijs. Uñ apl's. ij. ad Timo. ij. c. ait. Nemo militãs deo implicat ſe negocijs ſecularibus. Status clericalis eſt q̃daʒ militia ſpũalis. Que aũt ſint negocia ſecularia a qbꝰ clerici habẽt abſtinere. declaraſ in. c. multa. ex ne cle. vel mo. vbi ſic dr̃ ex ꝯſilio Moguntiñ. Multa ſunt negocia ſecularia de qbus pauca ꝯſtringamꝰ: ad q̃ ptinet oĩs carnalis ꝯcupiſcẽtia qcq̃d plus iuſto appetit hõ turpe lucꝝ eſt: munera enim iniuſte accipe vel etiã dare ꝓ aliquo ſeculari q̃ſtu: ꝓcio aliquem ꝯducere: ꝯtentiones vel lites vel rixas amare: i placitis ſecularibus diſputare excepta defenſione oꝛphanorũ aut viduaꝝ ꝯductores aut ꝓcuratores eſſe ſeculariũ reꝝ: turpis verbi vel facti eẽ ioculatorẽ: vel iocũ ſecularẽ diligere al's amare: oꝛnatũ incõuenientẽ ꝓpoſito ſuo q̃rere: in delicijs viuere velle gulã ⁊ ebꝛietatẽ ſeq: pondera iniuſta vel menſuras hẽ: negociũ iniuſtũ exercere nec tñ negociũ iuſtum eſt ꝯtradicendũ ꝓpter neceſſitates diuerſas. Quia legimꝰ ſctõs apoſtolos fuiſſe negociatos. Et in regula bti Benedicti precipitur ꝓuideri: ꝑ quoꝝ manus negocia monaſterij ꝓcurenſ. Canes vel aues ſeq ad venandũ. Et oĩbus quibuſlibet cauſis ſuperfluis intereſſe. Ecce talia ⁊ ſimilia miniſtris altaris dñi: necnon ⁊ monachis oĩno interdicimus. Hec ibi ⁊ infra in ſe. c. magis declaratur a quibus clerici debent abſtinere que ſunt eis interdicta ibidem.

¶ Quantuʒ ad ſecundum .§. ij.

ſcʒ debent ſacris eloquijs ⁊ virtuoſis actibus inherere. Unde di. xxxviij. oẽs pſallentes. Oẽs pſallentes deo repꝛomittimus. In iuſtificationibus tuis meditaboꝛ: non obliuiſcar ſermones tuos: qui ſunt eloquia dñi. Qḋ ⁊ ſi cunctis fidelibus obſeruare ſaluberrimuʒ ſit ꝓcipue tñ his qui eccleſiaſticam conſecuti ſũt dignitatem. hec ibi notanter cũ dicit in auctoritate. Inter medios cleros. i. in medio duoꝛum teſtamentoꝝ. ſ. veteris ⁊ noui. vt expoſitum eſt ſ. ⁊ qḋ ibi legunt diligenter ad implere. q: vt ait apl's ad Rom. ij. c. Non auditores legis. ſʒ factores apud deũ iuſtificabunſ. Et Joh. xiij. dixit xp̃s diſcipulis ſuis. Scitis hec. Beati eritis ſi feceritis ea. Quibus aũt virtutibus clerici debent eſſe decorati oſtẽdit apl's. j. ad Timo. iij. dicens. Opʒ ep̃m eſſe irrepꝛehẽſibileʒ ⁊c̃. que regula cõtinet. xiij. capl'a ſeu conditiones virtutum que obſeruari debent ab omnibꝰ clericis. Expoſitionẽ autem dicte regule plene habes infra eo. ti. c. iij. ibi vide.

¶ Quantū ad ter- .§.iij.

tium.ſ.ꝙ debent inſiſtere diuinis officijs:⁊ de
uotionibus notat̃ p̄ hoc qḋ dicit̃ penne colum
be ⁊c̄.ſ.eritis vos.ſ.clerici.ſi dormiatis.i.ceſſe
tis ab actibus ſecularibus:inter medios cl'os.
idest in medio teſtamentorum vos ponentes p̄
ſtudiū ⁊ obſeruationē eoꝝ:ſic eritis ſeu vob̄
erūt pēne columbe ⁊c̄.per orones vꝫ ⁊ officia di
uina quibus ipſa columba.i.eccleſia per vos
ſubleuatur ad celeſtia. Et de oratione dictum ē
ȝ.ti.xij.⁊ etiam dicetur in quarta parte.⁊ de ea
habes etiam in prima ⁊ ſecunda parte in pluri
bus locis. Sed quomodo debent clerici dicere
horas canonicas ⁊ diuina officia:⁊ qui ad ipſa
ex precepto teneantur.habes.i.co.ti.c.iiij.

¶ De conuerſatione clericoꝝ ⁊ a q̄bus exerci-
tijs clerici debent abſtinere. Capſm.ij.

Quibus autē ſe de

Cõuer-ſatio p̄ſbyteri. A bent clerici abſtinere. Nota ꝙ p̄mo
uendus ad clerum debet eſſe bōe cō
ſciētie quoad ſe ⁊ bone fame quoad
alios que reſultat ex modeſta conuerſatione ⁊
debet ſe exhibere exemplum virtutis. vn̄ Hie-
rony. qualis edificatio diſcipuli ſi intelligat ſe
eſſe magiſtro maiorem. Unde non ſolum epi-
ſcopi preſbyteri ⁊ diacones debent magnope
re prouidere:vt cunctum populū cui preſidēt
conuerſatione ⁊ ſermone precant. verumetiā
īferior gradus exorciſte:lectores acholyti:edi
tui:ceroferarij:⁊ omnes omnino qui domui
dei deſeruiunt:quia vehementer eccleſiā xp̄i
deſtruit laicos meliores eſſe ꝙ̄ clericos.viij.q.
j. Malus autem ſacerdos.inquit Chry.de ſa-
cerdotio ſuo crimen acquirit non dignitatem.
diſtin.xl.multi.vt ait Augu. Nemo in eccleſia
amplius nocet ꝙ̄ qui peruerſe agens. nomen
vel ordinem ſanctitatis vel ſacerdotis habet.
Delinquentem autem hunc redarguere null'
preſumit:⁊ in exemplum culpa vehementer ex
tenditur quando pro reuerentia ordinis pecca
tor honoratur. diſtin.lxxxiij.nemo. Qualis au
tem conuerſationis debeat eſſe. oſtendit Iſido
rus.de vita clericorum ſic dicēs. His lege pa-
trum cauetur:vt a vulgari vita ſeclusi a mūdi
voluptatibus ſe abſtineant:nō ſpectaculis:nō
pompis interſint.conuiuia publica fugiāt:pri
uata non tm̄ pudica. ſed ſobria colant:vſuris
nequaꝙ̄ incumbant:neq; turpium occupatio
nibus lucrorum:non fraudibus cuiuſꝙ̄ ſtudi-
um appetant:amorem pecunie quaſi materiā
cunctorum vitiorum fugiant:ſecularia officia
negociaq; abijciant:honoris gradu per ambi
tionem non ſuſcipiant.pro beneficijs medici-
ne dei munera non accipiant:dolos ⁊ conjura
tiones caueant odium emulationes obtrecta-
tiones atq; inuidiam fugiant:non vagi ocu-
lis.non effrenes lingua:aut petulanti tumido-
q; geſtu non incedant. ſed pudorem atq; vere
cundiā mentis ſimplici habitu inceſſuq; oſtē
dant obſcenitatem quoq; membrorum ⁊ ver-
borum ſicut ⁊ operum penitus execrentur:vi-
duarum ⁊ virginum frequentationem fugiāt
contubernia quoq; extranearū feminarū nul
latenus appetant:caſtimoniam inuiolati cor-
poris perpetuo conſeruare ſtudeant:ſeniorib'
quoq; debitam prebeant obedientiam:nec vl
lo iactantie ſtudio ſeipſos attollant. Poſtremo
doctrine lectionibus pſalmis ⁊ hymnis canti-
cis exercitio iugiter incumbant. Tales enī de
bent eſſe qui diuinis cultibus ſeſe mancipan-
dos ſtudent.ſ.vt dum ſcientie operā dant:do
ctrine gratiam populis adminiſtrent.⁊ hec di
ſtin.xxiij.c.his igitur. Item clemens.melius
eſt .n. dn̄i ſacerdotē paucos hr̄e miniſtros qui
poſſint digne op' dn̄i exercē:ꝙ̄ m'tos inutiles
q'on' graue īducāt ordiatori.xxiij.di.c.tales.

¶ De operibus .§.i.

clericorum. Nota quedam eis p̄hibita.vt ne-
gocia ſecularia.ij.Thi.ij. Nemo militans deo
implicat ſe negocijs ſecularibus. Et primo quī
dam negociatio eſt eis prohibita. Unde aug.
diſtin.lxxxviij.fornicari. Fornicari nunꝙ̄ licet
negociari aliquando licet:anteꝙ̄ clericus fias
licet:poſtꝙ̄ factus fueris non licet. Prohibita
eſt enim religioſis:ſiue ſint clerici.ſiue conuer
ſi. Et dicit Pet.de palude.ꝙ ſi huiuſmodi ne-
gocientur propter lucrum non videntur excu
ſari a mortali. Si propter neceſſitatem vict' iā
non eſt negociatio proprie dicta.nec per conſe
quens prohibita. ¶ Itē non dicunt intereſſe
aduocando ⁊ procurando in queſtionibus ſe-
cularibus iudicio:ſi ſunt in ſacris vel etiam in
minoribus.ſi ſīt beneficiati ⁊ hoc niſi propter
ſe:vel miſerabilibus perſonis.extra de poſtu.
c.j.vel niſi ſuam vel ſuoꝝ iniuriā pſequantur.
iiij.q.vj.omnibus. Itē nō pn̄t ſuſcipere guber
nationes alienarū reꝝ ſeu procurationes alie-
norum negociorum:bene tamen poſſunt ſuſci
pere tutelas ⁊ leges impoſitas ſi volunt nō ta-
men coguntur ad hoc laici. Tutelam autē da
tiuam que ſcꝫ datur a iudice:cum non eſt per
teſtamentum non poſſunt ſuſcipere:ſed ad tu-
telam cōem miſerabilium pauperū oēs clerici
⁊ monachi tenent̃.vt diſ.lxxxvj.peruenit.c.ſi.i
glo. De licentia ep̄i etiam pōt ſuſcipe gūberna
tiones. ¶ Itē debet clericus abſtinere ab ex-
ercitio hiſtrionatus ⁊ macellarie.alis punitur.
Unde extra.de vi.⁊ ho.cle.li.vj.c.j.dicit̃. Cleri
ci goliardi aut buffones.ſi hoc per annum ex-

excuerint: careāt priuilegio clericali. Et eodez modo ſi minori tpe: ⁊ admoniti nō deſtiterit. ⁊ c. ti. in cle. c. dioceſanus. Clerici qui carnificū vl' macellarioꝝ ſeu tabernarioꝝ officiū publice faciūt: ſi tertio moniti nō deſiſtāt ſiue reſumāt ⁊ ſunt coniugati pdunt priuilegiū clericale: nō coniugati vero qui incedūt vt laici pdunt in pſonis q̄diu agūt. Itē ſi eſt in ſacris oportet q̄ abſtineat a contrahendo mr̄imoniū al's eēt eo ipſo facto excōicatus ⁊ matrimoniū nullū. Si eſt in minorib' ɔtrahendo cū ſcōa vel nō virgine exuitur oī priuilegio clericali ⁊ adycitur foro ſeculari ⁊ ꝓhibetur ſub pena excōicationis deferre tonſurā. ex̄ de biga. c. altercationis. li. vj. Sed ſi contrahit cum vna ⁊ virgine deſerēdo tonſuram ⁊ veſtes clericales retinet priuilegiū clericale in duobus. ſ. q̄ pcutiens euz efficit excōicatus: ⁊ q̄ nō pōt diſtringi: nec cōdēnari a iudice ſeculari nec ciuiliter nec criminalr. Sed ſi non defert tonſuram ⁊ habitum in nullo retinet. ex̄ de cle. ɔiu. c. clerici. li. vj. Quō aūt poſſit eſſe iudex vel iudicare habes infra. Itē ꝓhibet clericis exercitiū venationis clamoꝛe: que. ſ. fit cum canibus: ⁊ clamoꝛe ⁊ tumultu. extra ne cle. vel mona. c. j. ⁊. ij. Et vt dicit glo. ſup ca. qui venatoꝛibus. di. lxxxvj. etiā ꝑpter paupertatē non eſt licita talis venatio: q2 aliūde q̄rere ſibi dz victum ⁊ per honeſtius exercitiuz. vt per agriculturam. di. xcj. c. clericus. Uenatio autē que fit ſine clamoꝛe ⁊ canib' vt ponere laqum ⁊ recte ⁊ hmōi bn̄ eſt licita clericis. de cōſe. di. v. nunq̄.

Officiū tabel .§.ij.

lionat' ſeu notariat' clericis conſtitutis in ſacris eſt penit' interdictū ſ3 Ray. Et ſi illud habeāt ſunt compellendi ad dimittenduz per ſubtractionem beneficij appellatiōe poſtpoſita ex̄ ne cle. vel mo. c. ſicut. Et idem ſm Ray. de clericis ɔſtitutis in minoꝛib' ſi hnt ſufficiētia bnficia. ex̄ de poſtu. c. clericis. ⁊ dicit Inno. q̄ ɔſtituti in ſacris ſi inſtr̄a ɔficerent anteq̄ eis interdiceret: valerent quidē al's non. S3 hoſti. intelligit q̄ nō valerent in negocijs ſecularib': ſ3 in eccleſiaſticis valerēt. vt docet rubri. illius. c. ſicut. Et ſ3 Hoſti. epūs pōt ɔſtituere clericū tabellionē per totā ſuā dioceſim cui cura oīuz eſt cōmiſſa. x. q. j. regenda. ⁊. xvj. q. j. epūs. Et ſi ſic fecerit poterit ille vocari ad ſcribendū acta eccleſiaſtici foꝛi: al's vbi tabellio nō habetur due honeſte pſone ſubroganf. ex̄ de ꝓba. c. qm̄. Et ſic intelligo q̄ clerici pnt eē notarij pape. v. q. j. quidā. ſed conſtitutus a pap i poterit conficere inſtrumenta vbiq3 terrarū: ſed ɔſtitut' ab epō nō poterit ex̄ dioceſim illius qui eū inſtituit. ¶ Itez nota q̄ tabellio eccleſiaſtic' nō dz ɔficere inſtr̄a in ſecularibus rebus: nec ſeclaris in reb' pure eccleſiaſticis q2 hoꝝ conuerſatio nō dz eē permixta. ij. q. vij. c. laic'. Un̄ clerici in curijs pncipum ꝓhibentur eſſe ſcriptoꝛes. ex̄ ne cle. vel mona. c. ſniam. Item religioſus nō pōt exercere officium tabellionatus: niſi cōtra hereticos: nō autem in alijs ſm Jo. an. ex̄. de here. c. vt officium. li. vj. Tamen vt notat Guil. in ſpecu. vetera inſtrumenta complebit: noua autem non aſſumet. extra de iudeis. c. Judei.

Exercitium aūt .§.iij.

honeſtum ſeu artificium pōt clericus exercere ſi indiget p̄cipue: ⁊ etiā ſine hoc. diſt. xcj. per totū. Dum tn̄ per hoc nō deſit in diuinis officijs. de cōſe. di. v. c. nunq̄. Idē ſm Guil. pōt recipere poſſeſſiones excolendas ad quartā vel ad quintā partem ſeu conducere eas: ⁊ hoc ad ſuſtentationē ſuam ⁊ ſuoꝝ arg. di. lxxxvj. c. peruenit. in ver. auaritie cauſa. Concoꝛ. Hoſtiē. Pōt etiam locare animalia. vt oues ⁊ boues ad certum fructum. dūmodo per ɔtractuz al's licitū. Item ſm Guil. pōt emere rē vt eam melioratā carius vendat. vtputa pullū vel equuz vel etiā ſi tabulam emat vt faciat imaginē: quia iſta nō eſt negociatio ſed artificium. xxiiij. q. iiij. c. canonum. ex̄ ne cle. vel mona. c. j. Pena aūt clericoꝛum qui alijs negocijs ſeclaribus ſe imiſcēt eſt q̄ debent excōmunicari. ex̄ ne cle. vel mo. c. ſub interminatione: ⁊ ſi ſe non correxerint. dñt deponi. ita tamē q̄ religioſi diſtrictius q̄ alij puniunf. ex̄ ne cle. vel mo. c. ſ3 nec. Et ex hac pena cū maxima ſit deprehēditur. q̄ in hmōi exercitijs moꝛtaliter peccāt. In foro autē penitētiali dz eis iniungi vel ſaltē conſuli q̄ ea que ɔ̄ formam p̄dictā lucrati ſunt ſtudeant pauperibus erogare. xiiij. q. v. qui habetis. Permarie aūt cleri debēt vacare ſacre lectioni ⁊ doctrīe. Un̄ Hierony. ad ruſticuz. Si clericatus titillat deſideriū tuum diſcas qđ poſſis docere ⁊ rōnabilē hoſtiam offeras deo: ne ſis miles antequā tyro: ne prius ſis magiſter q̄ diſcipulus. Non eſt humilitatis mee: nec mēſure iudicare de ceteris: ⁊ de miniſtris eccleſiarū ſiniſtrū q̄ppiam dicere. ⁊ infra. Mihi pl3 vt habeas ſctōꝝ cōtubernium: nec ipſe te doceas ⁊ abſq3 doctoꝛe ingrediaris viam quaz nunq̄ ingreſſus es. xvj. q. j. ſi clericatus. ⁊. xxxviij. diſt. per totum.

¶ De conuerſatione clericoꝛum ſm regulam apoſtolicam. Opoꝛtet epiſcopum eſſe irrep̄henſibilē. ſub. xiij. conditionibus declaratam. Capitulum. iij.

Quibus exercitijs debent clerici vacare de quibus eſt regula apoſtolica prima ad Tim. iij. Opoꝛtet epiſcopū eſſe irrep̄henſibilem vnius

ſtollem vnius vxoris virũ.ſobriuz: prudentē:
pudicum:ornatum:hoſpitalem:doctorem:nõ
vinolentũ:non percuſſorē:ſed modeſtũ:nõ liti
gioſum:non cupidũ:domui ſue bene prepoſi/
tum. Hanc eandē regulaz tradit ſcribēs ad Ti/
mo.j.c.licz variet in aliquo verba. Et ibi dicit.
Oportet epm eſſe ſine crimine. Et licet videat
apls hanc regulam poſuiſſe epis:tamē hec re/
gula etiã extendit ad omnes alios ordinãdos:
⁊ ad prelaturas pmouendos. vt dicunt Augu.
diſt.lxxxj.c.apls.⁊ Ambro.diſt.xxxiiij.c.cogno
ſcamus.includendo auctoritatē Niceni conci
lij.Declarationem aũt harũ conditionum apo
ſtolice regule que ſunt.xiij. proſequit Gratia.
multum.diffuſe in decretis a diſt.xxv. vſqꝫ ad
xlviij.incluſiue.⁊ iteruz ab.lxxxj. vſqꝫ ad.xc.in
cluſiue.⁊ Ray.in ſum.⁊ Joã.in ſum.confeſ.ip/
ſum ſequitur.De ſingulis pauciſſima ponent.

Quantũ ad pri/ .§.i.

mum ſcilz oportet eſſe ſine crimine ordinãduz
vel eligendum. Gratianus diſt.xxv.c.vnũ ora/
rium.§.noie autē criminis.vbi ponit quadru
plicez acceptionem huius vocabuli. Et pri/
mo prout ſumitur generaliſſime pro quolibet
peccato iuxta illud. Nemo ſine crimine viuit.
Scdo pro peccato cõmiſſo ex deliberatione ſi/
ue mortali ſiue veniali.⁊ ſic diſtinguit ꝯtra pec
catum cõmiſſum ex ignorantia vel fragilitate.
Et ſm hoc dicit Aug.. Nemo exiſtimet capita/
lia crimina igne purgatorij poſſe purgari in di
cta di.§.alſ ea demum. Quarto modo pro pec
cato qδ inducit depoſitionem ſeu irregularita
tem:vt homicidiũ notoriuz adulteriũ ⁊ huiuſ/
modi. Vñ diſt.lxxxj.c.apls.dicit qꝫ crimen eſt
peccatum accuſatione ⁊ damnatione digniſſi/
mum.⁊ ſic iſto vltimo modo ſumitur hic: ita
ſcilz qꝫ poſt peccatũ cõmiſſum poſt baptiſmum
inductiuuz irregularitatē:non pmoueat abſqꝫ
diſpenſatione. Vel ſi intelligat de mortali quo
libet:tunc non pmoueat ante pniam interiorē
per quam tollitur pctm̃.alſ ad ſui dãnationem
ordinaret ꝗ̃uis executionem haberet. Sed et
di.lxxxj.Gratia.iterũ tractans illud.c.opꝫ eſſe
ſine crimine.dicit qꝫ etiã debet vitare occaſiões
criminis.i.nimiã familiaritatē:⁊ conuerſatio/
nem cum mulieribus.⁊ acceſſum incautuz ad
domos earum vt.c.clericus.⁊ ca.opꝫ.⁊ etiã de
bet hoc vitare vt auferat de eo ſuſpitionem ab
alijs quã poſſet inde hre vt ibi dicitur. In om/
nibus obſeruare ꝯuenit vt quis certo tpe ⁊ cer
to loco ⁊ certis pſonis:vł apparere clericus:vł
loqui debeat mulierib⁹ vt excludat omnis ne/
phanda ſuſpitio. Certe ſolũ ad ſolam accedere
nulla religionis rõ pmittit. Melius eſt enim
eſſe duo ꝙ̃ vnũ ex.vij.ſynodo. Itē dꝫ eſſe ſine
crimine ne ipſe cõmittat:ſed nec alijs commit/
tentibus aſſentiat. vt declarat di.lxxxiij.per to/
tum.⁊ precipue in ca.nemo.⁊.c.error.

Quantuz ad ſe/ .§.ij.

cundum.ſ.vnius vxoris virũ. Hoc exponit ne
gatiue.i.qꝫ nõ plures habuit:etſi vnã habuit.
di.lxxxvij.propoſuiſti.ſi nõ ſic exponeret ſeque
retur qꝫ virgines ⁊ qui nullã vxorē habuerunt
non poſſent pmoueri:qδ eſſet abſurdũ Ray.et
Hoſti. Et intelligit illud ſiue poſt baptiſmuz ſi/
ue ante:qꝛ bigamia nõ tollit per baptiſmuz vt
pꝫ.diſt.xxvj.acutius.⁊.c.deinde. Et ſup iſtius
ꝯditionis declaratione tractat. Gratia. diffuſe
de in cõtinentia clericoꝝ.a.xxvj.diſtin.vſqꝫ ad
xxxiiij.incluſiue ponēs dñam inter clericos ec
cleſie orietalis ⁊ ocidētalis in materia cõtinen
tie qδ colligitur ex ca.aliter.di.xxj.ſed qδ dicit
in dicto.c.qꝫ ſacerdotes grecorum ⁊ alij clerici
mřimonio copulant exponit glo.⁊ bene.i.con
tracto vtunt. Et declarat iſta materia plene.di.
xxviij.in glo.ſup.c.diaconi.vbi dicitur qꝫ in ec
cleſia orietali ⁊ occidētali licite ꝯtrahitur in mi
noribus ordinibus.vt pꝫ.di.xxxij.ſiqs eorum.
Sed ꝯſtituti in ſuperiori ordie nec in eccliã oc/
cidentali nec orietali pñt ꝯtrahere mřimoniuz
nec poterant a tpe aploꝝ ⁊ ſi ꝯtrahant:non eſt
mřimonium. Et hoc pꝫ ex ſexta ſinodo que in
oriēte fuit celebrata:⁊ regulã ſtatuit eis vt diſ.
lxxxiij.c.cũ in preterito. Sed in hoc eſt diſtin/
ctio inter orietales ⁊ occidentales:qꝛ ipſi pmo
uent non pmiſſa cõtinentia. Vñ poſſunt greci
pmoti in ſacris vti matrimonio ante ꝯtcto:ſed
non poſſunt in ſacris ꝯſtituti ꝯtrahere. vt ex de
cle.cõiu.c.cum olim. Et cũ cõciliũ Nicenũ.vel
let eis cõtinentiã imponere.ſ.quoad vſum cõ/
tracti matrimonij Pannutius inexpertus nu/
ptiarũ diſſuaſit cõcilio:⁊ ſic fuerunt dimiſſi.di.
xxxj.nicena. Sed latini non pñt etiam vti ꝯtra
cto ⁊ hoc a tpe Inno.⁊ Siricij qui indixerũt cõ
tinentias ſacerdotibus ⁊ leuitis:ita.ſ.qꝫ nec ꝯ̃t
cõtracto vti liceret ſicut antea pmiſſum fuerat.
vt di.lxxxij.plurimos Grego.aũt etiaꝫ ſubdia/
conibus ſimili mõ indixit continentiã vt diſt.
xxxj.c.ante trienniũ. De bigamis quare prohi
bentur ordinari:⁊ quot modis:⁊ quis dicatur
bigamus:⁊ quis cum eis valeat diſpenſare:⁊ et
de notorijs fornicatorib⁹ quomodo ſint ſuſpē/
ſi habes infra.ca.parte.ti.xxviij.c.ij

Quantũ ad ter/ §.iij.

tium.ſ.ſobriũ ⁊ pauloposſt nõ vinolentũ. Hic p
hibet clericis ebrietas ⁊ voracitas. phibentur
aũt clerici ſm Ray.a ſupfluitate vini:nõ quia
vinum ſit malum imo bonuz ⁊ moderate ſum
ptum acuit intellectũ:ſed qꝛ ex cõfreqñter in/

currit ebꝛietas.ex̄ de ſtatu mo.c.et ſi xp̄s. Ebꝛie/
tas aūt fomes ⁊ nutrix oīum vitioꝝ eſt.diſtin.
xxxv.ante omnia.Uñ beatus Bñdictus in re/
gula admonet monachos ne vſq̄ʒ ad ſatietatē
bibant.Uñ conſtituit ibi paruaʒ menſurā qua
infirmitatibus coꝛpoꝝ ⁊ debilitati nature ſatiſ
facere poſſent ⁊ nō appetitum ⁊ ſuā ingluuieʒ
adimplere plus conſulēs ſm medicū q̄ʒ ſʒ pre
ceptoꝛem qḋ etiā apoſtoluʒ ad Timo.feciſſe nō
Geñ.19 ambigimus. Et ſm Ulricuʒ due ſunt cauſe hu
Geñ.9. ius pꝛohibitionis. Pꝛimo q꞉ vinolētia eſt inci
tatiua libidinis.Uñ Hiero.di.xxvj.§.j.Uenter
mero eſtuans facile deſpumat in libidineʒ.Ex/
emplū in Loth:figuraʒ in Noe.qui ebꝛius nu
dauit verēda.Scḋa cauſa eſt:q꞉ impedit deuo
tionē ad deum ⁊ diſcretionē.Pꝛouer.xx.Luxu
rioſa res eſt vinū ⁊c̄.qui his delectatur nō erit
ſapiens. Hec aūt duo.ſ.mūdicia ⁊ ſapiētia ma/
xime ſunt neceſſarie dei miniſtro:q꞉ ambulans
in via imaculata:hic mihi miniſtrabit Ps̄.c.
Et pꝛouer.xiiij.ca.Acceptus ē regi miniſter in
telligens. Et multa pulchꝛa hēs de abſtinentia
⁊ gula:⁊ ebꝛietate per totā illam diſ.xxxv.vbi
Gratia tractat illud.c.pꝛecipue in.c.ſexto die.
Uoꝛacitas etiaʒ in clericis ꝓhibetur.ſm Ray.
Pꝛimo q꞉ ventris ingluuies ad luxuriā pꝛouo
cat:⁊ omne opus bonū diſſoluit.Uñ Hiero.di.
xliiij.§.j.dicit q̄ꝫ venter ⁊ genitalia vicina ſunt
mēbꝛa:vt ex vicinitate mēbꝛoꝝ intelligat̄ con
federatio vitioꝝ.Uñ ⁊ in figuram nabuzardā
pꝛinceps coquoꝛum deſtruxit muros hierlm
iiij.Regū.xxv.Scḋo q꞉ crapula generat moꝛ/
bos varios.ſed temperātia ſoſpitatē.de conſe.
di.v.nihil.Tertio q꞉ pinguis vēter craſſuʒ ſen
ſum generat.ſm Hiero.Et de hoc tractat Gra/
tia.di.xliiij.per totū.Et ibi notat̄ que debēt ha
beri in conuiuijs clericoꝛum quinq̄ʒ.ſ.que ponit
Grego.in.c.conuiuia:dicens.Sciendū q̄ꝫ tūc ve/
raciter in charitate cōuiuia ꝓdeunt:cuʒ in eis
nulla abſentiū vita moꝛdetur:nullus ex irriſio/
ne repꝛehendit̄.nec in eis ſecularium negocioꝝ
fabule:ſed verba ſacre lectionis audiunt̄ cū nō
plus q̄ʒ neceſſe eſt coꝛpoꝛi ſeruit̄ ⁊c̄. Iteʒ in pꝛin/
cipio menſe doʒ fieri benedictio per eū qui ibi ē
maioꝛ:⁊ in fine gratiarū actio vel hymnus ex/
emplo xp̄i. Et in ſedendo alter alteri oꝛdīate de
ferre debēt ſm ſuum graduʒ. Hec omnia in.c.
q̄ñ.di.xliiij. Item de ꝯſe.di.v.nullus.⁊.c.ſe.dr̄
q̄ꝫ clerici ſpectaculis que ī nuptijs aut in ſcenis
exhibent̄ intereſſe nō debēt:ſed ſugere de con/
uiuio ⁊ abire anteq̄ʒ ingrediantur trauaſgiato
res.i.ioculatoꝛes. Itē di.xliiij.c.clerici.dicitur.
Clerici edendi vel bibēdi.cā tabernas non in/
grediant̄ niſi peregrinationis neceſſitate com
pulſi. Et ſm Ray.non debēt clerici miniſtrare
in tabernis:imo nec habere tabernas ꝓpter vi/
lia ⁊ turpia que ibi exercentur Hoſt.tū hoc in/
telligit ita.ſ.q̄ꝫ ibi non miniſtrēt.vel etiaʒ illis
tabernis vbi exercentur inhoneſta:qḋ eſt cōtra
epiſcopos qui dum faciunt vendi vina ſua:fa/
ciunt papiliones et aliqua delicata ꝑparari ad
pꝛouocandum potatoꝛes.

¶ Quantum ad .§.iiij.

quartum.ſ.pꝛudentiā dicit Gratia.diſ.xxxvj.§.
j.q̄ꝫ hoc eſt cōtra eos qui ſub noīe ſimplicitatis
excuſant ſtultitiā ſacerdotū. Unde dicit conciſ.
tol.di.xxxviij.ca.ignorātia. Ignoꝛantia mater
cunctoꝛū erroꝝ maxime in ſacerdotibus vitā/
da eſt.qui officiū in ꝑplo ſuſceperunt.⁊ di.eo.
Leo papa.c.ſi in laicis.dicit. Si in laicis videt̄
intolerabilis inſcientia:q̄ʒtomagis in clericis
nec excuſatione digna eſt nec venia. Debet aūt
clericus habere triplicē pꝛudētiā. Pꝛimo qui/ j.Coꝛ.j.
dem ſacrarū ſcripturaruʒ.Uñ Hiero. Si iuxta
apl̄m Paulum xp̄s eſt dei virtus ⁊ ſapiētia.er/
go ignoꝛantia ſcripturaruʒ eſt ignoꝛantia xp̄i.
di.xxxviij.ſi iuxta apl̄m. Nam in ſacris ſcriptu
ris maxime relucet ſapiētia ſm Tho.in.j.pte.
q.j.ar.vj. Et Diony. Subſtantia noſtri ſacerdo/
tij ſunt eloquia diuinitus tradita. diſt.xxxviij.
omnis. Nam in ſubſtātia non ſumit̄ pꝛo eo qḋ
eſt de eſſentia:q꞉ ſine lr̄is quis poteſt recipere
quēlibet oꝛdinem.ſed pꝛo eo q̄ꝫ quis ſuſtentat̄:
q꞉.ſ.ſine ſcientia non poteſt ſacerdos bene exe/
qui officium ſuum. Pꝛobat aūt Gratia.clericū
debere eſſe peritū in ſcripturis.diſt.xxxvj ꝑ to
tum.⁊ hoc per multas auctoꝛitates ſcripture fi
guras ⁊ exempla.⁊ de rōnali qḋ poꝛtabat in pe
ctoꝛe pontifex vbi erat ſcriptuʒ manifeſtatio ⁊
veritas.de vectibus ꝯtinue arce inherentibus
⁊c̄.vide Exo.xxviij.c.⁊ Leui.viij. Scḋo debet
habere peritiā canonū competentē.i.conſtitu/
tionum eccleſiaſticaꝝ. Unde dicit̄ in.c.ignoꝛā
tia.di.xxxviij. Sciant ſacerdotes ſcripturas ſa
cras ⁊ canones. Et Celeſtinus papa. di.e.c.nul
li ſacerdotū dicit. Nulli ſacerdotū liceat cano/
nes ignoꝛare:nec quicq̄ʒ facere qḋ poſſit patrū
regulis obuiare. Et q̄ʒuis non teneat̄ ſcire oēs
ſubtilitates iuris.canones tū oēs cōmunes ob
ligantes ⁊ ad officium ſuuʒ ſpectātes ignoꝛa/
re ſine culpa non pōt.leges autē ſeculares pōt
clericus audire niſi ſit religioſus vel ſacerdos
vel habēs perſonatū vel pꝛebendaʒ. De hoc tū
vide infra in materia excōicationis. Tertio de/
bet habere peritiā.i.induſtriam ſecularium nego
cioꝝ.q꞉ ſm Gratia.di.xxxix.per totum. Pꝛe/
lati debent ſubditis non ſolū carnalia ſed etiaʒ
ſpiritualia ſubſidia miniſtrare exemplo chꝛiſti
qui turbas non ſolum verbo docebat. Matth.
v.ca.ſed ⁊ virtute ſanabat Luce.vj.ca.⁊ coꝛpo/
ralibus alimentis reficiebat.Ioā.v.c.⁊ Mar.

viij.c. Unde dicit Grego.di.c.c. Petrus diaconus. Hoc tempoꝛe talis debet in regiminis arce cōſtitui qui non ſolū de ſalute aīaꝝ: verum etiā de extrinſeca vtilitate ⁊ cautela ſciat eē ſollicitus. Unde ⁊ ille Petrus electus ꝓpter ſuam ſimplicitatē repellit. Dicit tamē Amb. ꝙ lꝫ pro tali ſimplicitate quis repellaſ ab obtinendo beneficio: non tñ deijcit ab iam obtēto: ſed daſ ei coadiutoꝛ. vt. vij. q. j. q: frater. ſecus autē eſt in litteratura qꝛ ſi non hꝫ cōpetentē. ⁊ ſi non eminentē poteſt ep̄s remoueri. ex̄ de eta. ⁊ quali. c. Cū ſis. Et dicitur ſciētia cōpetens que eſt neceſſaria ad executionē debitam oꝛdinis cuiuſcunqꝫ quē habet. Dicit etiā gratia. diſ. lxxxiiij. §. j. ꝙ opoꝛtet eſſe prudentē. i. vigilē ⁊ ſollicitū circa defenſionē pauperū ⁊ relationem oppꝛeſſorum ⁊ tuitionē monaſterioꝝ. ⁊ in c. ſequen. reprehendit Grego. quēdam ep̄m qꝛ ꝯſilia ſapiētum ⁊ recta ſuadentiū non ſuſcipiebat. Nō debet aūt etiaꝫ ſi ſit ſenex erubeſcere addiſcere ēt a minimis. Unde Clemens. Nullus ep̄s ꝓpter obpꝛobꝛium ſenectutis. vel nobilitatem generis a paruis vel minimis eruditis: ſi quid foꝛte vtilitatis eſt aut ſalutis īqrere negligat. Et Augu. de ſe dicit. Senex a puero ⁊ ep̄s tot annoꝛum a collega nondū anniculo paratus ſuꝫ edoceri. xxiiij. q. iij. ſi habes. Et Greg. dicē. Stultus eſt qui iter ſe pꝛimū exiſtimat vt bona que viderit diſcere ꝯtēnat. di. xxij. c. de conſtantinopolitana. Notandū etiā dictū Aug. di. xxxviij. c. ſedulo. vbi ait. Sedulo admonēdi ſunt ſcholaſtici. vt humilitate inducti xp̄iana diſcant nō ꝯtēnere quos cognouerint moꝝ vitia amplius ꝙ̄ verboꝝ deuitare. ſed coꝛdi caſto linguā exercitatam conferre non audeant: quā etiā pꝛeferre cōſueuerant. ⁊ infra. Nouerint non eſſe voces. ad aures dei: niſi animi effectū. ita eniꝫ nō irridebunt. ſi aliquos antiſtites ⁊ miniſtros eccleſie foꝛte aīaduerterint cuꝫ barbariſmis ⁊ ſoloeciſmis deum inuocare. ⁊ verba ꝑturbate diſtinguere. non ꝙ iſta minime repꝛehendenda ſint: ſed qꝛ pie toleranda. Sed ⁊ habere peritiā ſecularium literaꝝ vtile eſt. ſi tamē hec ad eruditionem queratur: non ad delectionē curioſitatem vel oſtentationem: nec ꝓpter hoc dimittat magis neceſſaria ⁊ vtilia. qd̄ oñdit Gratia. di. xxxviij. ꝑ totū. Sꝫ iſta mā mag̃ ꝯ̇clarabit. j.

Quantum ad .§. v.

quintum. ſ. opꝫ eſſe oꝛnatuꝫ. Ponit Gratia duplicē oꝛnatum habere debere. ſ. interioꝛeꝫ ⁊ exterioꝛem. Et interioꝛ quidem cōſiſtit virtutibus iuxta illud. Sacerdotes tui induātur iuſtitia. ps. cxxxi. Et hoc figurabant varia oꝛnamenta pontificis in veteri teſtamento. vt dicit Gratia. di. xl. §. j. ⁊ per totum. Unde ex officio ſuſcepto non īniam peccandi: ſed neceſſitatē bene viuēdi ſe nouerit aſſecutos. quod ꝓbat Simachus in. c. non nos. ⁊ precipue debet lucere in eo virtus humilitatis. vt inſti. ea. c. ſi. in ſi. ⁊ Greg. dicit. di. c. contra moꝛem. ꝙ nihil in ep̄ali ceruice ſplendidius fulget ꝙ̄ humilitas. Timendum etiam qd̄ dicit Augu. diſt. xl. ante oīa videlꝫ ꝙ nihil apud deū triſtius: miſerabilius: ⁊ dānabilius ep̄i preſbyteri aut diaconi dignitate ſi perfunctoꝛie atqꝫ adulatoꝛie res agatur: ⁊ ecōtrario nihil beatius ſi eo modo militet quo impatoꝛ noſter iubet. ſ. xp̄s. Oꝛnatus exterioꝛ conſiſtit in habitu victu ⁊ inceſſu decētibus di. xlj. ꝑ totum. In habitu vt nec fulgidis: nec ſoꝛdidis veſtibus vtatur. vt in. c. per ſymoniā diſ. ea. In victu vt cōfoꝛmet ſe moꝛibus eoꝝ cum quibus viuit: ſalua ſemper honeſtate eoꝝ. Unde Aug. Quiſquis rebus preterelūtibus reſtrictius vtitur: ꝙ̄ ſe habeant moꝛes eoꝝ cum quibus viuit: aut intēperans: aut ſuperſtitioſus eſt. Quiſqꝫ vero ſic eis vtitur vt metas ꝯſuetudinis bonorum inter quos verſaſ excedat. aut aliqd ſignificat aut flagitioſus eſt. In his omnibus non vſus: ſed libido in culpa eſt. Quod ergo locis tꝑibus ⁊ perſonis conueniat attendenduꝫ eſt. di. ea. Iteꝫ in inceſſu vt equalis ſit ⁊ maturus. vt grauitate itineris maturitatē mentis oſtendat: incōpoſitio coꝛpoꝛis indiſpoſitionē inducat mentis ſm̄ Augu. diſt. ea. §. ſi. Item clerici non debent deferre veſtes inciſas: nec lingulatas nec varijs coloꝛis: nec rubeas: nec virides: nec nimis lōgas vel breues: nec de bico. Quicūqꝫ aūt clericus virgata vel partita veſte vtiſ ſine cā ſi eſt beneficiatus eſt ſuſpenſus a perceptione fructuū per ſex mēſes. ſi non eſt bñficiatus ⁊ eſt in ſacris circa ſacerdotiū per idem tp̄s eſt inhabilis ad obtinenduꝫ beneficium. Sed habet dignitatem vel beneficiū cum cura. vel eſt ſacerdos aut religioſus: eſt ſuſpenſus ꝑ annum a beneficio: ⁊ per ideꝫ tempus eſt inhabilis ad obtinendum quodcūqꝫ beneficiuꝫ. vt de vi. ⁊ hone. cle. in cle. No. tñ ꝙ cā pegrinatiōis timoꝛis vel alia cā ſiꝫ licitū ē clicis hītum trāſfoꝛmare. vt. xxj. q. iiij. ep̄i. de vi. ⁊ ho. cle. c. cle.

Quantum ad .§. vi.

ſextū. ſ. hoſpitalitatē dicē Gratia. diſt. xlij. §. j. ꝙ opꝫ ſacerdotē eē hoſpitalē: vt ſit de nūero eoꝝ quibus dicet hoſpes erā ⁊ collegiſtis me. Matth. xxv. Cū eni dꝫ alios ad hoſpitalitateꝫ hoꝛtari: dꝫ ī ſe ꝯ̇ hꝫ exēplū exhibē ad mēoꝛiaꝫ qꝫ reducē dꝫ vt mag̃ ad hꝫ ꝓuoceſ ꝙ Abꝛaā ⁊ Loth ex hoſpitalitate meruerūt iter alios āgelos recipe in domo ⁊ eꝫ. Sodomitas q hoſpitibus oſtiū claudebāt ignis ꝯſumpſit. Gen. xix. Un̄ ⁊ Jo. euange. ī epiſtola ſua. iij. excuſat quēdā diotrepē qꝫ

pauperes non recipiebat ꝛ recipientes de eccleſia eiciebat In ec cleſijs tñ ꝓhebenł Agapē .i. qui nīa paupibus vel mādurare: ꝛ accubit⁹ ſternē. vt. di. ea. c. non opꝫ. De dormitione tamē in cōtrariū ſe habet cōſuetudo. ꝛ de conſue. in. c. nulli. di. ea. excipiſ neceſſitas ex ꝺſectu hoſpitij. dicit etiam Hiero. ad Pauli. xvj. q. j. c. ſi cupis eē. qm̄ quic qd habēt clerici pauperū eſt: ꝛ domos eoꝝ omnib⁹ debent eſſe cōes. qđ intelligiſ quo ad pauperes indigentes etiam minus bonis. vt di. xlij. c. quieſcamus. Sub hoſpitalitate itelligitur diſtributio eccleſiarum ꝛ de ordine dādi ꝛ mō habes diſſ. lxxxvj. Non ſatis. ꝛ de hoc habes. ō. in ſecunda parte.

¶ Quantum ad .§. vij. ſeptimū. ſ. pudicū dicit Gratia. ꝙ debet eſſe pudicus. ita ꝙ moꝛib⁹ ꝛ verbis pudoꝛē indefinenter oſtendat. Unde ꝛ geneb ſpōſe. Lanł i. turturi comparanł que eſt aīal caſtuꝫ. Et Amb. ꝙ verecundia ingennos prodit natales. diſ. lxxxvj. Non ſatis. Dicit Tho. ij. ij. q. clj. ꝙ nomen pudicitie a pudoꝛe ſumitur: in quo verecundia ſignatur. Unde opꝫ ꝙ pudicitia ſit pꝛopꝛie circa illa de quibus homines magis verecundanł: maxime aūt verecūdaſ homo de actibus venereis: adeo ꝙ nec actus cōiugalis caret verecundia ſm̄ Aug. ꝛ hoc ideo: qꝛ mot⁹ illoꝝ mēbꝛoꝝ nō ſubdiſ impio rōnis. Uerecūdaſ aūt hō non ſolū de cōmixtione venerea: ſed etiā de quibuſcunqꝫ ſignis ei⁹ vt dicit phūs in ſc̄ o rethoꝛice. Pudicitia ergo attēditur circa ſigna venereorū ꝓcipue vt ſunt aſpectus: oſcula: tact⁹ ꝛ hmōi exterioꝛa ſigna caſtitas aūt circa iſtā cōmixtionem tñ aliqñ poniſ vnuꝫ pꝛo alio. Unde Aug. dicit. Ne dicatis vos habere animos pudicos ſi habeatis oculos ipudicos. Jmpudic⁹. n. oculus ipudici coꝛdis ē nūcius. q. v. nec ſolo. vj. q. j. c. ex merito dicitur. Officium ſingulorum ſit nō ſolum oculos habere caſtos: ſed linguam ꝛ coꝛ. Nec quid in culuſqꝫ domo agaſ alia dom⁹ per eas nouerit. Et ad maioꝛem honeſtatem ꝛ cautelam ſtatutuꝫ eſt: vt clerici non cohabitent cū mulieribus. Unde Hiero. Hoſpitiolum tuū raro aut nunqꝫ mulierū pedes terāt: qꝛ non poteſt digne habitare cū deo qui feminarū acceſſibus delectatur. xxxij. diſ. Hoſpitiolū. Et de btō Aug. legitur ꝙ nō cōſenſit habitare cuꝫ ſoꝛoꝛe ſua. di. lxxxj. nā cohabitatio taliū ſepe itercipit adulteriū. i. occaſio. xviij. q. ij. diffinimus. Excipiuntur tñ quedā perſone cuꝫ qnib⁹ clerici poſſunt cogitare ſm̄ Ray. ſcꝫ mater: ſoꝛoꝛ: amita: matertera: auia: filia fratris vel ſoꝛoꝛis vxoꝛ filij. ꝛ regulariter oēs conſanguinei per lineam tranſuerſalem vſqꝫ ad ſecundum gradum incluſiue ar. di. lxxxj. cuꝫ omnibus. Cōſanguinee vero ꝑ lineam deſcendentem ꝛ aſcendētē vſqꝫ ad quartū gradum. ar. de cōſang. ꝛ affi. c. non debꝫ. Et rō eſt in iſtis: qꝛ ſedus naturale in iſtis nihil ſeui crimis cū talib⁹ extimari ꝑmittit. vt di. extra de coha. cle. ꝛ muli. c. a nobis. ꝛ hoc intelligas ſi ꝯſanguinea non hꝫ ſecū domicellas pediſſequas vel alias mliereꝭ ſuſpectas. ꝛ hoc in caſu intelligiſ de coha. cle. ꝛ mu. c. j. Et licet dictū ſit ꝙ cū predictis ꝯſanguineis ſedus naturale non ꝑmittit aliqđ ſeui criminis ſuſpicari. debet tamen clericus ꝛ maxime eps̄ cauere immoderatam familiaritateꝫ cū illis. vt caput in gremium ponendo: oſculando ꝛ hmōi: ꝛ ne ex hoc ꝯtemptibilis habeaſ. di. xxxiij. quoꝛūdam. Ultra ſecūdū vero gradū linee tranſuerſalis diſtingue: qꝛ aut ſunt ſuſpecte aut qꝛ iuuenes. ꝛ tūc non ꝑnt cohabitare: aut nō ꝛ tūc poſſunt. ꝛ eadē diſtinctio eſt facienda in ancillis ꝛ in vxoꝛe: quā. ſ. duxit ante oꝛdines ſacros. Nā ſi eſt vetula poteſt retinere in domo ſua ꝛ eā caſte regere. Si iuuenis non debꝫ ſecū tenere di. lxxxj. volūtas. Hoſtiē. ꝛ Goff. dicūt ꝙ in epīs ꝛ monachis non habet locū illa diſtinctio: qꝛ nulla ꝯſanguinea debet cohabitare vt in auten. de ſan. epiſ. §. epm̄. ꝛ de monachis. §. cogitandū. col. j. Ray. m dicit. ꝙ licet hoc ſit tutū ꝛ honeſtum. tamen canones ad hoc non cogunt.

Ar. iij. (margin)

¶ Quantum ad .§. viij. octauū ſcilicet doctoꝛem. Nota ſm̄ Jo. in glo. di. xliij. §. j. Jſtud ꝯſiſtit in duobus ſcilicet in ſermone coꝛrectionis vt coꝛrigat vitam ſubditoꝝ ſed cū charitate. vt de Leo papa. Odio habeanł pctā non hoies: coꝛriganł tumidi: tolerenł infirmi. ꝛ qđ ſeueri⁹ caſtigare neceſſe eſt: non ſeuiētis plectaſ aīo ſꝫ medentis di. lxxxvj. odio. ſi aūt moduꝫ exceſſerit in coꝛrigendo ex amoꝛe vel odio: non a ſubditis: ſed a deo debꝫ poſtulare veniam ne dum nimiū ſeruaſ humilitas regendi frangaſ auctoꝛitas dicit Aug. in regula. ꝛ habeſ di. lxxxvj. qm̄ neceſſitas diſciplīne ꝛc̄. Scđo intelligiſ iſta doctrina in ſermone predicationis vt ſcilicet predicet. Hiero. Sancta qppe ruſticitas ſolū ſibi prodeſt. ꝛ qn̄tuꝫ ex vite merito edificat ecclīam xp̄i tm̄ nocet ſi reſiſtentibus nō ꝯtradicat. ij. q. vij. ſancta. Nec debet ꝑlat⁹ ꝑp ſubſannationē vel ꝑſecutionē ceſſare a docēdo ꝛ ꝓdicando. vt dicit Jo. in Glo. di. xliij. ſcimus. vbi anacletus ſic dicit. Scim⁹ multos ob id infeſtare doctoꝛes vt eos perdāt. ideſt confundant. ꝛ ꝓpꝛie voluntatis placita impleant. Non tamen propterea doctoꝛes inquantum vires ſuppetunt a recta emulatione dei ꝛ bona intentione recedere debēt: ſcientes quia beati qui perſecutiōes patiuntur propter iuſtitiam. hec ibi. Si autem ſubditi ex his non

Matt. v. (margin)

pꝛoficiant. ipſe tamen facit qđ ſuum eſt ⁊ ſoluit debituꝫ. Unde Cornelius papa. Quod ad nos attinet conſciētie noſtre ꝯuenit ſemꝑ dare operaꝫ: ne quis culpa noſtra de eccleſia pareat. Si quis autem vltro et crimine ſuo perierit ⁊ pn̄iaꝫ agere noluerit. nos in die iudicij īculpatos futuros credimus: qui eorum conſuluimus ſaluti: ⁊ illos ſolos in penis remāſuros. qui noluerunt cōſilij noſtri ſalubritate ſanari: nec mouere nos debent conuitia perditoꝝ: quo minus a recta regula non recedamus quā apl's inſtituit dicens. Si hominibus placerem ⁊c̄. ad Gal. j. De materia autem dicendi ⁊ modo pꝛedicādi dicetur. j. ti. xviij. de ſtatu pꝛedicatorum.

⁋ Quantū ad nonum .§. ix.

num. ſ. non ꝑcuſſorē. No. ſm̄ Jo. an. in glo. in diſti. xlv. ꝙ duplex percuſſio ꝓhibetur clericis. Una eſt ſpūalis. ſ. cum quis corda infirmoꝝ inutili ſermone percutit. vt di. e. c. ſi. Scđa eſt corporalis que ſi fiat ex ira vel odio: vel ex ſuperbia vt magis timeaſ: vel erga nō ſubditos pꝛohibetur ſꝫ ex charitate ⁊ in ſubditos licita. Un̄ Augu. Et qui emēdat verbere in quē poteſtas datur ⁊ coercet aliqua diſciplina miſericordiā pſtat. di. xlv. c. ⁊ qui emēdat. Ep's tn̄ propter dignitateꝫ ſuā nemīnē ſuis manibus dꝫ verberare. di. lxxxvj. non liceat. ſꝫ per aliū pōt. per clericum tamē ſi clericus eſt verberādus. ex de ſen. excō. c. vniuerſitatis. niſi penitus ſit incorrigibilis clericus: qꝛ tūc etiaꝫ per laicū. extra de ſen. ex. c. vt fame. Diſtinguenduꝫ tamē eſt circa qualitatem ꝑſonarū ⁊ criminū que corrigūtur ſm̄ Jo. an. ⁊ Ray. Nam in minoꝛibus ꝯſtituti licite verberanſ etiā pro leuibus culpis. diſtin. xxxv. an̄. ⁊ di. xlv. §. Salomon. Similiter ⁊ regulares etiā in minoribus cōſtituti ſꝫ regulas ſuas pro leuibus culpis ſubijciunſ verberibꝰ. extra de ap. c. repꝛehēſibilis. in ſi. ⁊ de ſymo. c. per tuas. nō tamē vſqꝫ ad ſanguinē. Jn maioribus vero ꝯſtituti nō regulares nō niſi per maioribus criminibus di. xlv. cū beatus. Et Leo ⁊ Grego. ſic dicūt ea. di. lꝫ nōnunqꝫ accidant que in ſacerdotalibꝰ ꝑſonis ſunt repꝛehēdēda: plus tn̄ erga corrigendos agat beniuolētia qꝫ ſeueritas: plus exhoꝛtatio qꝫ cōmotio: plus charitas qꝫ ꝑtās: cū nemo noſtrū ſine pctō ſit. Sꝫ ab his qui que ſunt ſua qrūt facile ab hac regula diſcediſ: ⁊ dum dn̄ari magiſqꝫ cōſulere placꝫ: honoꝛ inflat in ſuperbiā ⁊ qđ ꝓuiſum eſt ad cōcordiā: tendit ad noxā. Moderata etiā dꝫ eſſe caſtigatio. Un̄ qdē ſapiēs leuiter caſtigatꝰ: reuerentiā exhibet caſtigāti. Aſperitatis autē nimie increpatio: nec correctionē recipit nec ſalutē. di. ea. cū beatus. Sicut aūt nimia ſeueritas repꝛehendiſ ita ⁊ nimia remiſſio. Un̄ Greg. li. xix. moral. Cuncti rectores nec diſcipline vigore benignitateꝫ manſuetudinis: nec rurſus in manſuetudine diſtrictionē deſerāt diſcipline: quatenus nec a cōpaſſiōe pietatis obdureſcāt cum ꝯtumaces corrigūt: nec diſcipline vigorē molliant: cū infirmoꝛuꝫ animos ꝯſolanſ. diſt. xlv. c. ſunt nāqꝫ. Et ad hoc ꝓpo. ita inducuntur auctoꝛitates exēpla ⁊ figure de ſcriptura in ca. diſciplina. di. ea. Tertio ꝓhibetur eſſe ꝑcuſſoꝛ i. ad vindictā ſeu punitionē facilis. vn̄ Grego. Si quid de quocunqꝫ ad aures tuas ꝑuenerit: qđ te iuſte poſſit offendere: facile non credas: nec ad vindictā te res accendat incognita: ſed p̄ńtibus eccleſie tue ſenioꝛibus eſt veritas diligēter ꝑſcrutanda: ⁊ tūc canonica diſtrictio culpam feriat delinquētis. di. lxxxvj. Si quid.

⁋ Quantū ad decimum .§. x.

cimum. ſ. non litigioſum. Litigioſus diciſ ſm̄ phm̄. in. iij. Ethi. qui ad omnia cōtrariaſ cauſa ꝯtriſtandi: nec quoſcūqꝫ curans. Triplex eſt autem cā quare pꝛohibentur tales oꝛdinari ſꝫ Ray. Prima qꝛ nō ſunt apti ad humilē doctrinam que exigitur ab eis. Unde Hiero. Nihil impudētius arrogantia ruſticoꝝ qui garrulitatem auctoꝛitatē putant ⁊ parati ad lites: in ſubditos tumide intonāt. di. xlvj. §. j. ⁋ Scđa cauſa eſt. quia litigioſi vel adulationibus aīos pꝛincipum ſibi conciliant vel fratribus ſuis detrahendo infamie notaꝫ ingerūt vel qꝛ ſeditiones facere nō ceſſant que vitia omnia pꝛohibētur clericis. vt di. ea. §. j. ⁊ c. ſe. ⁋ Tertia cauſa eſt. qꝛ cum ipſi debeant diſcordantes ad cōcordiam reducere ⁊ attrahere non debēt litigādo alios ad diſcordiā pꝛouocare. Un̄ Cypꝛianus. Nec ad cayn nec ad munera eius reſpexit dominus. Neqꝫ enim deum placatuꝫ habere poterat: qui cum fratre non pacem ſed zeli diſcordiam habebat: quam igitur pacem pꝛomittūt ſibi inimici fratrum emuli ſacerdotum.

⁋ Quantū ad vndecimum .§. xi.

decimum. ſ. non cupidū. i. auarū. vbi pꝛohibeſ auaritia interioꝛ que eſt inoꝛdinatus amoꝛ diuitiarum. Et rō quare talis cupidus ꝓhibeſ oꝛdinari eſt. qꝛ vt dicit Greg. Honoꝝ auctoꝛi inherere alr̄ nō poſſumus: niſi cupiditatē a nobis que radix eſt oīum maloꝝ abſcindamus. diſt. xlvij. c. honoꝝ auctoꝛi. Et Leo pa. Uirū catholicū ⁊ ꝑcipue dn̄i ſacerdotē: ſicut nullo erroꝛe: ſic nulla cupiditate iplicari opꝫ. Mens enī potentie auida: nec abſtinē nouit a vetitis: nec gaudere ꝯceſſis: nec pietati adhibē ꝯſenſuꝫ. di. e. c. virū catholicū. Clericus aūt maxie dꝫ deo inherere: ⁊ a malis abſtinere. Jtē vt dič Ambr. mēs auar i vinculis cupiditatis aſtricta: ſemꝑ aurū

ſemp argentuz videt: ſemp redditus cōputat: gratius aurū q̄ ſole intuetur: ipſa eius oīo ad deū petit aurum di. e. c. ſicut hi. Clericus autē debet habere mentē liberā a terrenis. Secūdo ſub hoc cōprehendit̄ phibitus omnis turpis queſtus ſeu lucrū ne. ſ. aliquo inhoneſto negocio victū vel alia neceſſaria ſibi querat: nec ſuſcipiat pcurationes ſeculares. vt di. lxxxvij. per totū. Excipiuntur tn̄ ibi pſone miſerabiles: vt pupilli vidue ⁊ pauperes que ab omnibus ex pietate debēt iuuari. Vn̄ Gelaſius. lʒ oibus de nobis ſperantibus patrociniuʒ nō debeamus nos negare. tn̄ plus viduarū cauſas ⁊ impenſius ducimus exequēdas: quas tueri vel a nobis vel ab omnibus diuina manifeſtat aſſertio. di. ea. c. j. ⁊ in. c. ij. dicitur. Pupillo tuitionē diuinitas ipſa iuſſit impēdi. Tertio ſub cupiditate phibetur aſſumptio cauſarū ⁊ negociatio. diſti. lxxxviij. per totum. Unde Hiero. ibi. Negociatorem clericum ex inope diuitē. ex ignobili glorioſum: quaſi quandā peſtem fuge. ⁊ di. ea. dicitur. Ep̄s nullam rei familiaris curaʒ ad ſe reuocet: ſed lectioni ⁊ orationi ⁊ verbo p̄dicationis tm̄ vacet. ⁊. c. fornicari. ſimiliter habentur.

¶ Quantum ad .§. xij.

duodecimum domui ſup bn̄ prepoſitū qđ itelligitur vt exponit Gratia. di. xlviij. §. neceſſe. vt ſi. in laicali habitu habuit vxorem ⁊ filios a vitijs ad virtutū ſtudia verbo ⁊ exemplo pūocet vt qđ poſtea precepturus eſt pplo: pus a domeſticis exigat. Quod q: heli facere recuſauit ſemetipſuʒ apud deū diſtrictū iudicem cuʒ filijs graui dānatione percuſſit. j. Regū. iij. c. Prohibetur ergo ordinari qui hoc non hʒ. qui preſumit̄ negligēs: ⁊ q̄ non hēat frontē alios arguendi: ex quo ſuos nō reprehēdit: ſed tn̄ p eū non ſtat quin eius familia ſit bona: q: diligēter correxit eā: non ſibi imputat̄ in vitiū a dn̄o eni greſſus hominis dirigunt̄: nec ſunt in homie vie eius. vt dicit̄ Hiere. x. c. corripere quidē poteſt corrigere aūt non valet. Unde Augu. Quātumlibet vigilet diſciplina domus mee homo ſum: ⁊ inter hoīes viuo: nec arrogare mihi audeo vt domus mea melior ſit q̄ʒ arca noe. Gen̄. ix. vbi tn̄ inter octo hoīes vnus reprobus inuētus eſt. aut melior ſit q̄ʒ domus abrae: cui dcm̄ eſt. Eijce ancillam ⁊ filiuʒ eius. Gen̄. xxj. c. ⁊ ad Gal. iiij. c. Aut melior ſit q̄ʒ dom⁹ yſaac cui dictū eſt Malach. j. c. ⁊ ad Ro. ix. ca. de duob⁹ geminis. Jacob dilexi: Eſau autē odio habui. Intelligi poteſt iſtud. c. apoſtolice regule. vt videlicet bn̄ preſit domui eccleſie ſibi cōmiſſe. vt videlicet nō vni plura ſed diuerſa diuerſis cōmittat officia. Vn̄ Grego. Nulli vni quātūlibet exercitate pſone vno tpe duarum rerū officia cōmittenda ſunt. ſi totum oculus vbi audit⁹. Sicut enim varietas mēbrorum per diuerſa officia ⁊ robur corporis ſeruat ⁊ pulchritudinem preſtat: ita ⁊ varietas perſonaꝝ per diuerſa diſtributa officia ⁊ fortitudinē ⁊ venuſtatem ſancte dei repreſentat eccleſie. di. lxxxix. c. ſingula. Item yconomos vel vicednos in eccleſia nō debet inſtituere laicos. vt in. c. volumus. cū ſequēti. di. ea. Itē propinquis vel fauore coniunctis non debet cōmittere eccleſiaſtica officia. di. ea. decēter. vbi tn̄ dicit glo. q̄ hoc itelligit̄ nō ſimpliciter: ſed cum ſunt mali. Et ideo quare magis phibetur expreſſe de iſtis q̄ʒ de alijs malis eſt. q: prelati eccleſie ſunt pniores ad dandum talibus vl̄ q: preſumit̄ q̄ per eos bona eccleſie dilapidentur. Et iſta eſt vera ratio quam videmus quotidie de facto: ⁊ quia iſtud non ſeruat̄ multa mala inde eccleſie ſequuntur.

¶ Quantum ad .§. xiij.

vltimū nō neophitū. i. nouū in fide vel etiaʒ in religione. vt exponitur diſt. xlviij. per totū. ⁊ in glo. ibidem. Huius aūt phibitionis duplex eſt cauſa. vt dicitur. in tex. ⁊ glo. Prima eſt vtilitas ipſiuſmet. ſ. ne vt ait apl's. j. ad Timo. iij. ca. elatus in ſuperbiā incidat in laqueū ⁊ ruinaʒ diaboli: in arrogantiaʒ nāq3 que eſt ruina diaboli incidunt qui in puncto hore nonduʒ diſcipuli efficiuntur magiſtri. ⁊ ſicut Inno. dicit. Mirum eſt eū fieri magr̄m qui nondū didicit eſſe diſcipulus. Scđa cā eſt. qui cū ſit iexpertus ſtatum eccleſie neſciret varietati pſonarū diuerſimode pūidere vt decet. Nomētanus enim ſacerdos neſcit humilitatē mores perſonarū: vel ſeſe ꝯtēnere: non ieiunauit: nō fleuit: nō ſe correxit: non pauperibus erogauit. Hec oīa Gratia. diſ. xlviij. §. j. Unde ⁊ Greg. ¶ Caſum appetit qui ad ſūmi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta querit aſcēſuʒ. di. e. c. ſicut. Item pmouendus ad ordines debet eſſe imunis ab omni irregularitate. Unde Gratianus a xxv. vſq3 ad. lvij. di. oſtendit qūo ordinandus non debet eſſe ratiocinijs obligatus nec homicida. nec corpore vitiatus: nec illegitimus: nec ſeruus: nec ſolemniter penitens. ⁊ horum declarationem habes infra.

¶ De duobus .§. xiiij.

generibus fideliuʒ ſicut dic̄ Hiero. xij. q. j. duo ſunt gn̄a xpianoꝝ. Eſt aūt vnū genus qđ māci patū diuino offō ⁊ deditū ꝯtēplationi ⁊ oronī ab oī ſtrepitu tpaliū ceſſare ꝯuenit. vt ſunt clerici ⁊ deo deuoti. ſ. ꝯuerſi. Cleros eniʒ grece latine dr̄ ſors. hmōi hoies vocātur clici. i. ſorte electi oēs eni deus in ſuos elegit. hi nāq3 ſūt reges. i. ſe ⁊ alios in vtute regētes. ⁊ ita in deo regnuʒ

hn̄t ⁊ hoc deſignat corona in capite:hanc coro
nā hn̄t ab inſtitutione romane eccl'ie in ſignū
regni qd̄ in xp̄o expectāt. Raſio in capite eſt oī
um tp̄aliū depoſitio:illi eni victu ⁊ veſtitu ɔtē
ti:nullā inter ſe ꝓprietatē hn̄tes:dn̄t hr̄e omia
cōia. Aliud genus xp̄ianoꝝ eſt vt ſunt laici.la
os eni grece latine pplſ. his lʒ tp̄alia poſſidere:
ſed nō niſi ad vſū. Nihil eni miſeri⁹ q̄ꝫ pp nū
mū deū ɔtēnere. his ɔceſſū eſt vxorē ducere:
terrā colere. iter virū ⁊ virū iudicare ⁊c̄. Et ita
ſaluari poterūt:ſi vitia tn̄ bn̄faciendo euitaue
rint. hec ibi. Ex qbus vbis videt̄ q̄ clici nō pn̄t
hr̄e ꝓpriū. que materia tractat̄ per totā illā.q.j.
cauſe.xij. Et poſt plura capl'a īducta ad vtrāqꝫ
partē. Tādē Gra. ſic ipſe ſoluit in.§.cū ḡ in ɔci
lio vʒ q̄ clericis oriētalibus: qbus lʒ hr̄e vxo
res ⁊ filios ⁊ occidētalibus ēt clericis illis qui
hn̄t filios ex vxorib⁹ q̄s habuerūt an̄ ſuā ordina
tionē:iſtis lʒ hr̄e ꝓpria ad ſuſtētationē familie
ſue alijs aūt clicis nō lʒ hr̄e ꝓpriū:niſi forte reti
nendo ſua a ſimplicib⁹ eccl'ie abſtineāt. Sʒ iſtā
ſolutionē reprobat glo. ſūmaria in pn̄.q.⁊ bn̄.
Nā oēs doc. in h̄ ɔcor. q̄ clerici ſeculares pn̄t
hr̄e ꝓpriū.⁊ lʒ habeāt p̄rimonialia p h̄ nō tolli
tur quin iuſte poſſint hr̄e bn̄ficiū vel redditus
vel diſtributiones ɔſuetas ab eccleſia:ſi eccl'ie
deſeruiūt. Illa ḡ capl'a que vident̄ dicere q̄ nō
lʒ clericis hr̄e ꝓpriū intelligēda ſunt ſm̄ glo.et
R.xv.ſm̄ tp̄s eccl'ie p̄mitiue. vt illud.c.dilectiſ
ſimis. vel de clicis q̄ renūciauerūt ꝓprijs. vt il
lud.c.ſcimus.⁊.c.nō dicatis. Uel loquūtur de
ɔſilio vt illō.q: tua.⁊.c.nolo.⁊ vt q̄ tp̄e Aug.
⁊ Hiero.clerici oēs viuebāt in cōi. vt in illis.c.
certe ego.⁊.c.duo ſunt.⁊.c.clicus. Nunc autē
cōiter nō reperit̄ talis modus viuēdi in cōi i ſe
cularibus.nec ab h̄ tenent̄:ſʒ licite pn̄t hr̄e pro
prium vt dictū eſt.⁊ pʒ ēt in di.q.c.epi.⁊.c. ſint
manifeſte. Tho.aūt.ij.ij.q.clxxxv.dicit.q̄ clicis
nō lʒ hr̄e ꝓpria.ita.ſ.dū curāt ꝓpria faciant de
functū in his q̄ ptinēt ad cultū diuinū.⁊ ſic ex
ponit illō.c.clicus. vbi dic̄ Hiero.q̄ deū poſſi
det.⁊ cū ꝓpheta dic̄. Pars mea dn̄s. dr̄ eni cle
ros grece latie ſors.q: ē ſors dn̄e.ſ.ps eorū ni
hil ex dn̄m hr̄e pōt.q̄ ſi aliud hʒ ex dn̄ʒ.⁊ argē
tū ⁊ aurū. variā ſuppellectilē ⁊ hm̄ōi.cū his pd
bus nō d̄ignat̄ dn̄s fieri p ei⁹. De dōatiōe tp̄a
liū fcā eccl'ijs hēs in.c.futurā. De donatiōe fa
cta eccl'ie romane p Conſtā. hēs diſt.xcvj.Con
ſtantinus.ſed in aliquibus libris illud non ha
betur in alijs pro palea ponit̄.vel ptinet vt plu
rimum ad laicos. Nunc agamus de clericis.

De horis canonicis Capitulū.iiij.

De officio diuino
quo officiantur eccl'ie. de quo agi
tur.di.xcj.diſt.per totū ⁊ inter ce
tera vbi dicit̄. Clericus victū ⁊ veſtitū ſibi arti
ficiolo vel agricultura abſqꝫ officij ſui dūtaxat
detrimento ꝓpararet.⁊ extra de cele.miſ.c.j.dr̄
q̄ debet dicere oēs horas. Hore canonice inſti
tute ſunt ab eccleſia vt dicātur ad laudandum
deū pro beneficijs ſuis inter que maxima ſunt
beneficiū creationis ſeptē diebus expletum. vt
pʒ Gen̄.j.⁊ beneficiū redemptionis ſeptē quo
dāmodo horis peractū matutinali videlʒ pri
ma tertia ⁊c̄.⁊ ipſe hore ſeptē ſunt iuxta illud.
Pō.cxviij. Septies in die.⁊c̄. Archi.tamen in
roſario matutinas ſeparat a ſeptē horis ponēs
pro prima hora diei.ſ.artificiales laudes ma
tutinaꝝ. De ipſo aūt proceſſu paſſionis dñs ho
ris peracte habes in officio crucis quod dicēti
Joā.xxij.dedit.xl.dies indulgentie dietim.

Queritur ergo .§.i.

primo qui teneant̄ ex precepto ad iſtas horas.
Rn̄. Primo quidem tenent̄ ordinati in ſacris
ſ.in ſubdiaconatu ⁊ ſupra. Et hoc tam ſm̄ oēs
theologos q̄ꝫ canoniſtas.extra de cele.miſſ.ca.
dolentes. Tenent̄ ſecūdo ex precepto q̄libet cle
rici bn̄ficiati ⁊ non exiſtētes in ſacris.ſm̄ Fran
ciſ.de zab.in lectura.ſuper cle.de cele..miſ.ca.
graui.nec excuſare ſe poſſint ratione exiguita
tis beneficij:ſi ex eo non participāt niſi neceſſa
ria ſed imputent ſibi exquo ſe fecerunt ad illō
intitulari. Idem Goffre.diſt.xcj.ca. clericus vi
ctum. Et quamuis Lau.dicat q̄ beneficiati in
minoribus exiſtentes poſſunt per alios officia
re ſeu per alios dicere horas:et precipue ſi ex
iuſta cauſa:puta ſtudij vel alia cauſa probabili
ſunt abſentes:⁊ per idoneum ſubſtitutum vel
ſubditum officiet eccleſiam ſm̄ Pe.⁊ Abba.ta
men idē Franciſ.tenet cōtrarium. Jo.an. etiā
ſuper.c.preſbyter.de cele.miſ.dicit theologos
tenere q̄ cū iſtud ſit onus perſonale:videt̄ q̄ p
alios ſolui non poſſit. Et idē in nouellis libēter
viderē q̄ fauore ſtudij ſtatueret eccleſia: q̄ cle
rici ſaltē in minoribus tātum beneficiati ſaltē
non curati:occupati bono zelo ad ſtudium te
nentes vicariū excuſarent̄ ab horis dicēdis ⁊ di
cēdo offm̄ beate v̄ginis. Dicūt ēt Inno.⁊ Hoſ.
q̄ oīs clic⁹ bn̄ficiat⁹ ſiue ſit i ſacris ſiue n̄ tenet̄
oīb⁹ dieb⁹ horas in eccl'ia dicē vel ſaltē audire.
Uerū eſt tn̄ q̄ excuſat̄ ab vtroqꝫ rōne iuſti ipe
dimēti.ſ.a dicēdo vel audiēdo in eccl'ia. Un̄ ſi
p̄ſes ſit clericus ⁊ dicat officiū in camera non
reddit debitum:q: tenet̄ eccleſiam officiare ni
ſi ſit legitime occupatus. Et tunc dicat vbicūqꝫ
ſit equitando:ſtando:vel eūdo:in vijs vel in ca
mera ⁊ tūc eccleſiam faciat per aliū officiare.
Intelligit Frā.de zab.illud de cele.miſ.c.j.vbi
dicitur.q̄ a ſacerdote:aut a ſcholaribus.ſ.cleri
cis officiū cōpleat̄ q:.ſ.cum ſacerdos poſt ince

pꝛium officiũ vocatur ꝓpter aliquã neceſſitatez:
puta ad infirmũ ⁊ hmõi: ſcholares. ſ. clerici pfi
cient illud. ⁊ ipſe ſacerdos ſepatim dicit qḋ ſibi
reſtat dicendũ. Tenenſ tertio ad hoꝛas religio/
ſi profeſſi quoꝝ religio ad actus vite cõtempla
tiue eſt inſtituta: ⁊ per eccleſiã ꝯfirmata. Et hoc
rõne ſue profeſſionis: qꝛ nõ ſoluz ſunt inſtitute
hmõi religiones adoꝛandũ particulariter pro
ſe: ſed etiã ad oꝛãduz pro vniuerſali vtilitate fi
deliũ. Ad hmõi aũt oꝛonem. ſ. fiendã in pſona
totius ppli xpiani pro vtilitate oium ſunt inſti
tute ſpẽaliter hoꝛe canõice Pe. de pa. dicit quẽ
libet religioſuz pfeſſum teneri ad hoꝛas. Reli/
gio aũt inſtituta ad opa vite cõtẽplatiue eſt ſta/
tus monachalis. Religio vero mẽdicãtiũ vtrã
qꝫ cõplectiſ. ſ. actiuã ⁊ contẽplatiuã. Hec Ber.
de trilia. in pꝛimo quodli. Ex hoc videſ ꝙ con
verſi nõ teneñ de neceſſitate ad hoꝛas. Aug.
de ancho. i ſum. de pote. eccle. dicit oẽs religio
ſos etiam cõuerſos teneri ad hoꝛas: alſ ex ne/
gligentia omittendo peccarent moꝛtalr̃: qꝛ eo/
ipſo quo applicati ſũt totaliter ad cultũ dei hñt
beneficium interpꝛetatiue. ſ. viuendi ex elemo/
ſynis vel de redditibꝰ monaſterij vel de q̃libꝰ
qui eis cõceduñ ab eccleſia rõne applicatiõis
ad cultũ diuinũ: ⁊ idem tenet pe. de pa. in. iij.

Secũdo querit .§. ij.

q̃d debeat dici pro hoꝛis. Rñdet Fran. de zab.
vbi. s. dicit Laudu. ꝙ ſi eſt cõſuetudo pꝛobabi
lis vel certa conſtitutio ſup hoc illud ſeruabũt.
di. xxij. nouit. Nam dicere hoc vel illud nõ eſt
in ꝓcepto cũ diuerſi diuerſa dicãt de cõſe. di. v.
ca. in die. Modus tñ dicendi hoꝛas quoad ſe/
culares clericos ſumẽdus eſt ab eccleſia roma/
na. vt in dicto. c. i die. vel metropolitana. di. xij.
c. ſi. Nec repꝛobatur per hoc ille vſus ſm Lau/
du. quo quidã cõtenti ſunt tribus pſalmis: li/
cet romana vel metropolitana eccleſia hoc nõ
ſeruet. di. xij. de his. quod puto intelligendum
de vſu antiquo alicuius eccleſie: non de eo quẽ
ſibi faceret ⁊ puata pſona. In regularibꝰ dicit.
Laudu. attẽdendũ eſſe oꝛdinationẽ regule ſue
⁊ ſuoꝝ ſtatutoꝝ. di. xij. placuit. ibi neqꝫ mõaſte/
rioꝝ. Sed i directoꝛio iuris. li. j. ti. vlij. dicit. ꝙ
oꝛdinatus ad titulũ ſue poſſeſſionis vel matri/
monij põt dicere quodcũqꝫ officiuz: qꝛ non eſt
obligatus ad iſtã vl' illã regulã ſpecialiter. Oꝛ
dinatus vero vel intitulatus ad certã regulam
vel eccleſiã teneſ dicere officiũ qḋ ibi fieri con/
ſueuit: alſ peccaret. di. xj. in his. Et hoc niſi eſ
ſet ſup hoc priuilegiatus vt clerici ⁊ religioſi
qui ſunt cõmenſales demeſtici cardinalium ⁊
epoꝛum quibus indulgetur ꝙ idez dicant offi/
cium nec ad aliud teneãtur. ¶ Pꝛebendarius
autez in duabus eccleſijs ſufficit ꝙ ſemel dicat
ſm cõſuetudinem alterius illaruz ſm Tho. in
quodli. Et videſ ꝙ magis debeat dicere officiũ
illius eccleſie vbi hz maioꝛẽ gradum q̃z vbi ha
bet pinguioꝛem ꝓbendam. Si aũt eſt paris di
gnitatis vtraqꝫ: pſens dicet ſm illã eccliam vbi
nunc eſt: abſens dicet qḋ ſibi placuerit alterius
illaꝝ. Monachꝰ ꝓfectus eccleſie ſeculari in di/
cẽdo offm̃ ſequeſ ꝯſuetudinem ecclie ad quam
trãſit ſm Hoſt. di. xij. ca. illa. Fratres oꝛdinis ꝓ
dicatoꝛuz ſunt ꝯtenti illarum eccleſiarum offi
cijs ad quas extra ſuos conuentus declinarẽt.
vt dicitur in conſtitutione eoꝛum.

Tertio queri/ .§. iij.

tur vtruz matutine beate virginis: vigilie moꝛ
tuoꝝ ⁊ ſuffragia ſunt de neceſſitate dicẽde poſt
hoꝛas: ⁊ dr̃ hic ſuffragiũ letanie ſm catholicõ.
Rñ. ſm Frã. de zaba. in cle. de cele. miſ. graui.
Laudu. credit ꝙ ex quo vno ⁊ eodẽ modo eccle
ſie illiꝰ huitoꝛes ꝯſueuerũt predicta pro hoꝛis
dicere: q̃libet de ipſis ad hoc teneſ. ar. de cẽ. c.
ex parte. Secus ſi aliq tñ diceret etiã plures ſꝫ
alij nõ. ar. xj. q. ij. c. ij. Idem dr̃ in directoꝛio iu
ris. li. j. ⁊ allegat Guil. De officio defunctoꝝ. di
cit goff. in quodli. q. ꝙ teneñ ad ipſum clerici
eccleſiarum collegiatarum ſm eãdem ꝯſuetudi/
nem eccleſie de qua ſũt ſiue pꝛeſentes ſiue non:
nõ autem ad illa que fiũt ex ſpeciali gratia pro
aliquo ad preces eius vel ea ad que aliq ex ſua
volũtate ſe obligauerũt. Et ſic canõici collegia/
ti ſpecialis eccleſie tenentur ad officium moꝛ/
tuoꝝ: ⁊ ad alia ſpecialia ſm ꝯſuetudinem eccle
ſie ſue. Et ſicut illi qui habẽt anniuerſaria tenẽ
tur dicere offm̃ moꝛtuoꝝ: ⁊ pꝛecipue illi q reci/
piũt diſtributiões illius anniuerſarij: ita etiam
cõmune offm̃ defunctoꝝ videtur iſtitutum ide
terminate pro omnibus bñfactoꝛibus qui nõ
determinãt ſibi anniuerſarium. Vñ videntur
teneri ad illud oẽs qui bona illius eccleſie per/
cipiũt. hec Goff. In oꝛdine predicatoꝛum ſolũ
miniſtri altaris cum hebdomadario ⁊ eo qui ẽ
notatus ad miſſam pro defunctis tenentur ad
vigilias quotidianas ſm oꝛdinarium. Alij au/
tem ſemel tñ ſm oꝛdinarium quando ſcilicet
in eccleſia dicẽdum eſt totum in aliqua die per
hebdõam. vt in conſtitutionibus eoꝛum habeſ.

Quarto queri/ .§. iiij.

tur qua hoꝛa ſint dicende hoꝛe canonice. Rñ.
in officiãdo quidem eccleſiam debẽt dici tem/
poꝛibus pꝛopꝛijs ſm moꝛem patrie: vel ſm re/
gulam ſuam quoad religioſos: ⁊ matutinas q̃/
dem ꝯuenietius tempus videſ eſſe dicere. iiij.
vigilia noctis. hoc enim ſm Pa. Hug. ⁊ Jh. eſt
matutinum. ſ. iter abſceſſum tenebꝛaꝝ ⁊ auro/
re aduẽtum lꝫ alij dicant ꝯtra. iuxta illud. Me

dia nocte ſurgebā ⁊c. ps. cxviij. de cele. miſ. c. j. Sȝ vt dictum eſt in hoc ſtādum eſt ꝯſuetudini loci vel ꝯſtitutioni ſi habetur. Officium aūt quod dr̄ in priuato. ſ. nō officiādo eccleſiam ſi dici nō poteſt propter occupatiōes horis proprys melius eſt preuenire ꝗ̄ tardare. Preuenire. n. dicit Hug. eſt prouidētia: tardare vero eſt negligētia. Un̄ ⁊ Joā. an. in nouel. de cele. miſ. ponit exemplum de quodam ſancto viro cui dicēti horas añ tempus ei afferebat angelus vuā acerbam: poſt debitum tempus afferebat vuā marcidam: tempore autem ꝯueniēti dicēti horas afferebat vuas maturas bōas. Solēt curiales ⁊ alij occupati dicere de mane vſqȝ ad veſperas excluſiue: ⁊ de ſero veſperas cū completorio ⁊ hoc ꝯſulitur. extra de cele. miſ. c. j. Matutinas etiam ſi quis diceret de ſero propter honeſtarum neceſſitatem occupationum nō male faceret. Nam ⁊ hoc in ſolēnibus eccleſijs quandoqȝ fieri ſolet: ſi autē hoc faceret vt quietius ſomno ⁊ voluptati vacaret: nō eſſet abſqȝ pctō ſm Tho. in quodli. nō tamē videtur de ſe eſſe mortale: quandocunqȝ quis tarde dicat offm̄ dū nō trāſeat dies qui ꝗ̄tum ad hoc videt̄ terminari circa mediā noctē. Non. n. iſtud p̄ceptum de horis dicēdis referſ ad tempus. Sȝ ſi quis pretermiſſa vna hora dicat aliam: puta poſt primam dic̄ ſextam ſufficit ſȝ Guil. ꝙ ſuppleat id tm̄ quod omiſit. puta tertiam ⁊ penitētiā agat de negligentia ſua. Item qui nondū dictis matutinis celebrat mortalr̄ peccat ſm Guil. ⁊ Hoſtien. ꝗ̄uis poſtea diceret ex h. ꝗ ſac̄ ꝯtra generalē ⁊ approbatā ꝯſuetudinē eccl'ie di. xj. in his reb'. Sȝ celebrādo anteꝗ̄ dicat primā nō peccat mortalr̄: niſi h. eſſet ꝯtra p̄ceptū vel ſtatutū.

¶ Queritur quinto .§.v.

de nō dicētibus horas quātum peccēt. Rn̄. hi ꝗ tenent de quib' dictum eſt in. §. j. ſi dimittunt aliquā horā ex induſtria vel negligētia ſua mortaliter peccant: ꝗ p̄ceptum tranſgrediunſ eccl'ie. xiij. q. j. qd̄ debeſ. Et ſi qs dimittat oēs horas vni' diei ſȝ Guil. nō pp̄terea cōmittit ſeptem pctā mortalia: ſȝ vnum. ⁊ tanto grauius quāto plus de ipſo dimittit: ꝗ totum offi. cium vnius dieſ cadit ſub vno precepto. extra de ce. e. miſſa. c. dolentes. Si autem dimiſit aliquas horas. puta primam: nonam: ⁊ cōpletoriū. tria pctā mortalia cōmiſit. ⁊ ſic de ceteris. Si aūt dimiſit propter aliquā neceſſitatē. puta pp̄ter defectum viſus: vel infirmitatem vel paupꝫtatem pp̄ter quā libro caret. recompenſat tn̄ equiualēs p pſalmos: vel orōnem dn̄icam: non peccat mortalr̄. ꝗ preceptum hm̄oi non eſt determinatū circa modū: nō tamē ex hoc videſ euadere graue pctm̄ ꝗ ad libitū ſuū ſine cā rōnabili mutat ꝯſuetum offm̄. qui etiam expendit pecuniā i ſuperfluitatibus ⁊ vanitatibus. ⁊ de breuiario nō curat. ⁊ ſic nō hn̄s breuiariū nō euadit mortale. Qui aūt ex obliuione dimittit nō peccat mortalr̄: teneſ tamen qn̄ recordaſ ſupplere omiſſum alr̄ tūc peccaret. Et vt dic̄ Pe. de pa. in. iiij. di. xv. dȝ orō hm̄oi eſſe integra vt nihil de ea furetur ſincopādo: omittēdo: nimis feſtinādo. ⁊ hoc intelligēdum eſt de illis qui offm̄ per ſe dicūt. Nam qui in choro horas dicūt nō tenentur repetere ea que a ſocijs dn̄r. puta verſus pſalmorꝫ: rñſorium: lectiones: inuitatoriū ⁊ ſimilia. ꝗ vnus in pſona omnium dicit. alij aūt dēnt attēte audire. vide. ſ. in. ij. p. ti. de accidia. c. negligentia. §. de negligentia circa diuinum offm̄ quod etiam reprehēdiſ in dicta decre. c. dolentes. Unde teneſ redicere ꝙ notabiliter male dixit. qd̄ videſ intelligendum cum notabiliter omittit de aliqua hora ſi vult euadere mortale. ſed etiam modicum dimittendo ſm Pe. ſiue pſalmum ſiue verſum ſiue dictionem: videtur ꝙ teneatur ad illud vel aliud loco eius. alr̄ peccat ſaltem venialiter ⁊ hoc quādo ſolus dicit: vel quando in choro dimittit ea que choro ipſius conueniunt. vt. ſ. dictum eſt. De his qui in dicendo officium exercent ſe in occupationibus manualibus. quomodo non ſatiſſaciant: ⁊ alijs negligentijs. habes ſupra in. ij. parte titu. ⁊ c. vbi ſupra.

¶ Queritur ſexto .§.vi.

de eo qui omiſit dicere officium diuinum vtrum de neceſſitate ſit ei iniūgendum ꝙ omiſſuȝ ſuppleat. Et idem rn̄deo ſm Tho. in quodlibe. ſicut in officijs diuinis exoluēdis obſeruāda eſt cōgruitas loci: ita etiam ꝯgruitas temporis: que obſeruari nō poſſet: ſi oporteret iniūgere omittenti ꝙ horas diceret quas omiſit: forte eniȝ in completorio diceret. Jam lucis orto ſydere. ⁊ in tempore paſchali officium dominice paſſionis. quod videſ abſurdum. ⁊ ideo nō videtur iniūgendum ꝙ eaſdem horas repetat. ſed aliquid ad laudem diuinam pertinēs. hoc eſt. n. cōe in oī officio diuino laus dei ⁊ ſuffragium fidelium. puta ꝙ dicat. vij. ps. penitentiales: vel vnum pſalterium vel aliquid amplius ſm delicti qualitatem. ꝗ̄uis enim eſſet debitor officij. quia tempore debito officij pretereūte: iam eſt impotēs ad ſoluēdum debito tempore. ⁊ ideo eſt ei alia penitentia iniūgenda Pe. etiam de pa. in. iiij. dixit. ſic ꝙ dei vicarius poteſt cōmutare reſtitutionem dei faciendam in aliqd deo acceptius. Dicere autem parum ⁊ cuȝ deuotione eſt deo acceptum. Unde ⁊ penitentiaȝ omiſſam poteſt commutare ſine audientia aliorum peccatorum. Reſtitutio autem huiuſmodi faci

enda non ſic ſubiacet arbitrio confeſſoris:qui
aũt omiſit vnã horam nõ opʒ ꝙ dicat oẽs alias:
nec etiam illam. Silr ſi ꝑ annum dimiſit offm̃
nõ opʒ ꝙ totum duplicet ſed in aliud poteſt cõ
mutari:qꝛ magis placebit deo:⁊ qꝛ in tedium
eſſet peniteñti. Ad hoc facit dictum Hierony. de
ꝯſecratio. di. v. nõ mediocriter ibi. Melior eſt
v. pſal. Archid. etiam in roſario. di. xcj. pniam
dicit hmõi eſſe arbitrariã. Dicit etiam Hoſtiẽ.
ꝙ ſi tanta fuit infirmitas in omittente offm̃. vt
ex toto impediat̃ ad horas dicẽdas. nõ tenet̃ re
dicere:nec penitẽtiam agere:ſi tamẽ ad caute/
lam velit hoc facere cõmẽdandus eſt. ſed ſi fin
xit ⁊ quartanã febrem vel aliam debilẽ ĩfirmi/
tatem habuit qua nõ obſtãte ſua negocia pro/
curaret nõ excuſat̃. Itẽ ſm Guil. ſi dicens offm̃
aliqua verba ꝑtermittit:nõ opʒ ꝙ ꝓpter hoc a
capite reſumat diſturbãdo offm̃. immo ſi dicẽ/
do in choro cum alijs ex aliqua neceſſitate in/
termiſit pſalmum lectionem vel aliqd hmõi. ⁊
nõ aliter poteſt omiſſuʒ ſupplere niſi ſubtrahẽ/
do vocem ab adiutorio chori. melius eſt pertrã
ſire ꝗ̃ officium chori minuere:poteſt tamẽ ali/
quid poſt officium hoc ſupplere.

Queritur ſepti/ .§. vij.

mo. Utrum attẽtio in horis dicẽdis ſit neceſſa
ria. Rñdeo. ꝗuis aliq dixerint ꝙ ſic:ita ꝙ in
eis nõ habẽs cor ad deũ ſed ad exteriora mor/
talr peccet:ꝓpter hoc in fine illi᷒. c. dolẽtes. eẋ
de cele. miſ. ꝙ precipit̃ dici totũ offm̃ ſtudioſe
pariter ⁊ deuote. ⁊ ſi verbum ſit durũ tamẽ ſcri
ptum. benignior tñ eſt ſnĩa ſm Hoſt. qui dicit.
ꝙ in precepto eſt horas dicere. ſed alia que in
deuotione ꝯſiſtunt ſuadẽdo dñr. Et hoc eſt qđ
dicit lr̃a ibi. ꝗ̃tum deus dederit ⁊c̃. ꝑ que ver/
ba appoſuit ꝯſilium fragilitati humane cõpa/
tiendo. q. d. precipimus:vt vnuſquiſqꝫ de die
⁊ de nocte dicat horas ſuas. Intẽtionem autem
⁊ deuotionem in precepto nõ ponimus:ſʒ grãe
dei ſm ꝙ ipſe dare voluerit duximus relinquẽ
dum. Et huc itellectum teneas q benignior ẽ.
⁊ qꝛ nõ dʒ eccleſia alicui laqueũ inijcere. xxvij.
q. j. de viduis. ij. nec hoies dʒ eccleſia oneribꝰ
importabilibus alligare. xxvj. q. vij. c. alligant
Hoſti. ⁊ Hein. Aſſignat etiam Umber. aliaʒ rõ
nem ad hoc qꝛ. ſ. cuʒ hoc ſit preceptum de iure
poſitiuo:nõ referũt niſi ad ea que ſub iudicio
humano cadere poſſunt. Et iſta ſunt que exercẽ
tur per actus exteriores:nõ autem per interio/
res facit etiam ad hoc Glo. ſuper. c. graui. de
celebran. miſ. in clemen. ſuper verbo. fructum
labiorum. vbi dicit Archi. ex hoc ꝙ ſatis eſt la
bijs ſeruire in diuinis horis. licet cor diuertat
ad alia. Hec ibi. Ex quo etiam patet ꝙ verum
eſt ꝙ non ſufficeret horas dicere mente.

Octauo nota de §. viij.

attẽtione in orõne Pe. de pa. in. iiij. di. xv. ſic di
cit. Ad orõnem ſicut ad quodlibet bonũ opus
poteſt requiri duplex attẽtio. Uno modo vt orõ
ab intẽtione procedat. Alio modo vt intentio
continue concomitet̃ orõni. Primo modo req
rit̃ attẽtio tam ad orõnem publicam ꝗ̃ priuatã
⁊ nõ ſolum ꝓpter meritum:ſed etiam ad vitan
dum pctm̃ qñ orõ dꝫ ex precepto. Primũ patet
ſic. qꝛ nulluʒ eſt opus meritoriũ:niſi ex intẽtio
ne ꝓcedat aliter enim nõ eſt opus humanum:
cũ homo ſit homo ꝑ rõnem ⁊ volũtatem. Si er
go orõ dʒ eſſe meritoria opʒ ꝙ ꝓcedat ex inten
tiõe ⁊ ſilr ad hoc vt euitaret̃ tranſgreſſio prece
pti:qꝛ preceptũ dat̃ hoibus:⁊ ideo opʒ ꝙ nõ ꝓ
cedat ex ſola imaginatiõe que cõis eſt nobis ⁊
brutis. ſed ex deliberatiõe que reqrit attẽtionẽ
ꝯcor. Tho. in. iiij. di. xv. di. ꝙ attẽtio in oratio/
ne ſemp dʒ manere ſm ſui virtutem. qđ eſt me
dium inter eſſe in habitu ⁊ eſſe in actu. Tũc au
tem manet attẽtio in oratiõe ſm virtutem quã/
do quis accedit ad orõnem cum intẽtione ali/
quid operãdi vel deo debitũ obſequium red/
dẽdi:⁊ſi in proſecutionẽ orõnis mẽs ad alia ra
piat̃. niſi tãta fiat vagatio ꝙ depeat vis prime
intẽtionis. ⁊ ideo opʒ ꝙ frequẽter homo cor re
uocet ad ſeipm̃. Hec Tho. ſequit̃ eũ Pe. de pa.
Nõ tamẽ requirit̃ ꝙ intẽtio comitet̃ actualiter
totam orõnem. qꝛ nec hoc reqrit̃ in qbuſcunqꝫ
operibus bonis nec hoc eſt poſſibile ꝑꝑ euaga
tionem mẽtis humane:requirit̃ tñ ꝙ orãs ſciẽ
ter nõ diſtrahat mẽtem ab orõne:hoc. n. nõ po/
teſt eſſe ſine culpa mortali vel veniali. Euaga/
tio vero que eſt ꝑter intẽtionem ⁊ ꝓpter occupa
tiõem ꝑcedẽtem licitam:pctm̃ nõ eſt:ſecus ſi ꝓ
pter illicitam. Sed ſi euagatio eſt aduertẽter ⁊
ſolum ſm actũ iteriorem:lʒ temeraria ⁊ grauis
foret nõ tñ mortale niſi ꝑꝑ ꝯtẽptũ:qꝛ eccl̃ia nõ
hʒ iudicare de actibus iterioribus mere ꝑꝑ qđ
miniſter eccl̃ie:lʒ dicendo orõnem cogitet aliđ
nõ videt̃ trãſgreſſor ꝑcepti ex natura facti. Si
aũt euagatio mẽtis ſit ex hoc ꝙ aliqs ſciẽter ſe
occupat in actu exteriori q nõ ſecum patiat̃ at/
tẽtationẽ videt̃ eſſe culpa mortalis ⁊ directe cõ
tra ꝑceptum eccleſie. de cele. miſ. c. dolẽtes. vbi
ꝑcipit̃ ꝙ offm̃ celebrẽt ſtudioſe:pariter ⁊ deuo
te. Hoc nõ obſeruãt qui occupãtes ſe in actu ex
teriori ſciẽter ſibi attẽtionem ſubtrahũt. Unde
quod Tho. dicit ibi. ꝙ in oratiõe ſi in alijs ſpõ
te ſe quis occupat in his que mẽtem diſtrahũt
ſicut ſunt opera exteriora:⁊ſi ad cõtrariũ mẽs
euagetur:eri. i. culpa mortalis erit. exponit idẽ
Petrus ⁊ dicit ꝙ loquendo de oratiõe que eſt
ꝑcepti humani illud verbum contrarium non
refert̃ ad orõnem:qꝛ bona opera exteriora etiã

non ſunt ꝯtraria orationi: ſed eſt referēdum ad
attentionem quādo ſcilicet ſe exterius occupat
circa aliquid incompoſſibile attētioni orōnis.

Queritur nono .§.ix.

vtrum ſit cantādum offm̄. R̄n̄. de hoc nō reperit
aliqd̄ pceptū nec de iure diuio: nec de iure po/
ſitiuo cōi: ⁊ ſic in hmōi hꝫ locuꝫ qd̄ dicit Hiero.
Vnaqueqꝫ prouincia in ſuo ſenſu abundet. di.
xxv. vnuꝫ. Dicit autem bea. Tho. ij. ij. q. xcj. ar.
ij. ꝙ cum laus vocalis ad hoc ſit neceſſaria vt
affect⁹ hoīs prouocet in deum quecūqꝫ ad hec
vtilia eſſe poſſunt in diuinas laudes ꝯgruēter
aſſumunt. Et qꝛ ſm̄ diuerſas melodias ſonoꝝ
animi hominū diuerſimode diſponunt: ideo
ſalubriter fuit inſtitutuꝫ: vt in diuinas laudes
cātus aſſumerent: vt animi īfirmoꝝ magis ꝓ/
uocarent ad deuotionem. hec ille. Vbi ergo ex
cantu nō excitat deuotio ſed tedium creſcit ex
labore vel ignorantia cantus ⁊ hmōi videtur
potius dimittēdū niſi ꝯſtitutio vel obedientia
ꝓhibeat. ¶ Et nota ꝙ Hiero. di. xcij. c. cantan/
tes dicit. Deo nō voce ſed corde cantandū nec
in tragediarum moduꝫ guttur ⁊ fauces medi/
camine liniēde ſūt: vt in eccleſia theatrales mo
duli audiant ⁊ cantica. hec ille. Vbi ſm̄ Tho.
ꝓhibet cantus ꝑpter oſtentationeꝫ vel delectatio
nem ꝓuocādam vel etiam modo theatrico. di/
cit glo. vt ballatas vel hmōi. de hoc etiā di. ea.
c. in ſancta. De organis vero dictum eſt. s. in ti.
de artificibus. Alber. etiam dicit ꝙ muſica ⁊ cā
tus ex quo nūc fiunt cōiter in malum iō pſone
eccliaſtice depoſuerūt qꝛ in ſignis gaudij non
eſt cōicandum cū pctōribus. Frāciſcus petrar/
cha florentinus poeta. in li. de remedijs fortu/
ne vtriuſqꝫ refert ꝙ athanaſius ꝓhibuit cant⁹
fieri in ecclia tpe officij diuini ad remouenduꝫ
videlꝫ leuitatem ⁊ vanitatem que inde oriunt:
aliqn̄ in mentibus cantantium ⁊ audientium.
Vn̄ Grego. di. xcij. c. in ſancta dicit. Plerunqꝫ
fit vt dum blāda vox querit ꝯgrua vita negli/
gat: ⁊ cantor miniſter deuꝫ moribus ſtimulat:
cum populum vocibus delectat. Sed Ambro.
⁊ Grego. inſtituerūt cantum in eccleſia ad exci
tandum deuotionem. Aug. aūt in li. ꝯfeſ. dic.
Quotiens me plus delectat cantus ꝙ̄ verba fa
teor me peccare. Nota ſm̄ Hug. de ſan. vi. c. ꝙ
tres ſunt ſpēs ſonoꝝ qui tres modulos faciūt:
fit enim ſonus pulſu voce ⁊ flatu. Pulſus per/
tinet ad cytharam: flatus ad tubam ⁊ organū:
vox ad cantum: hec antiquus populus in lau/
dem exercebat dei. Hec conſonantia ſonorum
poteſt aſſignari concordie morum. ſ. ad popu/
lum cythare manus operatio. ad flatum orga
ni mentis deuotio. ad cantum vocis ſermonis
exhortatio referatur. Ber. Frangis vocē. fran
ge voluntatem: ſeruas ꝯſonantiam vocum ſer Quatu
ua ꝯſonantiam moꝝ. Et nota ſm̄ guil. du. in li. or ſunt
rōnalis diuinoꝝ offōꝝuꝫ ꝙ ſicut annus ſolaris tēpora.
habet quatuor tpa. ſ. hyemem: ver: eſtateꝫ: ⁊ au
tumnū: ita ⁊ magnus totius tpis ab adam vſqꝫ
ad finē mundi annus quatuor tempoꝝ varie/
tate menſurat. Primum tp̄s fuit deuiatiōis in
humano genere ab adā vſqꝫ ad Moyſen: hoc
tp̄s qꝛ fuit cecitatis ⁊ ignorātie: bene cōcordat
hyemi obſcure. Scōm tp̄s fuit reuocatiōis ſeu
renouationis a moyſe vſqꝫ ad xp̄i natiuitatem
⁊ hoc ꝯcordat cum vere qd̄ hꝫ aliqd luminis ⁊
multū obſcuritatis: ⁊ ſic hoīes edocti fuerūt ꝑ
legem: ſꝫ in ſignis erant. Tertiū tp̄s fuit recō/
ciliationis ſeu viſitatiōis a xp̄i natiuitate vſqꝫ
ad aſcēſioneꝫ eius: ⁊ hoc ꝯcordat eſtati in qua
claritas regnat. Quartuꝫ eſt ꝑegrinationis ab
aſcēſu xp̄i vſqꝫ in diē iudicij: ⁊ hoc ꝯcordat au
tūno q hꝫ aliquid obſcuritatis: ſed amplius lu
minis. Hec quatuor tpa repn̄tat ecclia ſingulis
annis in diuinis officijs. Tp̄s deuiationis in
quo mors regnauit repn̄tatur a. lxx. vſqꝫ ad pa
ſcha: recolēs caſum ⁊ penam primoꝝ parētuꝫ
ꝑpter eoꝝ culpam. Vn̄ cantica leticie ſubticet.
Tp̄s reuocationis repn̄tat ab aduentu dn̄i per
quem oia renouata ſunt vſqꝫ ad natale. Tēpus
recōciliationis ab octauis paſche vſqꝫ ad pen
thecoſtes octauaꝫ. Tp̄s ꝑegrinationis ab octa
uis pēthecoſtes vſqꝫ ad aduentum dn̄i. Et qꝛ ꝑ officiuꝫ
aduentū dn̄i oia renouata ſunt: iō in honorem dicitur
eius eccleſia ab aduētu incipit diuina officia.
Et dr̄ offm̄ quaſi efficiū vnicuiqꝫ. n. ꝯuenit effi
cere offm̄ ſuū. Iſi. ꝯgruitas actus vniuſcuiuſqꝫ
pſone ſm̄ morē ciuitatis vel inſtitute ꝓfeſſiōis.
De pſalmis Dauid Aug⁹. in li. xvij. de ciui. dei
ait. Dauid vir in canticis eruditus armoniam
muſicam non vulgari voluptate: ſed fideli vo/
luntate dilexit: eaqꝫ deo ſuo myſtice rei magne
figuratione ſeruiuit diuerſorum enim ſonoruꝫ
rationabilis moderatuſqꝫ concentus concordi
varietate compactam bene ordinate ciuitatis
dei ciuitatem inſinuat. Dionyſius de angelica
hierarchia. Pſalmorum ſacra oratio ⁊ omnis
agiographia ad deificationem animorum no/
ſtrorum oportune narratur continua quo ſa/
cratiſſimorum hymnologia animales noſtros
habitus coadunare diſponit. Vincent. in ſpe.
hiſt. li. iij. c. lxxij. de eo ſic ait. Hic dicitur exi/
mius prophetarum: quia non ſolum futura de De lau/
chriſto predixit: ſed etiam ipſuꝫ de ſemine ſuo de Da/
naſciturum promiſſum annunciauit ⁊ ſolilo/ uid.
quia ideſt pſalmos vel hymnos qui ſolitudinē
mentis exigunt: vtpote qui omni affectu ſpiri
tuali ⁊ diuina contemplatione pleni ſunt deuo
tiſſime decantauit domino. De quibus apoſto
lus ad Eph. v. c. Implemini ſpūſctō loquētes

vobiſipſis in pſalmis ⁊ canticis ſpūalibus. vt
pꝫ q: frequentatio eoꝝ carnalia deſipe facit: ⁊
mentes pſallētium ſpūali deuotione reficit: tri/
ſtitiam quoqꝫ ſeculi ⁊ faſtidiū boni ab animis
repellit dicēte Jaco. apſo. v. ca. Triſtaẜ aliquis
ex vobis oret equo aīo ⁊ pſallat. hec ille. Hie
ro. in epl'a ad Paulī. Dauid ſimphonides no/
ſter pindarꝰ ⁊ alcheus flaccus qꝫ catullus atqꝫ
ſerenꝰ. Et orpheꝰ xp̄ꝫ lira pſonat: ⁊ in dcacordo
pſalterio ab īferis ſuſcitat reſurgētē. Fuerūt p̄
dicti quoqꝫ nomina hic ponit Hiero. poete āti/
qui ſuauiter loquentes: ſic dauid ſuauiſſime
metrice pſalmos edidit ẜꝫ Hiero. ⁊ ẜꝫ Aug. ⁊
oēs ps. cl. ipſe compoſuit: ſꝫ ſꝫ Nico. de lira
dicat nō omnes ipſe dauid ſed aliquos. alios
autē Aſaph ⁊ ydithū. ⁊ quoſdā alios edidiſſe.
Nico. etiam dicit Dauid ſummuꝫ ꝓphetarum
ex hoc q: copioſius myſteria xp̄i dſcripſit q̄ʒ ali
quis alius propheta. Omnes autem prophe/
te ad xp̄m ordinabantur in ſuis propheţijs. ſꝫ
tho. ij. ij. q. clxxiiij. arti. iiij. in Rñ. ad primum
dicit moyſen ſimpliciter fuiſſe maximum pro
phetarum ex eo q: clarius diuina conſpexit: q:
diuinā eſſentiam clare vidit: tum quia copioſi
us que procul ſunt a noſtra cognitione. Unde
propheta dicitur ſcꝫ procul fans: quia de prete
ritis. vt de creatione mundi ⁊ patriarchis. de
quibus in Geñ. agitur ⁊ de preſentibus occul/
tis: ⁊ de futuris: vt xp̄i myſterijs p̄dixere: tum
quia ⁊ miraculis multis que ex parte dei dice/
bat occulta cōfirmauit: qd̄ aliquo mō etiam ad
prophetiā ptinet per ip̄m etiā legē dedit deus.
Sed dauid fuit maximus ꝓphetarū ẜm quid.
i. q̄ʒtum ad myſteria xp̄i: de quibus copioſius
q̄ʒ alij ꝓphetauit dm ſi pſalmis ꝓpterea magis
aſſumpſiſſe in officijs diuinis. vt in miſſa ⁊ ho/
ris canonicis que quotidie dicunẜ q̄ʒ ỽba alio/
rum ꝓphetarū. tuꝫ q: modo oratiuo loquiẜ cōi
ter: ⁊ ñ aliqñ mō narratiuo. vt recolendo geſta
per pp̄l'm illū. vt in pſal. Cōfitemini. ⁊ Attendi
te. ⁊ hmōi. ẜ agit vt in orone diſcamus bñficia
dei reddere colē ⁊ deo grās agere. bella lapſus
⁊ profectus ſpūalia intelligendo deo humilia/
ri ⁊c̄. tum etiam quia de myſterijs xp̄i plenius
loquitur: quem maxime in oronibus d̄bemus
meditari: ⁊ ip̄m opere imitari. ⁊ modo diſtin/
ctiori quia per verſus ⁊ cōpendioſiori: quia in
pauciſſimis verbis miſte ⁊ magne ſnie in diuer
ſis materijs cōprehenduntur in quibus intel/
lectus pōt ſe diffundere. tum ad inducēdū pec
catores ad ſpem venie. Duꝫ eius dicta qui ma
ximum peccatū cōmiſit. vt adulteriū ⁊ homici
diū conſiderant: cū magna veneratiōe hīi. ⁊ re
uerſum ad pniam deus ſuſcepit: nec ſpū ꝓphe
tie priuauit. Sed ⁊ ſi iuſti eius exemplo mltū
habent timere: qui tm̄ virum ſpū prophetico

plenum. de quo dñs dixerat per Samuelē pro
phetam. j. Reg. xiij. c. Inueni hominem ẜꝫ cor
meum: ita ſubito in ſceno luxurie demerſum
Et intelligatur quia omnis homo mēdax. ideſt
ex ſe aptus ad omne peccatum.

¶ De cerimonijs miſſe ⁊ expoſitionibꝰ ſuis.
Capitulum. v.

Inter omnia offi/
cia que aguntẜ in eccleſia nil digni
us eſt ⁊ ſolēniꝰ miſſa ⁊ de hac nūc
agendum. Ubi ſciendū prout dẜ
in rōnali diuinorū officioꝝ. Miſſam inſtituit
dñs Jeſus qui panē ⁊ vinuꝫ in corpus ⁊ ſangui
nem ſuum trāſmutauit dicens. Hoc eſt ⁊c̄. hoc
facite in meā cōmemorationem. Matth. xxvj.
Hanc miſſam adauxerūt apl'i dicentes non ſo/
lum verba premiſſa. verūetiā orōneꝫ dñicaꝫ ſu
peraddētes. vt in cañ. de cōſe. di. j. c. Jacobꝰ fra
ter dñi dicitur. Jacobus frater dñi ep̄s hieroſo
lymitanus. ⁊ Baſilius ep̄s ceſarienſis tradide
runt nobis ordinem celebrādi miſſaꝫ: qd̄ intel
ligendū eſt quoad quedaꝫ. non quoad oīa. Et
dicitur ipſe Jacobus apl's primus miſſam cele
braſſe vel ſaltem pōtificaliter. Subſequenti ỽo
tp̄e epiſtola tm̄ ⁊ euangelio recitatis miſſa cele
brabaẜ. Introitus dẜ ẜ principiū miſſe. q: duꝫ
caniẜ ſacerdos miniſtraturus ad altare itrat. vẜ
q: repreſentat introitū filij dei in mundū. Et q:
ſancti patres ⁊ prophete añ aduentum xp̄i ſu/
ſpirantes premiſerunt deſideria opa ⁊ laudes:
ad hoc inſinuādū in principio miſſe dicitur in/
troitus ſeu antiphona deſignans deſideriū pa/
trum. Exinde verſus ⁊ cōmuniter de pſalmis
Dauid. Et ſignificat opa. ⁊ iō verſus dẜ. q: ver/
ſionem ad opus vel ad itroitū ſignificat. Poſt
operationē danda eſt gl'ia deo trinitati. Uñ ſeq
tur. Gloria pr̄i ⁊ fi. ⁊ ſ. ſ. que dici in officio eccl'ia
ſtico inuētū fuit a Hiero. ſed ſtatutū a Damaſo
pa. reſumiẜ introitꝰ ad exp̄mēdū magnitudinē
deſiderij xp̄m expectātiū. Dū aūt introitꝰ dicitẜ
ep̄s vel ſacerdos de ſacra ede egrediẜ indutus
ſacris deſignans xp̄m: q: aſſumpta carne i mū
dū itrauit Diaconus accedēs cū deſignat legē
⁊ prophetiam. Subdiaconus deſignat ſcribas
ſeu legiſdoctores vel etiam Joanneꝫ baptiſtaꝫ
precurſorem. Ceroferarij cum luminaribꝰ apo
ſtolos ⁊ diſcipulos eius. Uel melius. diaconus
⁊ ſubdiaconus apoſtoli. ⁊ lxxij. diſcipuli: cero/
ferarij. lex et prophetia ante omnes hos altare
ad quod accedit ſignificat eccleſiaꝫ: oſculum
altaris coniunctionem per dilectionem cum
ea. Duo cornua altaris ſignificant duos po/
pulos ſcilicet iudaicum et gentilem. Et qu ia
primo venit ad iudeos. Ideo prius officium
ſacerdos dicit in dextra parte altaris. quia

ſignanſ p dextrum cornu altaris pp cultum ve
ri dei. Et exinde vadit ad ſiniſtram. cum dicif
euangeliū: qꝛ ad gentilem ppl'm tranſiuit deſi
gnatum p ſiniſtrum cornu. ⁊ hoc p predicatio
nem euangelicā: tandem reuertiſ ad dextrum
circa finē miſſe: qꝛ iudei a qbus nūc remota eſt
fides euangelij tandē circa finē mūdi ꝯuerten
tur ad xp̄m. Lectio ep'le ſignificat predicatiōeꝫ
Jo. bap. vel pnunciationem legis ⁊ pphetaꝝ.
precedit aūt vnus tm̄ acholitus ſubdiaconū. qꝛ
pauci ſecuti ſunt predicationē Jo. ⁊ neminem
ad pfectum pduxit lex. Uoluit autem ſubdia-
conus faciem ad altare. qꝛ predicatio Joannis
⁊ lex ⁊ pphetia ad xp̄m ordinabaſ ſignificatuꝫ
p altare. Et dꝛ ep'la grece latine ſupmiſſio miſſa
eſt. n. ab ap'lis ſupra legem ⁊ euāgeliū: dum au
tem legiſ ep'la ſedendū eſt: qꝛ doctrina in ſilen
tio ⁊ qete audienda eſt. Poſt ep'lam ſeqtur gra
duale ſeu rñſorium qđ ptinet ad opa vite acti-
ue. vt noteſ nos operibus rñdere ble q̄ audiui
mus in ep'la. Dꝛ ⁊ rñſorium. qꝛ graduale ⁊ ver
ſus rñdere dꝫ in materia de qua ibi agiſ. Dein
de dꝛ euangeliū qđ latine dꝛ bonum nunciuꝫ:
⁊ ſignificat hoc p̄dicatores noui teſtamēti. Su
mit aūt euangeliuꝫ de altari. ideſt a verbo dei
bñdictionem petit. qꝛ nemo dꝫ p̄dicare niſi miſ
ſus. Legiſ autem euangeliū in ſiniſtra parte: qꝛ
euangelium tranſiuit ad gētes p ſiniſtrum deſi-
gnatas. Supponiſ autē pulpito. vbi legenduꝫ
eſt euangelium: puluinar. qđ deſignat tēpora-
lia que debenſ p̄dicatoribus miniſtrari vel ſua
uitatem doctrine xp̄i. Duo acholiti cū cereis ſi
gnant vel diſcipulos binos quos xp̄s miſit an̄
ſe pferentes coruſcatiōes miraculoꝝ ⁊ odoreꝫ
virtutum: vel famam ⁊ virtutē xp̄i p̄cedentia
eius doctrinā. Tenet aūt diaconus faciem ver
ſus aqlonem ad innuēdum. ꝙ doctrina euan-
gelica ordinaſ ad expellēdum diabolū. Eſt aūt
audiendum ſtando non ſedēdo. vt de ꝯſe. di. j.
ap'lica. vt promptitudo noteſ ad ſeruandum fi
dem ⁊ doctrinā xp̄i. Capite aūt diſcooperto ad
inſinuandum intētionē magnam ⁊ reuerentiā
magnam. Hec oīa predicta extracta ſunt in li-
bro Guil. du. qui dꝛ rōnale diuinorum officio-
rum. ¶ Qꝛ in hoc ſacro qđ in miſſa pficiſ ſm
Tho. in. iij. pte. q. lxxxiij. ar. iiij. in corpore. to-
tum myſterium nr̄e ſalutis comprehēditur. iđ
pre ceteris ſacris cuꝫ maiori ſolēnitate agitur
Et qꝛ in ſacris aliqđ dupl'r ſignificaſ. ſ. v̄bis ⁊
factis ad hoc vt ſit perfectior ſignificatio. Hinc
eſt ꝙ in celebratione huius ſacri ſeu in miſſa q̄
dam dr̄ ⁊ aguntur ad repn̄tandū xp̄i paſſioneꝫ.
quedā corporis xp̄i myſtici diſpoſitionem qđ
ſignificaſ in ip̄o ſacro: quedā ptinētia ad ipi[us]
ſacri reuerētiā ⁊ deuotionē. vt patebit. j. Et qꝛ
ſm Tho. in. iiij. di. viij. in expoſitione l're circa

princi. Oīs noſtra opatio a deo dꝫ incipe. ⁊ cir
culariter in ip̄m terminari. ideo offm̄ miſſe in-
cipit ab orone: ⁊ terminaſ in gratiaꝝ actioneꝫ.
Unde tres partes hꝫ principales principiuꝫ. ſ.
orationis ipſius: que durat vſqꝫ ad epiſtolam: me
dium ſcilicet celebrationis ipſius: q̄ durat vſqꝫ
poſt communionem. ⁊ finem videlicet gratia-
rum actionis exinde vſqꝫ in finem.

¶ Quantum igi- .§. i.
tur ad orōnem que ptinet ad principium pre-
paraſ populus ad eam p ea que premittuntur
tripl'r. videlꝫ. Primo per deuotionē que excita
tur in introitu miſſe. Uñ dꝛ aliquid ptinēs ad
laudem diuinam vel ptinens ad ſolēnitatē in
cuius deuotionē pp'ls ꝯgregaſ: ⁊ ſumiſ hoc vt
plurimum de p̄s. vel ſaltem cum pſalmus can-
taſ. qꝛ vt dicit Diony. de celeſti hierarchia pſal
mi p modum laudis comprehendunt qcquid
ꝯtineſ in ſacra ſcriptura. Et bꝫ Guil. du. Celeſti
nus papa inuenit introitū. Scđo preparaſ po
pulus ad orationem p humiliationem que fit
p kyrieeleiſon. qđ eſt nomen grecum: ⁊ latine
eſt domine miſerere. Miſericordiaꝫ aūt petēs
miſericordiā ꝯfitetur. ⁊ dꝛ ter p pſona patris: ⁊
ter p pſona filij. ſ. chriſte eleyſon. ⁊ ter p pſona
ſpūſſancti. ſ. kyrie eleyſon. ꝯtra triplicem nr̄aꝫ
miſeriaꝫ. ſ. ignorantie: culpe: ⁊ pene. Et qꝛ que-
libet pſona diuina in ſe ꝯſideratur: ⁊ in ordine
ad alias duas: vel etiam dꝛ nouies ꝓpter nouē
ordines angeloꝝ. Et ſm Guil. dominus Silue
ſter papa ſtatuit a populo ⁊ clero dici. ſꝫ poſtea
Grego. ſoluꝫ a clero. Tertio preparaſ per rectā
intentionem que ad celeſtem gloriam dirigen
da eſt que omnē rōnem humanam excedit. Et
hoc fit p gloria in excelſis deo. qđ canticuꝫ cho
rus pſequiſ ſacerdote inchoāte. Et ideo non dꝛ
niſi in ſolēnitatibus que celeſtē repn̄tant ſolem
nitatē. In officijs vero luctus intermittiſ vt a
lxx. vſqꝫ ad paſcha ⁊ alijs ferialibus diebus. Et
ſm Guil. durā. reſiduuꝫ eius qđ dixit angelus
poſt bone volūtatis. cōpoſuit Hilarius ep̄s. vl'
ſm alios Theleſphorus papa. Sꝫ Simmach[us]
papa ordinauit in feſtis dici vbi prius tm̄ i na-
tali dicebatur. Deinde ſequitur oratio ad deuꝫ
pro populo fuſa vt digni habeantur tantis my-
ſterijs quam ſacerdos publice proponit p̄miſ-
ſo dominus vobiſcum: quod ſumitur de ruth
c. ij. Pontifex autem dicit. Pax vobis gerens
typuꝫ chriſti qui diſcipulos poſt reſurrectionē
ſic allocutus eſt ⁊ vertit ſe ad populuꝫ. Ubi no
ta ꝙ quinquies in miſſa ſe ad populum ſacer-
dos vertit: ad ſignificanduꝫ quinqꝫ apparitio
nes chriſti in die ſue reſurrectionis. Sed ſepti
es ſalutat: quinquies vertendo ſe ad populum
⁊ bis verſus altare. ⁊ deſignat ſeptiformē graꝫ

ſpiritusſancti quam populo optat. Et ſm Guil.
du. Gela. papa orones a ſe vel ab alijs factas or
dinauit. ſed Grego. ſecluſis ſuperfluis rationa
bilia coadunauit addens ⁊ alias. Et dicit colle
cta. qr ſacerdos quaſi colligens intentionez po
puli ad deum porrigit. Terminantur autem p
dominū ⁊c̄. tanqȝ per merita humanitatis ei⁹
ſ. ieſu xp̄i domini noſtri exaudiende.

¶ Quantum ad .§. ij.

medium miſſe. i. celebrationem. Nota ſʒ Tho.
di. viij. i. iiij. in expoſitiōe littere circa mediuz:
ꝙ iſta ſecunda pars habet etiam tres partes.
¶ Prima eſt ppli inſtructio vſqȝ ad offertoriū.
¶ Scd̄a eſt materie oblatio vſqȝ ad ꝑfationez.
¶ Tertia eſt ſacri ↄſummatio vſqȝ poſt cōionē
Primū. i. inſtructio fit p verbum dei: qd̄ a deo
p miniſtros ſuos ad populum ꝑuenit: ⁊ iō que
ad inſtructionez populi ꝑtinent nō dn̄r a ſacer
dote ſʒ a miniſtris. Miniſteriū aūt vbi dei eſt
triplex. ¶ Primū ē auctoritas qd̄ cōpetit xp̄o
q dr̄ miniſter. Ro. xv. Erat. n. in ꝑtāte docens.
Math. vij. ¶ Scd̄m manifeſte vitatis qd̄ cō
petit ꝑdicatoribus noui teſtamēti. de qbus di
ij. cor. iij. Qui idoneos nos fecit miniſtros no
ui teſtamēti ⁊c̄. ¶ Tertiū figuratiōis qd̄ com
petit ꝑdicatoribus veteris teſtamēti: ⁊ ideo do
ctrinam xp̄i ꝑponit diaconus. Et qr nō ſolū eſt
homo ſʒ etiam deus: ideo diaconus premittit.
Dn̄s vobiſcum. vt ad ipſum quaſi ad deuz ho
mines attētos faciat. Doctrina vō ꝑdicatoꝝ no
ui teſtamēti. ꝑponit p ſubdiaconū. Nec obſtat
ꝙ aliq̄ ab eis aliqd legit loco ep̄le de veteri te
ſtamēti: q: ꝑdicatores noui teſtamēti etiam ve
tus ꝑdicāt. Doctrina vō ꝑdicatoꝝ veteris teſta
mēti p inferiores miniſtros legit: nō ſemp ſed
illis diebus qbus ↄfiguratio noui ⁊ veteris te
ſtamēti ꝑcipue deſignat: vt in ieiunijs quatu
or tempoꝝ. Et qn̄ aliqua celebrant que in vete
ri figurata ſunt vt natiuitas baptiſmus: paſſio
⁊ hmōi. Et qr vtraqȝ doctrina ordinat ad xp̄m:
⁊ eoꝝ q preibāt: ⁊ eoꝝ qui ſequebant. vt patet.
Matt. xxi. c. ideo doctrina xp̄i preponit quaſi
finis. ⁊ ſʒ Guil. du. euāgelia ⁊ epiſtolas in miſ
ſa dici qs primo ſtatuerit certū nō eſt. Hiero. th
ſpa ⁊ alia que de veteri ⁊ nouo teſtamēto hn̄tur
in eccleſia: in miſſis ⁊ officijs magna ex pte or
dinauit ꝑter cātum. Et dama. papa approbauit
⁊ ſeruari mādauit. Addiderunt cātum. Gela. ⁊
grego. ⁊ alij. Ex doctrina aūt nos ordinante ad
xp̄m ſm Tho. in. iiij. di. viij. in expoſitione lr̄e.
circa medium duplex effectus ſeqtur in nobis
quiritur ꝙ per intentionem ſe determinet ad
opus:qḋ in virtute principalis agẽtis produ//
cere debet.ideo ſequitur ꝙ vbi nõ determinat
ſe nihil operaƒ. Si võ ſacerdos ignoret nume/
rum vndecim hoſtiarũ:⁊ itẽdit deceȝ hoſtias
tñ conſecrare. Dicit idem Durandus. ꝙ eodẽ
modo diſtinguendum eſt: vtrum determinet
quas decem intendit:vel nõ determinet. Et re/
ſpondendum eſt ſicut in precedẽti caſu imedia
te dicto. ¶ Sed dubitaƒ quõ accidat ꝙ nume/
rus ignoretur:cui dubitationi rñdetur: ꝙ põt
ꝯtingere ꝙ deceȝ hoſtias videat extẽſas:⁊ vna
ibi lateat:ipſe autem intendat oẽs quas videt ⁊

nullā aliam. Uel poteſt eſſe ꝙ ipſe decē poſuit: ⁊ vna erat ibi quā neſciuit: ipſe vero intēdat ſolum illas quas poſuit: ⁊ redit hic caſus in caſū ſupradictū Alberti. q2 tunc illa nō eſt cōſecrata quam neſciuit ibi eſſe ⁊ oēs alie ſunt cōſecrate. Si autem ipſe vnam plus ibi poſuerit q̄ crediderit: vel alius vndeciꝫ poſuerit: ⁊ ipſe mandauerit poni deceꝫ: ⁊ nō intendit cōſecrare niſi decē tm̄: tūc nō eſt determinata eius intētio: ⁊ ſicut ſupra nulla ipſaꝝ eſt ꝯſecrata. Hec ille. Cui cōcor. Joh. neapol. in. viij. quodli. Et addit idē Jo. ꝙ ſicut dictū eſt de quātitate diſcreta. ſ. de numero hoſtiarum: ſic dicendum eſt de quantitate ꝯtinua vnius ⁊ eiuſdē hoſtie. Si eni ſacerdos intendat cōſecrare medietatē ſoluꝫ alicui⁹ hoſtie determinatam tn̄ vtpote ſuperiorē ſoluꝫ vel inferiorē: aut dextram vel ſiniſtrā: illā ſoluꝫ cōſecraret. Sed ſi intenderet conſecrare medietatem ſolū alicui⁹ hoſtie: nō determinādo intētionē ſuā ad aliquā partē ꝺſignatā p̄dictis modis: vel alijs quibuſcūqꝫ: nihil penitus cōſecraret ꝓpter cauſaꝫ ſupradictā: q2. ſ. in tali caſu nō eſſet determinata intentio miniſtri reſpectu alicuius determinate materie. Sꝫ Pe. de pa. dicit ꝙ eſt duplex opinio circa iſtam determinationem. Quidam eni dicunt ꝙ opꝫ ꝙ fiat determinatio ſeu ſignificatio de pte hoſtie ꝯſecrāda vl̄ ſenſu vel imaginatiōe: al's nō conſecraret. Alij dicunt ꝙ ſufficit determinatio iſta: vl̄ ſignatio fiat intellectu: etſi nō ſenſu. Intentio. n. que exigitur eſt actus ptis intellectiue nō ſenſitiue. Et q̄uis alia determinatio intellectus ſit ſꝫ determinationem ſenſus: hic autem nō opoꝛꝫ ꝙ ſit ſignatio certe partis ſm̄ ſenſuꝫ: quia per viſuꝫ: cum cecus poſſit conficere: nec per tactū: quia ⁊ ſine tactu manus poteſt ꝯſecrare: nec per imaginationem vel aliū ſenſum q2 indiuiſibile ſꝫ ꝙ hmōi nō eſt ſenſu perceptibile. Id autē quo quid cōtinui ab alijs diſtinguiꝛ: ſm̄ ꝙ hmōi eſt oīno indiuiſibile ſicut linea que ſm̄ latitudineꝫ eſt idiuiſibilis: nō tn̄ ſm̄ ꝙ vnā partem diuidit ab alia. Suff. eſt ḡ ſignatio ſm̄ intellectuꝫ: q2 intellectus partē indiuiſibilē apprehēdere poteſt: puta ſi de hoſtia plena intendat ſolum medietateꝫ que eſt a parte ſuperiori ⁊ nō aliā vel hmōi.

De plurib⁹ celebrātibus ſimul.

¶ Utrum autē plures ſacerdotes poſſint eandem hoſtiā ꝯſecrare. Dicit Pe. de pa. in. iiij. di. xiij. ꝙ circa hoc eſt duplex modus dicēdi. Un⁹ eſt qui Alberti eſt ꝙ vtrīqꝫ poſſunt ſcꝫ ſimul. ſ. ſi verba conſecrationis proferant. Ratio eſt q2 qua ratione vnus ſacerdos vere conſecrat ſi intendit: eadem ratione ⁊ alius qui ſimul profert verba: ⁊ eadem intētio eſt nec ſunt due cōſecrationes: ſed vna q2 diuina virtus pōt ſm̄ bñplacitū ſuū aliquid vnū facere per miniſteriū vni⁹ vel pluriū. Si aūt non ſimul proferant verba: ſed vnus prius altero non pfīt: ſed prius proferēs conſecrat: alij non. Alius modus dicēdi eſt beati Thom. iiij. ſ. di. xiij. q. j. ar. ij. q. j. in corpe q. in Rñ. ad. j. ꝙ etiā dato ꝙ non ſimul ꝓferant verba ſed vnus poſt aliuꝫ tn̄ ꝯſecrāt: ⁊ hmōi ratio eſt: q2 ſacerdos cum ordinaꝛ ꝯſtituiꝛ in gradu coꝝ qui in cena acceperunt poteſtatem ꝯſecrādi: ſed apli qui acceperunt hāc poteſtatē ꝯſecrandi xp̄o cenanti cōcenauerūt. Et ideo noui ordinati ſm̄ ꝯſuetudinē quarūdam eccliaꝝ ep̄o celebrāti ꝯcelebrant: nec per hoc iteraꝛ ꝯſecratio ſup eādem mām: q2 licet diuerſis tēporibus ꝓferant verba. tn̄ ſicut dicit Inno. ſij. Intētio debet fieri ad idem inſtās ꝯſecrationis ſorte ad illud in quo ꝯſecrat ep̄s. Licet aūt iſtam opinionem ſcdām prima reprobet per quaſdā rōnes. ipſe tn̄ Pet. bene defendit eam deſtruēdo illas rōnes. Dicit eniꝫ prima opinio: ꝙ ille ritus de ſcda opinione non pōt dici ꝯſuetudo: ſed corruptela ⁊ abuſio: q2 quādo fit ꝯſecratio euchariſtie in miſſa: adhuc non eſt cōpleta ordinatio ſacerdotū: q2 reſtant quedam fienda: vt impoſitio manuū cum preſcripta forma verboꝝ accipite ſpm̄ ſanctuꝫ ⁊c̄. Irrationabile igiꝛ eſt. ꝙ ſacerdos celebret cum ep̄o: cum adhuc non ſit cōpleta ordinatio eius. Ad quod rñdet Pe. ꝙ in hoc magis credendū eſt Inno. qui hoc dicit q̄ illis. qui Inno. etiaꝫ dicit ꝙ ꝯſueuerūt pſbyteri cardinales circūſtare pōtificē: ⁊ cum eo pariter celebrare. Nec ex eo q' ꝯficiant: ꝯcelebrātes ante cōpletam ſui ordinationē pōt dici hec corruptela. q̄uis enim ante completā ordinationeꝫ exeq non debeant: tn̄ etiā diſpēſatio eſt de ꝯſuetudine ecclie ꝙ romana ecclia ſcit ⁊ diſſimulat. Immo. ⁊ Inno. papa approbat ex quo characterem ſacerdotalē iam acceperunt. etiā ſi nihil adderet. ꝯficere poteſt ⁊ debet in caſu ab ecclia cōceſſo. Unde etſi non dicat niſi verba ꝯſecrationis. excuſaꝛ ſi talis eſt mos illius ecclie ⁊ romana eccleſia ſcitus ⁊ non reprobatus. Iteꝫ q̄uis oīa que ſunt de eſſentia alicuius effectus: oportet ſimul ꝯcurrere. tn̄ q2 cum principale agens in ſacramētis ſit virtus diuina. que ex volūtate agit ſic ſufficit ad verum ſacr̄m ea que aliquid agāt cōcurrere. ſicut deus vult. Qd̄ ergo ecclia ſpiritu ſancto regiꝛ ſupponimus cōſuetudines ab eccleſia approbatas eſſe ꝯformes dei volūtati. Quia igitur oēs ſimul ꝯſecrantes intētionē ſuam ordināt ad horam ꝓlationis principalis. Licet aliqui prius: aliqui poſterius ꝓferāt: tūc tamē eſt defectus ex dei ordinatione. q̄uis al's ſm̄ curſum cōmunem intētio non poſſit anticipare vel tardare. Hoc tamē eſt verum ꝙ p̄mus qui verba ꝓfert: non ꝯſecrat ante alios: ſed hoc non intēdit. Unde ſi homo ꝓferat verba conſecrationis intētione non ꝯſecrandi: nihil conſe-

erat.ergo ſi pferat intẽtione non tũc ꝯſecrandi
non tũc ꝯſecrat.ſed quãdo eſt virtus que poſtea
ꝯſecrat. Uel poteſt dici ꝙ virtus ſubiectiue ma
net in aere ſubiecto vocis.que trãſit dei virtu-
te eam ꝯſeruãte quouſqꝫ oia ſunt cõpleta. Jtẽ
ſicut ſpũſſanctus in pmitiua eccleſia diuerſas
formas baptiſmi ordinauit ꝓpter diuerſas ra-
tiones: ſic ordinare potuit diuerſas formas in
talibus eccleſijs vbi ſunt tales ritus.ſicut ⁊ ali-
ter ꝯſecrãt greci:aliter nos. Hec Pe.de pa.

¶ De defectibus .§.iij.

De mo-
riẽte ce
lebrãdo

miſſe ⁊ reparatione. Quid agẽdum cum cele-
brãs deficit in miſſa:vel morte vel alia infirmi
tate occupatus. Rñdeo ſm ſtatutũ ꝯcilij Tole
tani.vij.q.j.ca.Nihil. ¶ Si ſacerdos impeditᷣ
vt ceptum officiũ implere nõ poſſit:alius ſacer
dos debet explere qḋ ille inchoauit. Et modũ
declarãt doctores. Si neſcitur vbi dimiſit pri-
mus tũc ſm oẽs debet a capite inchoari. Et ſm
Jnnoc.iiij.ſi hoſtia iam eſt ꝯſecrata ꝯſultius eſt
vt illa ſeorſum poſita ſup aliã hoſtiã.deinceps
totum officiũ iteretur. Si vo ſcitur vbi dimiſit
tũc ſm Alber.in libro de miſſa.ſi primus defe-
cit ante canonẽ debet alius reincipere a capite
⁊ totum rite ꝑagere:qꝛ ea que dicuntur ante ca
nonẽ non ſunt de ſacramenti ꝯfectione:ſed de
populi inſtructione. Si aũt iam incepit canonẽ
ſed nondum ꝯſecrauit.tũc alius ſacerdos non
debet a capite inchoare.ſed ꝓſequi vbi ille di-
miſit:⁊ hoc tñ eſt ex parte populi:qꝛ pplus mi-
nus verba ⁊ ſigna canonis appreciaret:ſi vide
ret ea tam facile repeti:tanqꝫ prius dicta eſſent
annullata. Signa enim illa repñtant xpi paſſio
nẽ que nunqꝫ dꝫ irritari reputari.tum etiaꝫ ex
pte ſacramẽti.quãuis enim ex illis verbis ⁊ ſi-
gnis ſubſtãtia panis ⁊ vini non trãſubſtantietᷣ.
tñ ipſa materia recipit ſanctitatẽ ex illis.vt ma
gis idonea fiat vt trãſubſtantietᷣ. Et hoc non eſt
repetẽdum ſup illam hoſtiã.ne iniuria fiat vir-
tuti verboꝝ tanqꝫ nihil valuiſſent prius dicta.
Si ſacerdos in ipſa ꝓlatione verboꝝ que ſunt
forma ſacramẽti deficiat verbis iaꝫ in pte pnũ-
ciatis: ſaluo iudicio ſententie maioꝝ ꝯſulereꝫ
ꝙ illa hoſtia pro reliquijs in altari ſeruaretur:
⁊ miſſa alia ab alio ſacerdote ſup aliam hoſtiaꝫ
celebraretᷣ. Sꝫ Jnnoc.extra de ſacra.non iterã.
dicit in glo.ſup ca.preſbyter.ꝙ in hoc caſu ali-
us ſacerdos debet incipe ibi.qui pridie ⁊c. Cre
do etiam ꝙ ſacerdos iſte poſt ſacrũ ſumptum
poſſet illam hoſtiaꝫ ſumere.ſup qua dicta ſunt
verba aliqua ꝯſecrationis etſi non oia. Si aũt
deficit quãdo iam ꝯſecratum eſt corpus.ſed nõ
dum calix:ꝯſiliũ doc.eſt dicit Alb.ꝙ hoſtia cõ
ſecrata in corporali mundo reponatur ⁊ ab illo
loco.ſimili modo poſtqꝫ cenatum eſt ſuper cali
ce rite preparato canon ab alio ſacerdote pera-
gatur:⁊ in fine miſſe corpꝰ ⁊ ſanguis ab eo ac-
cipiatur. Si aũt ſacerdos deficit in ipſa ꝓlatio-
ne verboꝝ ſuper calicem:tũc per alium facien-
dum eſt ꝓut dictum eſt de hoſtia.ſuper qua di-
cta ſunt aliqua verba ꝯſecrationis:ſed non oia
Sed in hoc caſu incipiet alius ſacerdos ſuper
alium calicẽ preparatũ ab illo loco ſimili mo-
do ⁊c. Tho.vero ⁊ Pe.de pa.dicũt ſimpliciter
⁊ indiſtincte ꝙ cum ſcitur vbi dimiſſum ſit ibi
debet incipi per eum qui ſupplet.qḋ tamẽ non
eſt intelligẽduꝫ de verbis formarũ:ſed de aliꝗs
verbis canonis vl' miſſe:qꝛ ſi prior dixiſſet par
tem verboꝝ ꝯſecrationis corporis ⁊ ſanguinis
⁊ ſecũdus reſiduum.nullus eorũ cõſecrat:ſed
oportet ꝙ vnus dicat totam formaꝫ corporis ⁊
ſanguinis ꝯſecrandi. Debet aũt ſacerdos con-
ſecrãs ſemper ſumere corpus ⁊ ſanguineꝫ.ſm
Tho.totiens quotiẽs celebrat.vt dicitur de cõ-
ſe.di.ij. Relatũ:qꝛ ipſum ſacramẽtum in ſum-
ptione cõplemẽtum ſue ſignificationis accipit
Et hoc intelligitᷣ niſi per violẽtiam vel infirmi-
tatẽ vel aliquid huiuſmodi impediatᷣ. Si autẽ
cõtingeret aliquem infra miſſam infirmari ad
mortem:nec haberet ſacerdos aliam hoſtiã qꝫ
iſtam quam ꝯſecraret.non debet ꝓpter hoc ſa- De ara-
cerdos a ſumptiõe abſtinere:ſed diuiſa hoſtia nea.
vnam partẽ ſumat:aliaꝫ infirmo ſeruet. Si mu
ſca vel aranea in calicem ceciderit:vel venenũ
ibi eſſe deprehẽderit. Dicit Thom.in.iij.parte
q.lxxxiij.arti.vj.in reſpõ.ad.iiij.ꝙ ſi hoc cõtin-
git ante ꝯſecrationem debet vinum effundi:et
abluto calice aliud apponi. Si autem hoc con-
tingit poſt ꝯſecrationem. ſiquidem perpendit
ibi eſſe venenũ vel animal venenoſuꝫ.⁊ per cõ-
ſequens ſanguinem infectum eo: nullo modo
debet ſumere:ne alteri tradere ne calix vite in
mortem vertatur:ſed in vaſe apto diligẽter po
ni:⁊ pro reliquijs ſeruari. Et ne ſacramẽtum re
maneat imperfectum:calix de alio vino debet
preparari ⁊ a verbis conſecrationis ſanguinis
reincipere ſi nõdum ſumpſit hoſtiaꝫ:qꝛ ſi ſum-
pſiſſet deberet apponere etiam hoſtiam conſe-
crandam cum vino. Si autem animal non ve-
nenoſum fuerit.tunc debet beſtia vt muſca vel
aranea ⁊ huiuſmodi ſi poteſt capi ⁊ lauari ⁊ po
ſtea comburi.⁊ lotio ⁊ cineres in piſcinam po-
ni in qua vt dicit Pe.de palude.ponuntur que
contigerunt corpus vel ſanguineꝫ mediate vel
immediate. Sed in quibus tamen nihil eſt de
corpore cum ſanguine.ſicut raſure tabule ⁊ ter
re ſuper quam ſtillauit ſanguis chriſti. Qui lã-
bi debet:⁊ poteſt a non ieiunio ſumi. Dicit etiã
Thom.vt ſupra.ad vltimum ꝙ occaſione ſacra
menti nihil abominabile dꝫ ſumi.ar.etiam ad
hoc.de ꝯſe.di.ij. Si ꝑ negligẽtiã.in glo. ¶ Si

De ſtillatiõe ſãguinis

ſanguis chriſti ſtillauerit vel ceciderit ſup᷑ ter/
ram vel tabulam: vel altare: vel pallã altaris:
quid agẽdum: ⁊ de ſtilla ⁊ de penitẽtia fienda.
de hoc habetur de ꝯſecra. diſt. ij. ſic. Si per ne/
gligẽtiam de ſanguine ſtillauerit in terrã. vel
ſuper tabulam que ſolet eſſe ſub pedibus ſacer
dotis ſm glo. lingua lãbatur: ⁊ tabula radatur.
Si nõ fuerit tabula vt non ꝯculcetur locus: ta/
men radatur ⁊ igne ꝯſumatur: ⁊ cinis iuxta alta/
re ꝯdetur: ⁊ ſacerdos quadraginta diebus pe/
niteat. Si ſuper altare glo. non interpoſita pal/
la ſtillauerit calix: ſorbeat miniſter ſtillam: ⁊ tri
bus diebus peniteat. Si ſup lintheũ altaris et
ad illud. ſ. lintheum ſtillauerit: quatuor diebus
peniteat. ſi vſq3 ad tertiũ nouem diebus peni/
teat. ſi vſq3 ad quartũ viginti diebus peniteat.
Et lintheamina que tetigerũt ſtillam tribus vi/
cibus miniſter. ſ. ſacerdos ibi abluat calice ſup
poſito. Et aqua ablutionis ſumatur vel iuxta alta
re condatur. Hec oĩa in dicto decreto Pij pape
primi. Et dicit Thom. in. iij. parte. ꝙ etiam illa
aqua ablutionis poſſet ſumi a miniſtro. niſi ꝓ/
pter abominatiõez dimitteret. Dicit etiã ꝙ cau
tũ eſt ꝙ pars illa linthei vel palle abſcindatur
poſt ablutionẽ ⁊ comburatur: ⁊ cinis in altari po
natur. Guil. tamẽ dicit ꝙ ſufficit ꝙ lauẽtur mo
do predicto. De huiuſmodi penitẽtijs. ſ. ꝙ tot
diebus peniteat ⁊ huiuſmodi dicit Thom. iij.
parte. q. lxxxiij. art. vi. ad. vij. ꝙ quidam dicunt
iſtas penitẽtias taxatas eſſe ad cautelam: vt ne/
gligẽtia magis caueatur. ⁊ ideo circũſtãtijs pẽ
ſatis poteſt addi vel minui ad dictã penitẽtiã.
Sed tutius eſt vt dictam penitẽtiam peragat.
Debet aũt ſm quoſdam diebus illis ieiunare ⁊
a cõmunione ceſſare: qđ etiam ponit glo. ſuper
d. c. Et Tho. etiam hoc dicit in tertia parte. Fa/
tetur tamẽ ꝙ põt hec penitentia minui vel ei ad/
di ſm negocij ꝯditionẽ ⁊ pſone. Et dicit Guil.
ꝙ ſufficit ieiunare ſicut ieiunatur in ſexta feria
vel. xl. In ſcriptis tamẽ dicit Tho. ꝙ alij dicunt
ꝙ his diebus debet iniũgi penitẽtia arbitraria
penſatis ꝯditionibus perſone ⁊ negocij: ⁊ hoc
dicit videri pbabilius. Siquis aũt euomuerit

De vomitu eucharistie.

eucharistiam dicit canõ. de ꝯſe. di. ij. c. ſiqs per
ebrietatem. vbi dicitur. Siquis per ebrietatem
ſ. ꝙ hoc accidit ꝓpter ebrietatẽ vel voracitatẽ:
ſi eſt laicus quadraginta diebus peniteat: ſi cle
ricus vl᷑ monachus. lxx. diebus peniteat. ſi epi/
ſcopus. xc. diebus peniteat. Sed ſi hoc accidat
cauſa infirmitatis: ſeptẽ diebus peniteat. Et di
cit glo. in. d. ca. ꝙ pro cauſa infirmitatis impo/
nitur penitẽtia ad cautelam ſicut. xxxiiij. q. i. in
lectum. ⁊ q2 non debuit ſumere cum eſſet infir/
mus. ſ. ſtomacho alteratus. Et dicit Ray. ꝙ de/
bet ille vomitus ſumi diligẽter ⁊ cremari. ⁊ ci/
neres iuxta altare recõdi. Et ex ipſo. ca. ſiqs per
ebrietatẽ ⁊c. arguit Pet. de pa. ⁊ reprobat glo.
ſuper. c. tribus gradibus. que dicit ꝙ vbi ſpẽs
ſacramenti atteritur dentibus: xp̄s ad celũ rapitur:
qđ dicere eſt hereticũ: q̃diu enim maneret ſub
ſtãtia panis ſi eſſet: tãdiu manet ibi corpus xp̄i
ſuccedens ⁊ q̃diu ibi maneret ſubſtãtia vini ſi
eſſet: tãdiu ſanguis chriſti. Sz ſubſtãtia panis
maneret non ſolũ attrita dẽtibus: ſed etiã in ſto
macho traiecta. vnde ⁊ dictũ. c. dicit ſiquis euo
muerit eucharistiã. Non põt aũt euomi niſi qđ
eſt in ſtomachũ traiectũ. Et qđ etiam dicit illa
glo. ꝙ in ſeceſſum nõ emittitur: ſed per ſudorem
vel aliter emanat: fatuum eſt fingere: q2 ⁊ per ſe
ceſſum taliter emitti pñt ſpẽs: ſicut emitteretur
ſubſtãtia panis ⁊ vini: non aliter. Illa aũt q̃nq3
nõ corrupta emittuntur vt in habẽtibus fluxũ er
go ⁊ ſpecies: ꝓpter qđ nõ eſt dãda eucharistia
habẽti talem fluxũ: q2. ſ. emittit integrũ qđ ſu
mit: ſicut nec habẽti vomitum: cum iſtud ma/
gis cederet in irreuerentiã ſacramẽti q̃3 illud.
Igitur corpus Chriſti ⁊ ſanguis tãdiu manet in
vẽtre ⁊ ſtomacho vel vomitu: ⁊ quocũq3 alubi:
q̃diu ſpecies manet ſicut ſubſtãtia ꝯuerſa mã/
ſiſſet: ⁊ ſi ſpecies incorrupte euomuntur vel egre/
diuntur: eſt ibi vere corpus chriſti. Et ſicut Greg.
non hz pro incõtinẽti ꝙ chriſtus ꝓmiſerit ſe a
diabolo in montẽ ⁊ ſup pinnaculũ portari: qui
ꝓmiſit ſe a mẽbris diaboli crucifigi: ſic in ꝓpo/
ſito maxime q2 per omnia hoc corpus xp̄i ma/
net incõtaminatũ. Et qđ dicit Aug᷒. in li. de re/
medio penitẽtie. de ꝯſe. di. ij. c. Ut quid paras.
ꝙ iſte cibus nõ vadit in ventrẽ: ſed in mẽtẽ. ve
rum eſt finaliter: q2 eſt ꝓpter mẽtem nõ ventrẽ
ordinatus: ſed illuc vadit ſacramẽtaliter: quo locali/
ter. ¶ Si mus aut aliud aĩal ꝓpter negligẽtiã

De muſca vel mure.

cuſtodiẽ ſpecies ſacramenti comederit: ille per
cuius negligẽtiã hoc accidit: dz quadraginta
diebus penitere. vt dicitur de ꝯſe. di. ij. Qui bñ.
Debz aũt his diebus penitere modo dicto. ſ. §.
Si ſanguis xp̄i. ſm Tho. in ſcriptis. Et dz mus
capi ſi põt ⁊ cõburi ⁊ cinis iuxta altare reponi.
Sed Pe. de pa. dicit ꝙ mus exenterari debz: ⁊
mus quidẽ cõburi ⁊ cinis in piſcinã ꝓijci: pars
aũt hoſtie ſi hõ eam horret ſumere dz in taber/
naculo reuerẽter poni ⁊ tãdiu ibi dimitti quo/
uſq3 naturaliter ꝯſumatur. Ipſa autẽ hoſtia nequaq̃3
dz in piſcinã ꝓijci: ſicut fecit quidam ſacerdos
de muſca repta poſt ꝯſecrationem in calice: nec
etiã dz cõburi ſicut fecit alius ſacerdos: de ho/
ſtijs mucidis ꝯſecratis ⁊ cinis ipſarũ piſcinam
ꝓijci: q2 hoc eſt imane ſacrilegiũ. Et ideo quan
tumcũq3 modica particula inueniatur: dz reponi
cum reuerẽtia: q2 in ea totus eſt chriſtus. Et ſi/
quidem homo eſſet tãti feruoris ꝙ huiuſmodi
non horreret: ſed ſumeret cõmendandus eſſet: ſi
tamen eſſet ieiunus. Sic beatus Hugo. clunia/

tas cõmendauit Goderanum ſumendo parti/unculas hoſtie quas leproſus cum viliſſimo ſputo euomuerat. dicens craticulam Laurentij fuiſſe tolerabiliorem. Hec Petrus. Nec puto eos ſibi contrarios. ſed dictum Thome videtur intelligendum cum iam videtur ſpecies ſacramenti alterata. ſcilicet ꝙ debet comburi animal. Dictum vero Petri. cum iactum eſt ita recens. ꝙ adhuc creditur ſpecies ſacramenti permanere in ſtomacho. ⁊ tunc debet exenterari.

De amiſſione hoſtie.

℃ Item ſi amiſſa fuerit hoſtia vel pars hoſtie vt inueniri non poſſit triginta diebus debet penitere. vt dicitur de conſecratio. diſtinct. ſecunda. Siquis. ⁊ modus penitentie ſm Thomam intelligendus eſt vt ſupra. Et intelligendum eſt quando accidit ex negligentia ſacerdotis. ſecus ſi ex miracula. ſicut legitur de beata Katherina de ſenis. de habitu. de penitentia beati Dominici: quo ſcilicet celebrante quodã fratre ipſa preſente vna pars hoſtie in fractione eius proſilyt de manibus eius extra calicez: quam nunquaz potuit inuenire: quia miraculoſe fuerat Katherine delata. Item dicit Hoſti. ꝙ ſi is ad quem ſpectat cuſtodia euchariſtie incaute dimiſit euchariſtiam. ꝙuis inde nihil nephande acciderit. tribus menſibus ab officio ſuſpendatur. Et ſi per eius incuriam aliquid nephãdum acciderit: grauioris pene vltioni ſubiaceat. extra de cuſtodia euchariſtie. c. j.

℃ Quedam vero .§. iiij.

fiunt in miſſa ad congruam ritus ſacramẽti ſolẽnitatem. vt certus locus ⁊ certum tempus et certus modus.

Locus celebrãdi

℃ Quantum ergo ad locuz nota ſm Ray. ꝙ miſſa non debet celebrari niſi in eccleſia conſecrata ſi fieri poteſt. vel ſaltez in altari conſecrato. vel ſi hoc non habetur ad minus ſemper habeatur parua tabula conſecrata Et dicit Guil. ꝙ hec tabula debet eſſe lapidea: nec conſecrari debet niſi habeat capſulaz. de capſula autem illa cui compaginatur tabula non refert. vtrum ſit lapidea vel lignea: vel de alia materia ſolida. Et dicit Pet. de palude. ꝙ debet cauere qui celebrat ꝙ ſit tanta latitudo ⁊ lõgitudo lapidis in capſula. ꝙ in ea poſſit capi pes calicis ⁊ hoſtia conſecranda. vel ꝙ in conficiendo cum in manibus panem vel calicem ſuper lapidem teneat: vt ſic ſuper lapidem conficiat. Sed altare ſuper quod altare portabile ponitur: non refert vtrum ſit ligneum feneſtra vel oſtium. Idem etiam ꝙ extra eccleſiam ſine neceſſitate nunꝙ licet celebrare ſine licentia epiſcopi. de conſecra. diſtin. j. miſſarum. In nulla autem neceſſitate licet celebrare in mari. vel ſuper fluuium vbi probabiliter timetur de effuſione ſanguinis propter agitationem nauis.

Sed non habentibus capellas licet potius celebrari ſub diuo: ideſt in campo vel in domibus priuatis. vel capellis. dum tamẽ alia neceſſaria habeantur ꝙ quidem miſſam dimittere: quando non poteſt peti licentia ab epiſcopo. In tali enim neceſſitate dat papa licẽtiam: vt vbi eccleſie cõſecrate ſunt deſtructe: in capellis: in itinere: ſub diuo aut in tentorys. de cõſe. diſt. j. Concedimus. In exercitu chriſtianoꝝ idem fiẽdũ: maxime q2 cõmunicare debent quibus periculum mortis imminet. Sed a principio ſi commode poteſt peti licentia ab epiſcopo debet peti. Unde in camera: in aula: ⁊ huiuſmodi nõ licet celebrare: niſi epiſcopo cõcedente. Habẽt tamen predicatores ⁊ minores priuilegium vbicũqz fuerit ſuper altare viaticuz celebrare. Unde etiam ſine epiſcopi licentia poſſunt in infirmaria cõmuni: ⁊ cameris priuatis altaria erigere: ⁊ in itinere in altari viatico celebrare. extra de priuil. ca. In his. al's ſi hoc ſine epiſcopi licentia non poſſent: priuilegiũ illud nihil operaretur. Hec Pet.

Tps celebrãdi

℃ Quãtum ad horam ⁊ tps celebrãdi dicit Tho. ꝙ cõiter loquẽdo miſſa dz dici de die ⁊ non de nocte: q2 hoc ſacrm ad tẽpus gratie ptinet: qđ per diem deſignat. Iuxta illud ad Roma. xiij. Nox preceſſit ⁊c. Dies autẽ iudicat in hoc. nõ ſolum ab ortu ſolis: ſed exꝗ incipiũt ſigna orituri ſolis manifeſtari per aliquam aeris manifeſtationẽ vel illuſtrationem. In duabus tñ noctibus propter priuilegiuz illarum celebrat in nocte. ſ. in natiuitate dñi ⁊ reſurrectione. ꝙuis hoc nõ oporteat ſeruari ſemper. Et de reſurrectiõe cõiter non ſeruat: ſed dicitur in ſabbato ſancto. Et dicit Guil. Credo ꝙ qui ſciẽter ante diem celebrat: cum ſit ꝯtra generalez ꝯſuetudinem eccl'ie mortaliter peccat: niſi ſit per hoc per epm vel ſuperiorem diſpẽſatũ in caſu. vt ſi aliquẽ ꝯtigerit infirmari ad mortẽ: ⁊ non poſſet haberi euchariſtia: niſi ꝯficeret ante diem. Pe. autez de pa. dicit. ꝙ cardinales aliqñ ex diſpẽſatione pape celebrãt ante diem. Et ſic dicit glo. de priuil. c. ſi. li. vj. Epi itinerantes ante diem celebrare pñt ne impediantur in via. Siľr pro coicando infirmo: ſi aliter viaticũ nõ habeat videt eſſe bona cã. Solẽnis aũt celebratio miſſe tribus horis inſtituta eſt. tertia diebus feſtis. in ſexta dieb9 pro feſtis. in nona diebus ieiunioꝝ. de ꝯſe. di. j. Nocte. ⁊. c. Solẽt q2 in miſſa recolit mors chriſti: q2 hora tertia crucifixus eſt linguis iudeoꝝ. ſexta manibus militũ. nona expirauit. Põt etiam poſt nonã cantari miſſa: quãdo fiunt ordinationes. vel põt dici quãdo non eſt dies ieiunij inter ſextã ⁊ tertiaz: ⁊ in diebus ieiunij in nona. Miſſe aũt priuate a mane vſqz ad tertiã: vel vſqz ad nonaz: dieb9 ieiunioꝝ. Pe. aũt de pa. dicit ꝙ miſſe nõ ſolẽnes

poſſunt ab aurora vſq3 ad ſextam celebrari vel etiam nonam quod videt intelligendu3 de diebus ieiunioꝝ vſq3 ad nonam. An. de bu. poſt Hoſt. dicit ꝙ poſſunt dici vſq3 ad ſextã: ⁊ dieb⁹ ieiuniorũ vſq3 ad nonã. Et dicit Pe. de palude. ꝙ qui credit ante diem eſſe diẽ: aut credit nõ eẽ meridiẽ cũ ſit. cũ in talibus ſepe homo decipiatur. Quis ex vna parte videatur cauſari: quia ſe diſcrimini exponit. ex alia tamen ſi deuotio expoſcat ⁊ aliter miſſam habere nõ poteſt: excuſatur: q2 quod paru3 deeſt quaſi nihil deeſſe videtur. Ite3 nõ debet dici ab eo qui nõ dixit matutinũ. l3 poſſit audiri. alˀs dicendo eſſet mortale: quia contra conſuetudinẽ generalẽ eccliẽ. Guil. dicit ⁊ etiam Pe. ꝙ nõ deb3 dici ante primam: niſi ſit conſuetudo in contrarium: vel generalis. vt in miſſa etiam ſecunda natalis. vel particularis. vt in quibuſdam monaſterijs. vbi dicitur miſſa ante primam.

¶ Nota ꝙ non l3 .§.v.

Quotiens lic3 celebrare.

niſi ſemel in die celebrare vel cõicare. vt vel in hoc vnica paſſio xpi repñſentet. ⁊ valde felix eſt qui vnam digne celebrat de conſe. di. j. ſufficit. ⁊ de cele. miſ. c. Conſuluiſti. Excipiũtur aũt ſex caſus ẜ Pe. de pa. in quibus licet pluries celebrare. Prim⁹ eſt in die natiuitatis dñi: in qua quilibet ter celebraret põt ⁊ hoc ad repñtandũ triplicem xpi natiuitatem. ſ. eternalem temporalem ⁊ mentalem. vel tres in chriſto ſubſtantias: deitatẽ: aĩam: ⁊ carnem. Secũdus eſt ꝑpter defunctum qui ſubito occurrit poſt miſſam dicta3: nec debet ſine miſſa ſepeliri ſi ſit tempore miſſe. puta q2 ſic ſe habet conſuetudo loci. immo dicit Ray. ꝙ ex intẽtiõe põt dicere vnã pro viuis ⁊ alia3 pro defunctis: nõ quidẽ regulariter nec omni die ſed cauſa rõnabili. puta cu3 parochianus vel cui tenet petit anniuerſarium vel annale: vel trigenale nec ille poteſt cõmode vicariũ habere. Ide3 dicit Guil. niſi hoc ſit contra conſuetudine loci approbatam: vel conſtitutionem ſynodalem. Tertius eſt pro neceſſitate infirmorũ viaticu3 petentiu3 ſi nõ ſit corpus domini reſeruatum nec aliter poſſit haberi. tunc licet iterum celebrare: ſi eſt ieiunus ⁊ pluribus hoſtijs. vt vltra eam quam ſumit vna3 op3 infirmo ⁊ alteram reſeruet. Quartus eſt pro neceſſitate peregrinorũ diẽ dominico feſtiuo: quãdo omnes maxime peregrini debent audire miſſam. Quintus pro nuptijs: quia laudabilis cõſuetudo nõ eſt niſi in miſſa dare benedictione3 nuptialem. Quis in quibuſdam partibus poſt veſperas ⁊ aliquando in profunda nocte ſoleãt iſta fieri. Hos etiam caſus ponit Ray. Sext⁹ ẜm Hoſt. eſt ſi h3 duas eccliãs cõmendatas vel vnam cõmendatã ⁊ aliã intitulatã ꝑpt pauptatem: nec poteſt habere vicariũ: ⁊ quilibet populus vult habere miſſam in ſua eccleſia: cu3 vtriq3 equaliter teneat vtrobiq3 poteſt equalit celebrare. Si etiam occurrent eodem die due miſſe. vnã forte de feſto. aliã de ieiunio vt cõtingit in quadrageſima: ⁊ videt iuſta cauſa celebrãdi bis. ſi tamẽ alˀs non põt audire ſecundam. non tenetur ſ3 ſufficit de vno celebrare ⁊ de alio officium tenere. ¶ Et nota ꝙ in his caſibus nunꝗ licet celebrare vltra binam vicẽ: niſi in natali vbi ter conceditur. Item intelligit ꝙ põt dicere ſcdam miſſam in his caſibus ſi eſt ieiunus. ita ꝙ nõ ſumpſerit ablutionẽ. alˀs non poſſet ſecũdo celebrare. Itẽ eti l3 aliquĩ pluries celebrare vt in dictis caſibus. in quibus debet ſemp ſacramentum ſumere. nunꝗ tñ l3 in die pluries cõmunicare abſq3 celebratione. Itẽ ſicut dĩ vnu3 prandium ⁊ vna cena vnitate cordis. i. intentionis. l3 ſint ibi multe potatiões ⁊ comeſſiones ſic ſi ſacerdos ſumat prius ſub duab⁹ ſpecieb⁹ fractionis: ⁊ poſtea calicem. vna eſt cõmunio. Sicut ſi ꝑpter cuſtodia periculũ ſacri ſumeret ſimul decẽ hoſtias ꝯſecratas nõ dicit niſi ſemel cõmunicare. Item poſtꝗ celebrauit vel alˀs cõmunicauit l3 non plus cõmunicare intenderet ſi ſit periculũ: l3 et ieiuno tñ hoſtiam ꝯſecrata3 ſumere. ar. de ꝯſe. di. ij. Tribus gradibus. Hec oĩa Pe. Item extra de cele. miſ. c. ij. dĩ ꝙ propt miſſam peculiarẽ. i. ſpecialẽ pro aliquo ſcõ vel pro defuncto nõ d3 quis dimittere quin audit miſſam ꝓpriam de die: qđ intelligit ẜm Guil. qñ dies habet propriam miſſam: ⁊ illa die tenetur audire. Item dicit Ray. vt in ꝓfeſtis dieb⁹ cum dicitur miſſa de beata virgine vel de ſpiritu ſancto ⁊ hmõi. non debet dici gloria in excelſis deo: nec credo in vnum deum: vt fiat differentia inter ſolẽnitatẽ ⁊ cõmemorationem. extra de cele. miſ. c. Conſilium. vbi etia3 dĩ ꝙ Te deum. regularius dimittitur. Sed dicit Hoſti. ꝙ in hmõi deuotam conſuetudine3 non reprobamus. ¶ Item nota ꝙ miſſa non debet celebrari niſi habeantur omnia que ſunt de cõmuni ⁊ vniuerſali ritu celebrationis: ⁊ ꝙ ad min⁹ ſit vnus preſens: ⁊ ſufficit ipſe ⁊ ſeruitor ẜ Alber. ⁊ Hoſti. ⁊ qđ dicitur de conſe. diſtin. j. hoc quoq3. ꝙ debent eſſe duo. abrogatum eſt per cõtrariam conſuetudinem: vt dicit Pe. de palude. Item non debet celebrari ſine lumine ẜm Hoſti. extra de cele. miſſa. c. ſi. Unde depoſitus fuit ſacerdos qui ſine igne celebrabat: vt patet in dicto. c. Item non debet celebrari ſine calice qui licet olim fieret de ligno vel de vitro nunc non licet: nec etiam debet eſſe de ere. aut auricalcho: aut cupro: aut plumbo: quia propter eruginem iſta vomitum prouocant: nec de ligno propter poros ne ſubintraret ſanguis

regſu adle brandi

nec de vitro ꝓpter fragilitatē: nec de lapide ꝓꝑ
ineptitudinem. de ꝯſe. di. j. vaſa. ⁊. c. ſeq. ⁊ q2 in
c. vt calix dñi. dicit ꝙ tam calix ꝙ̄ patena debet
eſſe de auro vel argēto vel ſtāno: omnē aliā ma
teriā ꝓhibere videt̄: dʒ etiā ipſe calix eſſe ꝯſecra
tus ⁊ chriſmate punctus cum patena: nec licet
in hoc epō diſpēſare: q2 ſic ſtatuit Silueſter pa/
pa. extra de ſacra. iterā. ca. j. Et ſiquidē modica
pars pedis aut cyphi refectione indiget ſine ſu
perioris ptis amotione conſecratus manet. Si
aūt cyphus a pede ex toto ſeparatus eſt: licʒ fra
ctus nō ſit: vtputa q2 iūctura tornatilis ꝯſecra/
tione indiget. Hec Pe. de pal. Itē ſm Archi. ſi
calix argēteus cōſecratus deaurat̄ poſtea: quia
aliā ſupficiēʒ hʒ ⁊ ꝯſecratio fit in ſupficie: indi/
get ꝯſecratione. Qđ aūt dicit̄ di. xciij. diaconi.
ꝙ ſacerdotibus ſolēniter celebrātibus. non dʒ
per ſe calicē accipe niſi prius per diaconos por
rigat̄ monitio eſt nō ꝑceptū ſm Pe. Itē debēt
ibi eſſe palle in altari. que ſm Pe. de pa. ad mi
nus. debēt eſſe due. vt rñdeant lintheaminibꝰ
quibus inuolutuʒ fuit corpus xp̄i: que plurali/
ter noiant̄. Debēt autē ipſe palle ⁊ corpale eſſe
nō de ſerico ſed de pāno lino ſimplici. xxv. diſ.
plectis. Qđ ad diaconū cōpetit cōponere men/
ſam. exponit Alb. i. explicare ⁊ replicare corpo/
rale. cum ſeruit ſacerdoti: nec iſerioribus tāge/
re licet. Et nota ꝙ di. xxiij. c. ſacratas. dī ꝙ mu/
lieres etiaʒ moniales nec pallas nec vaſa ſacra
nec corpalia debēt ꝯtingē. Et ſi ex deuotione h̄
faciāt. dicit Pe. de palu. ꝙ ꝑſumptuoſa ⁊ indiſ/
creta eſt deuotio. Sicut Oza. qui tetigit arcam
ij. Reguʒ. vj. c. ⁊. j. Paral. xiij. c. Unde talia nec
per laicos nec per mulieres abluenda ſunt. Di/
cit tñ ꝙ ꝯſuetudo excuſat. cum. ſ. moniales cor
poralia lauāt. ⁊ multo magis de alijs veſtibus
ſacris ⁊ cum reficiūt. ¶ Iteʒ ſine veſt. bꝰ ſacris
non dʒ miſſa celebrari. de ꝯſe. di. j. veſtimenta.
Et ſm Pe. de pa. ſpecialiter iſta ſex requirūtur
ſ. ſtola: manipulus: alba: amictus: cingulū ⁊ ca
ſula. i. planeta. Iſta enim bñdicunt̄ ⁊ ſacrātur.
Unde videnť eſſe de neceſſitate ꝑcepti: non ſic
de camiſia que nō bñdicit̄ videt̄ ꝙ de lōgo ma
nipulo liceat facere ſtolam: ⁊ ecōuerſo de breui
ſtola manipulū vel cingulū: q2 oia hec vera bñ
dictione cōſecrant̄. Et cum caſula eſt duplicata
cum poſſit eſſe ſimpla ſup quālibet ptem fit bñ/
dictio. vnde in celebrādo verti poteſt ex vtraqꝫ
pte. Et ſi vna pars amoueat̄ ab alia remanet be
nedicta: ⁊ pōt in ea celebrari: ⁊ ſil r de dupla ſto
la. Itē ſm eūdem Pe. qñ veſtimēta reparant̄ ꝓ/
reparatio veſtiuʒ pter pauptatem videt̄ diſtinguēdū: q2 aut tāta
pars amota fuit: ꝙ ſine illa nō bñdiceretur vel
celebraret̄: vt tota manica vel pars ſupior ⁊ tūc
deſinit eſſe benedicta: cum bñdictio nō fiat ſine
verbis: nec niſi ab epō. Si aūt modica particu/
la cuius defectus nec benedictioneʒ impediret
nec celebrationē: tūc licʒ celebrare. Nec hoc eſt
ꝯtra illud qđ dicitur extra de ſacra vncti. qđ in
dubijs. vbi glo. ex eo ꝙ dicit̄ in tex. illius cap.
oleum nō ꝯſecratum pōt oleo ſacrato cōmiſce/
ri. ſumit inde argumentū ꝙ in reficiēdis para/
mētis vel ſacris veſtibus: nō ſacrum filum vel
pānuʒ: lʒ ſacro apponi: nec eſt opus noua cōſe/
cratione. Sed hoc nō eſt ſimile: q2 qñ oleuʒ ad/
miſcet̄ oleo liquor preexiſtēs nō deſierat eſſe ſa
cer vel bñdictus. Et talia ꝯtiguitate fiunt conti
nua ⁊ fiunt vnū: ſed pānus additus pāno nō fa
cit vnū niſi colligatione. Itē iam primus pan/
nus deſierat eſſe bñdictus ꝓpter qđ appoſitio
nō benedicti nō benedicit illū qui deſierat eſſe
benedictus: cum bñdictio non fiat ſine verbis.
Unde ſi anteꝙ̄ remoueat̄ ſupſueret̄ noua: tunc
nunꝙ̄ deſijſſet eē benedicta ⁊ poſtea amota: ad
huc remaneret integra ⁊ vna: vnitate tali: qua
nauis dicit̄ vna per tabulas renouata. ¶ Ipſis
aūt ſacris veſtibus vel vaſis ſacris: nullo modo
debēt vti ſeculares. Uel eis mutuari ad vſuʒ ſu
um. de ꝯſe. di. j. Nemo. ⁊. c. in ſancta. Propter
hoc enim Balthaſar ⁊ vita ⁊ regno priuatꝰ eſt.
vt habet̄ Dani. v. Et in hiſtoria tripartita legit̄
de quodā ſeculari: ꝙ cum in theatro luderet ſa/
cris veſtibus indutus: ſubito mortuus eſt. Sed
⁊ Archid. poſt Hug. in roſario reprehēdit abu
ſionē ſecularium: etiam mulieꝝ modernarū: que
cum vſe ſint veſtibus pcioſis pro ſe factis in
multis laſciuijs ⁊ vanitatibus: exinde faciunt
fieri de eis paramenta vel planetas. Et quāuis
iſtud nō repiat̄ expreſſe ꝓhibitū: imo ex auro ⁊
argēto ablato ab egyptijs quo male vtebant̄ fa
bricatū eſt tabernaculū: tñ honeſtius ⁊ decenti
us eſſet facere hmōi ex his que nō venerunt in
vſus laicoꝝ. ¶ Notādum ſm Tho. in. iiij. diſ. Signi/
xxiiij. in ſi. ꝙ veſtes miniſtrorū deſignant ido/ ficatio
neitatem que requirit̄ in eis ad tractāduʒ diui/ veſtiū.
na. Et quia quedā ſunt que in oibus requirun/
tur: quedam vo tm̄ in ſuperioribus que nō ita
in inferioribus miniſtris exigūtur: ideo quedā
veſtes ſunt oibus cōmunes. ſcilʒ paratis ſolēnit̄
ter ad miſſam. quedam vo tm̄ ſunt ſuperioruʒ.
Et oibus quideʒ miniſtris cōpetit amictus te/
gens humeros: qui deſignat fortitudinē ad di
uina officia exequēda: quibus mancipant̄: ⁊ ſi/
militer alba que ſignificat puritatem vite ⁊ cin
gulū quod ſignificat repreſſionem carnis. Hec
oibus conueniūt. Sed ſubdiaconus habet ma
nipulum in ſiniſtra: quo ſignificat̄ exterſio mi/
nimarum macularū: quia manipulus eſt quaſi
ſudariū ad extergēdum vultuʒ. Ipſe enim pri/
mus eſt qui admittitur ad ſacra tractanda: ha/
bet etiam tunicā ſtrictam: per quā deſignat̄ do
ctrina chriſti. Unde ⁊ in veteri lege etiam tin/

tinnabula habebant in extremitate tunice ſummi ſacerdotis. Exo.xxviij.c. Subdiaconi enim primi admittūtur ad doctrinam noue legis nūciādam.ſ.in epiſtolis aploꝝ:ſed diaconus habet amplius ſtolā in ſiniſtro humero:in ſignū ꝙ applicatur in miniſterium in ipſis ſacramentis:⁊ habet dalmaticam:que eſt veſtis larga ſic dicta:q: in dalmatie partibus primo fuit eius vſus ad deſignandū ꝙ ipſe primo ad diſpēſandum ponit.q: ſic diſpenſat ſanguinem chriſti. In diſpēſatione aūt requiritur largitas:ſed ſacerdoti in vtroq; huiuſmodi ſtola ponit.vt oſtēdatur ꝙ poteſtas diſpēſandi ſacramenti ei dat plena:nō vt miniſtro alterius. Habet etiam caſulam que ſignificat charitatē quam debet habere:⁊ q: ſacramētum conficit charitatis.

¶ Nota ergo ꝙ ſi .§.vi.

aliquod eoꝝ defuerit que requirunt ad ritū celebrationis ſolēnitate vt calix ꝯſecratus.palle.altare vel lumen:vel aliqua veſtis ſacra.vt manipulus:ſtola ⁊ huiuſmodi.potius debet dimittere miſſam etiam die feſto ꝙ̄ ſic celebrare: quia ſic celebrando aduertenter:quamuis ſine dubio ꝯficeret exiſtētibus alijs que ſunt de ſubſtantia ꝯſecrationis:tamē peccaret mortaliter. ⁊ idem credo celebrando ſine miſſali ſeu libro: in quo ſit ſaltem canon.alſ mente retētus dicēdo. Nam ⁊ talis ſe exponit periculo errandi in verbis canonis:immo ⁊ ꝯſecrationis:cum et optime memorie viros aliquādo fallat memoria.tum etiā q: facit ꝯtra generalem eccl'ie conſuetudinem.di.xj.in his.dimittēdo etiam ſtudioſe aliqđ notabile de miſſa:vt euāgeliū.epiſtolam ⁊ hmōi.puto etiā ꝙ eſſet mortale. Item nota ſm̄ Pe.de pa.ꝙ veſtes ſacre palle quibus altaria cooperiunt:corporalia:vela:cortine eccleſie ⁊ altaris pāni.que.ſ.ante altare vel ſuper vl' circūcirca.vt in quadrageſima de pariete ad parietem extēdunt:⁊ qui ad parietes eccl'ie pēdent ⁊ oīa alia ad cultum dei pertinētia.vt monaſterium eccleſie ⁊ hoſpitale non debēt cōuerti ad vſus laicos vel ꝓphanos.xix.q.j.que ſemel. ⁊ cum predicti pāni eccl'ie vetuſtate conſumpti fuerint debent cōburi ⁊ cineres circa eccl'iaꝫ retrudi in aliquo loco honeſto ne pedibus cōculcet.de ꝯſe.di.j.c.altaris.ſcuta aūt mortuoꝝ in eccl'ia appēſa pro neceſſitate eccl'ie milites tollē pnt.ſicut Dauid gladiū Golie.j.Reg.xxj.

¶ Quedam alia .§.vij.

requirūtur in celebratione vel cōione ad cōicātis vel celebrātis idoneitatem.vt.ſ.digne operet.⁊ iſta ſunt tria ſm̄ Thom.in.iiij.diſt.viij.q.vlt.in expōne littere.ſ.puritas mentis:deuotio actualis:⁊ mūdicia cordis. Et quātum ad primum oportet ꝙ regulariter ſit cōtritus ⁊ confeſſus cum propoſito obſeruādi mādata dei ⁊ eccleſie.⁊ q: eccleſia ꝓhibet a cōione excōmunicatos excōicatione maiori vel minori.etiā ⁊ interdictos ⁊ ſuſpēſos ⁊ degradatos a celebratiōne.ideo tales oportet ad hmōi abſtinere. alias peccarēt mortaliter.⁊ q: peccatū eſt ꝯtra puritatē mētis.ideo accedere nō debet ad celebratiōnē vel cōionem niſi prius ꝯtritus ⁊ confeſſus: qđ eſt neceſſariū de mortalibus:ſed ⁊ de venialibus decens eſt ꝯteri.⁊ ſi cōmode poteſt confiteri.ꝙ̄uis nō ſit neceſſarium. Unde dicit de cōſe.di.ij.ſi nō ſint tanta peccata.vt excōmunicet quis.i.vt poſſit excōmunicari:quod nō ſit niſi pro mortali:nō debet a medicina corporis diſſeparari.nō debet.i.nō tenetur.vt exponit Pe. q: etſi venialia nō ſint ꝯtra charitatem.ſunt tamē ꝯtra charitatis feruorem:⁊ impediūt actualitatem deuotionis.⁊ per ꝯſequens vel fructuꝫ impediūt vel minuūt. Sed ⁊ quādoq; qđ putatur veniale eſt mortale:aut per ꝯfeſſione fit homo de attrito contritus: niſi ponat obicem.

¶ Item nota ſm̄ Pe.de pa.in.iiij.ꝙ accedere ad cōmunionē vel celebrare cum peccato mortali pōt eſſe tripliciter. Uno modo q: illđ ignorat.alio modo q: dubitat.tertio modo q: illud cognoſcit. Primo caſu cum.ſ.non eſt conſcius de mortali poteſt eſſe dupliciter. Uno mō quia ſcit ſe cōmiſiſſe peccatum:ſed reputat ſibi ſuiſſe dimiſſum:q: credit ſe eſſe contritum cū non ſit:ſed attritus.⁊ talis ſi ſit confeſſus nō peccat accedendo:q: vbi non poteſt haberi certitudo plena:ſufficit probabilis cōiectura.ſ.ꝙ homo doleat de preterito:⁊ caueat per propoſitū de futuro. Alio modo quia neſcit ſe cōmiſiſſe hoc peccatum.⁊ hoc iterum contingit dupliciter. Uno modo quia recolit de facto : ſed nō credit illud eſſe peccatuꝫ mortale:ſed veniale vel nullum.vtputa fornicationem ſimplicem.⁊ tūc nō excuſatur quin peccet accedendo. quoniā ignorantia que non excuſat facientē a peccato dum facit:non excuſat eum a peccato dum ſic ad ſacramentū accedit:ſed talis eſt huiuſmodi ignorantia. Non enim excuſat eum a peccato faciētem ex quo punimus eum in peccato licꝫ ignoret:quia huiuſmodi ignorātia vel eſt iuris:vel eſt particularis circūſtantie quam talis tenebatur ſcire.alſ non peccaſſet.ergo peccat accedēdo. Alio modo neſcit cōmiſiſſe peccatum:quia ſcilicet non recordatur de facto.⁊ hoc iteruꝫ cōtingit dupliciter:quia aut diſcuſſit cōſciētiam ſuam prius ſufficiēter.⁊ tamē non recolit illud factum:ſed eſt oblitus.⁊ tūc nō peccat accedendo:imo forte veniam obliti ꝯſequit ex vi ſacramēti. Dicit enim Aug.ꝙ corpus chriſti viuificat mortuos dum māducatur. Aut nō diſcuſſit

celebrare in mortli.

ꝯſcīētiam ſuam diligēter. ⁊ ob hoc nō venit in
noticiā mortalis cōmiſſi. ⁊ tūc peccat mortal'r.
Et ratio eſt: q2 volūtaria omiſſio circūſtātie que
ad factum requirit̄ non excuſat: ſed aggrauat.
Sed diſcuſſio ꝯſcientie eſt ꝯditio que requirit
in ſuſcipiēte hoc ſacrm̄. ſm illud. j. Cor. xj. Pro
bet aūt ſeipſuȝ homo ⁊c̄. ergo talis omiſſio nō
excuſat quin accedat vt peccator. nam ⁊ iuſtus
accedēs ad hoc ſacrm̄ ſine diſcuſſiōe forte pec
cat niſi ꝙ in iuſto qui cōſueuit paſſim ſcrutari
ꝯſciētiam ſuā ſufficit breuis ⁊ trāſitoria diſcuſ
ſio que non ſufficit in alio. In ſcđo caſu cum ſcȝ
dubitat tūc dupliciter. quia aut credit ſe eſſe in
mortali ex conſciētia ſcrupuloſa ⁊ temeraria. ⁊
tūc dȝ deponere eam: ſed quouſqȝ nō depoſue
rit: abſtineat q2 ꝯſciētia erronea ligat ⁊ obligat
aut hoc credit ex ꝓbabili ꝯiectura. ⁊ tunc dȝ cō
teri ⁊ ꝯfiteri. al's ꝑiculoſe exponit. ⁊ ſic videtur
eſſe mortale ſi fecit qđ debuit in diſcuſſione nō
peccat: ſed ſibi dimittit̄ al's ſecus. In tertio ca
ſu cum. ſ. ſcit ſe eſſe in mortali. de quo non ꝯte
rit̄ vel etiam nō ꝯfitetur cum poſſit. tūc iterum
peccat mortaliter. Et ratio huius eſt: q2 irreue
rētia ⁊ abuſus tanti ſacramēti non pōt eſſe ſine
mortali. Eſt aūt magna irreuerētia ⁊ abuſus ſa
cramēti huius accedere ad ipſuȝ cum mortali.
qđ patet tum ex modo ſumendi: q2 ſumit̄ vt ci
bus. Sed ſicut cibus corporalis nō cōpetit niſi
viuēti corporaliter. ſic nec iſte cibus ſpūalis ni
ſi viuēti ſpūaliter. peccator aūt mortuus eſt ſpi
ritualiter. Patet etiā ex re ibi ſignata. ſ. corpus
chriſti myſticū. Unde quicūqȝ ad hoc ſacrm̄ ac
cedit: ꝓtēdit ſe volare ad vnionē cum chriſto
⁊ mēbris eius. Sed exiſtēs in ꝯſcientia morta
lis ad hoc nō tendit ſed recedit. ⁊ ſic eſt reus fi
ctionis cum vnum intēdat ⁊ aliud ꝓtēdat. fi
ctio reſpectu ſacramēti eſt mortalis. Et eſt hmōi
mortale q̄ꝫtum ad grauitatē: mediuȝ inter pec
cata que cōmittunt̄ in deū: ⁊ que fiunt in proxi
mū. ſicut homo aſſumptus eſt melius inter deū
⁊ hoīes. ⁊ peccata quidē carnalia reddūt homi
nem magis indignū ⁊ magis impediūt a per
Carnalia pctā ceptiōe huius ſacramēti q̄ ſpūalia: q2 plus mē
teȝ diſtrahūt ⁊ plus ſcādalizant. ⁊ magis ſcitur
in iſtis quid mortale ⁊ quid veniale q̄ in illis.
ſed ſpūalia ſunt minoris culpe q̄ carnalia ſm
Greg. Et ideo plus impediūt ſpūalia q̄ꝫtum ad
genus peccati. Hec oīa Pe. Cui ꝯcordat Tho.
⁊ Pet. Sed ⁊ quātumcūqȝ ꝯtritus qui hȝ mor
tale non debet celebrare vel cōmunicare niſi cō
feſſus. al's peccaret mortaliter ſm Tho. ⁊ Pet.
q2 ad ſacramētum eccleſie requiritur recōcilia
tio etiam ſm iudicium eccleſie. ⁊ hoc niſi vrge
ret neceſſitas celebrādi. al's eſſet ſcādaluȝ popu
li ⁊ non haberet copiam ꝯfeſſoris: tunc ſufficit
ꝯtritio. Similiter cum infirmus grauiter ami
ſit loquelā. nō enim ꝓpter hoc debet priuari cō
munione vel etiā ſi non haberet ſacerdoteȝ: q2
per diaconum poſſet eucharistia deferri ⁊ hu
iuſmodi. Petrus de palude addit aliuȝ caſum
cum iminet cōmunio paſchalis. ⁊ quis nō ha
bet copiam ꝯfeſſoris vel habet caſum reſerua
tum epo ad quē tūc non pōt ire: ſed credo illud
reſtringēdum qñ ex hoc ꝙ abſtineret ſequeret̄
magnum ſcandalum: ⁊ haberet̄ multuȝ ſuſpe
ctus de aliquo malo: tunc forte poſſet.

¶ Secūdū quod .§. viij.

requirit̄ ad idoneam celebrationē vel cōmuni
cationem eſt actualis deuotio. Ad hoc enim vt
aliquid nutriat: opȝ ipſum aliquid coopari: q2
nutriēs agit in nutritū. Cum ergo illud ſacrm̄
detur ad nutriēdū ſpūaliter: lȝ deus operet̄ prin
cipaliter. oportet tñ ꝙ homo operet̄ inſtrāliter
ipſum deuote amplectēdo. iuxta illud qđ habe
tur de ꝯſe. di. ij. c. q2 corpus. in fi. nō ergo quod
libet veniale: ſȝ illud qđ impedit actualiter de
uotionem. i. qđ diſtrahit mentē ne actu ferat̄ in
deum. impedit ſacramēti fructū: nec tñ facit in
currere mortale: q2 nō tenet̄ homo eam habere
actualiter de neceſſitate: ſed habitualiter. Habi
tus aūt eius tollitur ſoluȝ per mortale: non per
venialia etiam oīa. Dicitur aūt deuote coicare
ſi conatur oēm diſtractionem ⁊ euagationē mē *Deuote celebrare.*
tis expellere ⁊ nō deliberate eam tenet ſi occur
rat. Pe. de palu. Et q2 meditatio paſſionis chri
ſti multuȝ eſt inductiua deuotionis ſuper alia.
Unde Bern. Super oīa te mihi reddidit ama
bilem: o bone Ieſu calix quem bibiſti opus re
demptionis noſtre. Hoc ⁊ deuotionē noſtraȝ fa
cilius allicit: dulcius vrit ⁊ fortiꝰ ſtringit. ideo
accedenti ad cōmunionē multum congruit ip
ſam meditari. Unde Aug. de cōſe. di. ij. Quia
per morteȝ dñi liberati ſumus. ideo huius rei
memores in edendo carnem ⁊ bibēdo ſangui
nē debemus eſſe. Et ꝓpter hoc vt deuotius ac
cedat: ſtatutum eſt vt ieiunus quis celebret vel
cōmunicet: q2 aptior eſt homo ieiunus ad de
uotionē q̄ pranſus. Ueruȝ eſt tamen ꝙ eſt alia
cauſa magis principalis huiꝰ inſtitutionis. ſm
Tho. ⁊ Pe. ſcilȝ reuerentia ſacramēti. vt ſcȝ pri
us in os ⁊ ſtomachum chriſtiani intret corpus
chriſti q̄ alius cibus pro illa die. ⁊ habet̄ hoc
de ꝯſe. diſ. ij. liquido. Quod aūt dicit̄ de conſe.
diſt. ij. ſacramēta a ieiunis ſumant̄ excepto die
cene. Habuit locū antiquitus: ſed nunc eſt abro
gatū ⁊ nō ſeruandū. Pe. Et q̄uis in aliquo ca
ſu liceat nō ieiuno cōmunicare. vt infirmo qui
non poteſt expectare ꝓpter periculū mortis vel
freneſis. nunq̄ȝ tamē licet nō ieiuno celebrare:
nec ꝓpter infirmum cōmunicādum: nec ꝓpter
vitanduȝ ſcandalū quodcūqȝ: nec ꝓpter precē

ptum niſi pape qui ſolus poſſet in hoc diſpen//
ſare: cum ſit preceptum poſitiuũ. Unde d. vij.
q. j. ca. Nihil. Nullus poſt q̃tũcunq̃ minimum
ſumptũ cibũ vel potũ miſſas facere preſumat.
Pe. Sed bene liceret nõ ieiuno pſeq̄ ſcḣoa/
tam poſt conſecrationẽ iam factã. vt infra dice/
tur. vel ſupplere defectũ cõmiſſum iterum cõſe
crando. ſi ſumpſit aquã pro ſanguine ⁊ hmõi.
Añ. §. j. vt ſupra dictũ eſt: celebrando autem vel cõmu/
nicando nõ ieiunus eſt mortale. Et intelligitur
hoc q̄ ſit ieiunus ieiunio nature quo dicit ieiu
nus qui poſt mediam noctem nihil ſumpſit ad
huc cibi ⁊ potus. ⁊ ſi poſtea illa die ſit pluries
comeſturus facta cõmunione ⁊ non ſufficit q̄
ſit ieiunus ieiunio eccleſie: quo dicitur ieiun⁹
qui iam comedit ſi tantum ſemel illa die come
dit. Et dicunt Tho. Pe. ⁊ Alber. ⁊ Hoſtieñ. q̄
poſt potũ aque vel ſumptiõẽ electuarij vel me
dicine que conſiſtit in cibo vel potu: nõ licet ce
lebrare vel cõmunicare: quia ſoluũt ieiunium
ſcʒ nature cum ſumitur ſcʒ a media nocte ⁊ ci//
tra. Quidam autem Goff. ⁊ Joh. pariter viden
tur tenere q̄ ſumendo aliquid per modum me
dicine. vt modicũ zinziberis ⁊ huiuſmodi q̄
non impedit perceptionẽ euchariſtie. ¶ Pro/
hibetur enim cibus ḃm iſtos ante cõmunionẽ
quantum ad principalem vſum eius. prout. ſ.
ſumitur per modũ cibi. i. ad nutriendum: ſed
non prout ſumit ad alterandũ etiã p modũ me
dicine. Sed Petrus de palude. in. iiij. di. viij.
q. ij. deſtruit iſtam opinionem vt falſam cuʒ rõ
nib⁹. Nec eſt verũ q̄ prohibeat ſolũ cib⁹ ⁊ po/
tus prout eſt da nutriẽdũ. ſed phibet ppter re/
uerentiam ſacramẽti vt ſtomachus pro illa die
ſit nouus. Ita auteʒ nouitas iſta tollit per cibũ
ſumptuʒ ad alterandũ pro medicina: ſicut ſum
ptum ad nutriendũ. De reliquijs autẽ cibi que
remanent in ore inter dentes ⁊ caſualiter traij/
ciuntur per modũ ſaliue. Dicit Petrus de palu
de. q̄ non impediunt euchariſtie ſumptionẽ. ſe
cus ſi ex intentione traijcerentur. De reliquijs
aque qua os abluitur. ex quo cauſaliter ⁊ nõ ex
propoſito traijciuntur. liʒ nõ ſint conuerſe in ſa
liuam. non impediunt: quia nõ ſumuntur per
modum cibi vel potus: nec hoc intendit. Non
ſic de medicina: quia ex intentione bibitur: et ſi
nõ ad nutriendũ. Perfundendo etiã dentes ſa
le ⁊ aceto ad medendum vel lauandũ ſi nõ de/
glutitur: nõ impedit. De his etiã que ſumunt
per modũ guſtationis. ſicut tabernarij ⁊ coci fa
ciunt qui cibuʒ ⁊ potũ ſupra linguam ponunt
ſolum ad probandum ⁊ ſtatiʒ proijciunt: videt
q̄ nõ impediat. ſicut ſi aliquis velit pbare vtrũ
ſit aqua vel vinum album quod ſibi miniſtrat:
quia non eſt potus vel cibus ex quo non deglu
titur: nec per ſe nec per accidẽs poteſt nutrire.

De ſu/mente medici/nam.

De reli/quijs cibi.

Ex decentia tamen debet quis a talibus abſti/
nere qui vult cõmunicare. Si autem ad guſtan
dum ſumeret ⁊ preter intentionẽ deſcenderet
videtur idem dicendũ qđ de reliquijs aque cũ
abluit os. ſcʒ q̄ nõ impedit. Hec oia Pe.

¶ Poſt cõmunio/ .§. ix.

nem oportet gratias agere de tanto beneficio.
nec tamen oportet ḃm Tho. diu ſtare ante ſum/
ptionem cibi ⁊ potus. tum quia ⁊ ſpecies ſacra
menti cito alterantur. tum quia magis requiri
tur preparatio ⁊ actualis deuotio ante ſumpti/
oneʒ q̄ poſt: quia in acceſſu deuoto ad ſacramẽ
tum percipitur eius fructus. Poſtea poſt ali//
quas orationes ⁊ deuotionem ſufficit q̄ duret
habitualis. multum tamen debet ſibi cauere ⁊
ne ſubito diuertat ad fabulas ⁊ vanitates. Qđ
autem dicitur de conſe. diſti. ij. de tribus gradi
bus q̄ ſcilicet cõmunicans mane ieiunet vſq̄
ad ſextam ⁊c. eſt abrogatum per contrariaʒ cõ/
ſuetudinem. Et habuit locum poſt primitiuaʒ
eccleſiam quando ex maxima reuerentia raro
celebrabãt vt tẽpore heremitarũ. Petrus. Qđ
autem quis poſt cibum ⁊ potum non dormie//
rit. vel non ſit facta digeſtio: non habet impedi
re dũmodo poſt mediam noctem non comede
rit vel biberit. licet etiam non multum deceat
bibere poſt cõpletorium: ⁊ multo minus come
dere: niſi neceſſitas vrgeat. non tamẽ impedit
ſi fiat ante mediam noctem: cum dicatur de ſe/
ro. Non obſtat. extra de accu. c. ſi cõſtiterit. vbi
quidam qui pernoctauerat in taberna ſine ſom
no. priuat eccleſia propter hoc. In taberna enĩ
continue apponitur vinum: ⁊ ſic eſt veriſimile
q̄ poſt mediam noctem bibit: ⁊ ſic celebrauit ⁊
⁊ ſic eſt preſumptio iuris ⁊ de iure contra quaʒ
non admittitur probatio vel ſalteʒ preſumptio
iuris cui ſtatur quando contrarium non proba
tur quia tamdiu ſtetit vſq̄ ad dieʒ: nec ſtetit q̄n
biberit. Pe. de palude. Item nota ḃm Petrum
de palude. q̄ ſacerdos poſt perceptionem ſi vi/
derit aliquam particulam euchariſtie quantũ/
cunq̄ minimam dũmodo ſit ibi ſpecies panis
cum ibi ſit chriſtus: nullo modo debet accipe//
re ipſe cum non ſit ieiunus: ſed debet in craſti/
num reſeruare vel alteri ieiuno ⁊ diſpoſito ad
cõmunicandũ tradere. Et ſic intelligendum eſt
quod dicitur de conſecra. diſti. ij. tribus. de mi/
niſtris qui debent ſumere portiones remanen/
tes ſacramenti. ſcilicet q̄ ſint ieiunij.

¶ Tertium quod .§. x.

congruit cõmunicanti vel celebranti eſt mun//
ditia corporalis: ⁊ hoc propter reuerentiam ſa
cramenti. Unde ⁊ miniſtri eccleſie lauant ſibi
manus anteq̄ induantur ſacris veſtibus. Uex
quia iſte

De mũ/ditia corpo

q2 iſte eſt cibus mentis nō corporis: mundicia
corporalis non eſt ita neceſſaria ſicut ſpiritua//
lis. Unde ſm Pe. Tho. ⁊ Albert. ſi imundicia
corpalis ſit diuturna: vt lepra vl' fluxus ſangui
nis: vel ſeminis menſtrui cōtinuus non impe/
dit. Nec ex hoc abſtinere debet nec prohibet.
Si aūt imundicia eſt ad modicum tempus: vt
menſtruū mulieris naturale vel aliud hmōi.
melius eſt abſtinere propter reuerentiam. ſi tn̄
velit non debet prohiberi. ar. diſtin. v. ad eius.
Actus ꝯiugalis in reddēdo debitū vel exigē/
do cauſa prolis nō impedit. ſed talis eſt in hoc
ſuo iudicio relinquēdus. ſ3 Greg. xxxiij. q. iiij
vir cum ꝓpria: q2 non eſt ibi pctm̄. tn̄ ꝯſultius
eſſet abſtinere a coitone. Sed exigēdo cauſa de/
lectationis debet abſtinere. q2 licet veniale tm̄
vel ſola pollutio nō impediat: vtrūq3 ſimul im
pedit. xxxiij. q. iiij. §. Si panes. tn̄ cōmunican/
do nō eſſet mortale. ſm Pe. de pa. Quod autē
dr̄ de ꝯſe. di. ij. omnis homo: ꝙ ſc3 debet abſti/
nere ab actu ꝯiugali per aliquos dies ꝯſilium
eſt nō preceptum ſm glo. ibi. die eadē poſt cō
munionē exactus. cum difficultate tamē debet
reddere: non aūt exigere. ꝯtrarium tn̄ non eēt
mortale ſm Albert. Et leproſus in occulto pōt
celebrare dūmodo poſſit ſine periculo. ¶ De

De pollutione nocturna.

pollutione nocturna ſiue terminet in vigilia ſi
ue in ſomno quoquo modo. etſi nō in ipſa: tn̄
ante ipſam vel poſt ꝯtingit eſſe pctm̄ ⁊ quale.
dictum eſt. ō. ij. parte in tractatu de filiabus gu
le. in fi. Nunc aūt dicēdum qn̄ impedit a com/
munione. Pro cuius declaratione ſciendū ꝙ
pōt accidere quadruplici cauſa: q2 vel ex crapu
la vel precedēti cogitatione turpium vel ſuper
fluitate nature vel illuſione diaboli. Et ſi eueni
at ex ꝓcedēti cogitatōe turpiū: cui cogitatiōi ꝓ
buit aſſenſum: vel in opus vel in delectationē
de neceſſitate habet abſtinere a celebratione ⁊
cōmunione: q2 ibi ſimul ꝯcurrunt ⁊ imūdicia
⁊ mētis diſtractio ⁊ impuritas mentis ꝑfecta.
vel in perſona domini vel ex inſtitutione domi
ni vel ex virtute domini ibi operantis. Aqua
eſt materia baptiſmi: qui eſt primū ⁊ ianua om
nium ſacramentorum per quam intratur ad ec
cleſiam ⁊ fit chriſtianus. Uox que fit ſup aquas
ad hoc vt ſit ibi ſacramentum baptiſmi: cuꝫ qs
baptizatur eſt. Ego te baptizo in nomine pr̃is ⁊
filii ⁊ ſpiritusſancti: que vox debet fieri ſuper
aquas: ideſt dū fit imerſio vel effuſio vel aſper
cautela ſio aque ſm̃ varium eccleſiarum ritum: non an
te nec poſtea: ſed tunc ſuper aquas ⁊ multū de
bet caueri vt nil omittatur. Nam ſi talis omit/
teret aliquod ſubſtantiale: puta baptizo te: vel
etiam te vel in nomine patris nihil ageret: nec
paruuli ſaluti poteſt taliter prouidere. Et quia
in neceſſitate quilibet poteſt baptizare: ideo bo
num eſt formam huiuſmodi ſcire. Per hāc au/
tem vocem ſuper aquam eripitur a morte pec/
cati originalis. ſicut enim aqua lauat ſordes:
ita baptiſmus peccatorum maculas ab anima.
Et quia originale eſt quaſi fundamentum alio/
rum criminum. vnde alia per inclinationē pro
cedunt. Et ſublato principali deſtruitur ⁊ acceſ/
ſorium: ⁊ fundamento diruto ruit quod eſt ſu/
peredificatum. Et ideo ſi vltra originale reperi
tur in anima aliud peccatum: vt in adultis ſi/
mul cum originali omnia in baptiſmo delent:
niſi ponatur obſtaculum fictionis: principali/
ter tamen ad originale remouendū eſt ordina
tum. Quid autem ex ſanatione ipſa ſeu purga
tione poſt baptiſmum conſequatur: oſtenditur
ex eo quod ſubditur. Deus maieſtatis: ideſt ma
ieſtas diuina intonuit. Et quid: certe in inſtitu/
tione baptiſmi: quod fuit quando Chriſtus a
Joāne baptizatus fuit. Hoc intonuit deus pa/
ter. Hic eſt filius meus dilectus. Mathei. iii. ⁊
Luc. iii. ad innuendum ꝙ in baptiſmo de filio
diaboli efficitur filius dei. ſcilicet per adoptio
nē gratie. Quia ſi filii ⁊ heredes: heredes qui/
dem dei: coheredes autem Chriſti. ait Apoſto/
lus ad Galath. iiii. ⁊ ad Romanos. viii. cap. Et
quāuis fuerit Chriſtus in Jordane baptizatus
tamen non ſolum illi: verumetiam aliis aquis
dedit vim regeneratiuam ⁊ purgatiuam pecca
toruꝫ. Et ideo ſubditur: dominus ſuper aquas
multas: videlicet fontium: fluminum: mariū:
puteorum: ⁊ aliarum: dūmodo naturalium do
minus virtutem purgandi operatur.

¶ Nouiter na/ .§. iiii.
tus eſt ſatis debilis. ſic ⁊ regeneratus per ba/
ptiſmum: patit adhuc infirmitatem aliam gra
uem anime. ſcilicet impotētiaꝫ ſeu debilitatem
ad bonum precipue arduum ⁊ terribile. Et do/
minus addidit aliam medicinam ſacramenti:
que dicitur cōfirmatio que datur baptizatis vt
magis fortificentur. vt ponit ps. ſcd̃am dicēs.
Uox domini in virtute. i. ad fortific. dam debi
lem. propterea dicitur confirmatio. Uox iſta eſt
cum dicit ep̃s. nec enim poteſt alius iſtud ſacra
mētum conferre niſi ep̃s. dicit ergo cum inun/
git fronteꝫ chriſmate. Cōſigno te ſigno crucis:
cōfirmo te chriſmate ſalutis. In noīe patris ⁊ fi
lii ⁊ ſpiritusſancti amen. Dat autem ſibi alapaꝫ
vel tenenti eum vt recordetur ſe fore chriſma/
tum. Nam ſicut baptiſmus. ita nec iſtud ſacra/
mētum debet niſi tm̄ ſemel dari. alſ fieret iniu/
ria ſacramento ⁊ eſſet magnum ſacrilegiuꝫ. Et
quia vt debilis preſentatur ad hoc ſacramētuꝫ
decēs eſt vnde ⁊ inſtitutum ab eccleſia vt alius
teneat eum. ⁊ ibi contrahitur compaternitas ſi
cut in baptiſmo. Eſt autē effectus eius vt fortifi
cetur ſpūaliter ne timore mortis vel rubore cō
feſſionis omittat cōfiteri publice fidem Chriſti
cum eſſet expediēs. Et quia ibi datur gratia ad
robur. vt dicitur de cõſe. di. v. Oēs. ideo etiam
recipit fortitudinē cōtra diabolicas tētationes
ꝙ etiam addit gratia recipienti. ideo etiā paruu
lis innocētibus debet dari: parētibus hoc ꝓcu/
rātibus. Quis etiam ſine illa morientes vadāt
ad gloriaꝫ. Adulti vero ipſam contēnentes vel
ꝓpter verecūdiam dimittentes. ex antiquitate
damnarentur. Debent ergo omnes ſumere.

¶ Sicut enim in .§. v.
humana vita indiget homo corpali cibo etiaꝫ
qui fortis eſt. alſ deficeret. ita ⁊ in vita ſpiritua
li ſi vult in ea conſeruari. Sed quis eſt iſte ci/
bus. certe ſacramentum euchariſtie cibus refi/
ciens: ⁊ medicina ſanans infirmitatem malitie
qua īclinamur ad diuerſa mala cogitāda ⁊ ap/
petēda ⁊ de aliis ſuſpicanda: etiaꝫ circa diuina.
Unde dicit Hyla. de conſe. diſtin. ii. ſi non ſunt

ubi dicitur ſi non ſunt tanta peccata vt excommunicetur quis .i. mortalia nõ debʒ quis a medicina corporis ⁊ ſanguinis dñi ſeparari. Huiuſmõi vocem nota ps. cum ſubdit. Uox dñi in magnificentia. que eſt iſta vox cum .ſ. dicit ſacerdos ſup hoſtiã in perſona dñi. Hoc eſt enim corpus meũ Et ſuper calicẽ preparatũ. Hic eſt calix ⁊c. uſqʒ in remiſſionẽ pctõꝝ incluſiue. O quãta magnificentia eſt in iſta voce vt ad ipam conuertatur panis ⁊ vinũ in corpus ⁊ ſanguinẽ xpi ibiqʒ ſit ⁊ aĩa ⁊ diuinitas. Greg. x. de cõſe. diſ. ij. Quis fideliũ dubium habere poteſt in ipſa imolationis hora in illo ieſu xpi myſterio ad ſacerdotis vocem celos aperiri angelorũ choros adeſſe. ſumma imis ſociari. Et ne aliquis dubitet de hac magnifica conuerſione. oſtendit deus per multa miracula iſtam veritatẽ. Sed ⁊ quis poſſet explicare magnificentiã fructus ⁊ vtilitates huius ſacramenti O precioſum conuiuium: magnificum: ſalutiferum: ⁊ omni ſuauitate repletum. hic purganẽ pctã: virtutes augentur: ⁊ omnium chariſmatum abũdantia mens impinguaẽ. inquit ſanctus Tho. in officio corporis xpi. Uñ ex eo multũ minuiẽ malitia homĩs.

¶ Quia vero di/ .§. vi.

uerſis inordinationibus ⁊ cauſis corpus repletur malis humoribus que ſi nõ euacuentur ad mortem deducerent. ideo ſumere opʒ medicinas purgatiuas. hec aũt ſpecialr medicina eſt ſacramentũ penitentie. Iſta euacuat humores ſupfluos peccatoꝝ per contritionẽ ⁊ cõfeſſionẽ debite factam ſequẽti abſolutione vocali. de q̃ ps. Uox domini confringentis cedros. hec vox eſt cũ ſacerdos dicit. Ego abſoluo te a peccatis tuis ⁊c. Cedrus autem altiſſima arbor hec deſignat ſuperbiam que in altũ eleuat mentẽ per falſam ſui eſtimationem cum nihil ſit. A ſuperbia autem ſumpſit initiũ omnis perditio. Tobie quarto cap. Et in omni peccato aliquo mõ reperitur ſuperbia in quantum peccatũ erigit ſe contra ſuum ſuperiorẽ deum nolẽdo ſubijci preceptis eius. hec igitur cõfeſſio confrigit cedros altas .i. peccata mortalia oĩa: contra que principalr ordinatur confringit .i. tollit. Unde de pe. di. vij. ait Leo papa. Multiplex miſericordia dei ita lapſis hũanis prouidit. vt per penitentie medicinam ſpes vite reparetur eterne. Ita diuine voluntatis ordinatis preſidijs vt indulgentiã .i. remiſſionem peccatorum niſi ſupplantatione ſacerdotum. abſolutionem valeat obtinere. Et nota ꝙ non dicit euellentis ſed cõfringentis. quia quod frangitur fructus facere non poteſt ſicut arbor dum ſtat cõfracta: fructꝰ cadunt cũ ea. tamen ex quo radix remanet paulatim germinare poteſt ⁊ creſcere ⁊ ſic iterum fructus facere. Sic ad propoſitum per pñiam ⁊ abſolutionem conſringitur ꝯgeries habituũ viciorum cum fructibus .i. operibus eorum: tamen radix ideſt inclinatio ad mala remanet in terra cordis: que paulatim pullulat: ⁊ iõ oportet freqnenter pullulationes ⁊ motus vitiorũ ꝯſtringere: ne ſumẽdo robur fructificent. Et vt dicitur. xxiij. q. j. Manet petri priuilegiũ quãdo ex equitate fertur iudiciũ. Naʒ ſi non eſt vere penitẽs peccator: ꝗ̃uis abſoluatur a ſacerdote: non recipit fructũ abſolutiõis ſed magis iudicium ⁊ indignationẽ dei incurrit. Unde ſubdit. ps. Confringet dominus cedros libani. cõfringet per iudicium ſuum in morte cedros libani ideſt hypocritas: qui ficte confitentur: vt non credanẽ mali eſſe. ¶ Libanus enim interpretaẽ candidatio: ⁊ ſignat hypocritas: q vt dicit xps. Matthe. xxiij. capi. ſimiles ſunt ſepulchris dealbatis: quibꝰ ait. Ueh vobis quia ſcilicet confringuntur cruciatu infernali.

¶ Cum autem hu/ .§. vij.

mana natura non poſſit perpetuari in indiuiduis: quia mortalia ſunt ideo oportuit inſtitui matrimonium ex quo propter generationem conſeruatur genus humanum. quod matrimonium etſi ab initio fuerit inſtitutum ſolum in officium ſcilicet procreande prolis: tamen poſt peccatum eſt etiam in remedium ſcʒ ꝯtra infirmitatem periculoſam humane concupiſcentie ad voluptatem quam habet conſtringere ipm matrimonium vt ſacramentũ eccleſie: quod habet formam ſuam verba ſcʒ que dicunt ſpõſus ad ſponſam ⁊ econuerſo ſcilicet. Accipio te in meam vxorem: ⁊ illa accipio te in meum virum. Siue vt moris eſt: notarius aut alius mediator interrogat vtrunqʒ: ſi alter in alterum ꝯſentit: ⁊ cum ibi conſiſtat eſſentia matrimonij ſi ſint in ſtatu gratie coniuges: datur gratia reprimens concupiſcentiam vt ſcilicet contentus ſit ſua: ⁊ nõ feratur ad alias cognoſcendas vel concupiſcendas Unde ſequitur in. ps. Uox domini intercidentis flammam ignis ideſt diuidentis. ¶ Eſt enim flamma concupiſcentie comburentis ſcilicet p damnabiles corruptelas fornicationis ⁊ huiuſmodi. Nam fornicatoribꝰ pars illorum in ſtagnũ ignis ardentis ⁊ ſulphuris: vt dicitur Apoca. xx. capitu. propter quod dicit apoſtolus prime ad Corinth. vij. capitu. Melius eſt nubere ꝙ̃ vri ideſt vinci a damnabili corruptela. ¶ Eſt alia flamma concupiſcentie reprimentis. ſcilʒ damnabiles corruptelas: ⁊ hec eſt actus coniugalis debite exercitatus: que honeſtatur ⁊ licitatur per bona coniugij ſcilicet per fidem ꝓlẽ ⁊ ſacramentum de qua di. xxvij. q. ij. Oẽ. Uñ

vtilitas

Liban⁹

Flãma ꝯcupie duplex

dicit Grego. de tali q non debet ei negari ſacra
cõmunio qꝛ in igne poſitus neſcit ardẽ. xxxiiij.
q.iiij. Uir cum propria vxore. ſicut in figuram
ignis fornacis babylonice incendit miniſtros
regis qui eam incẽdebant: non aũt quicq̃ mo/
leſte tribus pueris in eo poſitis obfuit. i. in con
iugio exiſtẽtibus cum illis tribus bonis predi/
ctis ſeu cum virtutibus tribus theologicis. Di
uidit ergo matrimoniũ flãmam reprimẽtez cõ
cupiſcẽtiam a flãma cõburente. vt primaz reti/
cautela neat ſcđam abyciat. Debet autẽ ſumme caueri
ne ↄtrahatur matrimoniuz in occulto. qꝛ q̃uis
etiam teneret: tamẽ peccarẽt mortaliter: qꝛ con
tra prohibitionez eccleſie. ⁊ ſemper manerẽt in
tali dãnatione quouſqꝫ facerent ipſum manife
ſtum in ↄſpectu teſtium ſaltez vt poſſit in iudi/
cio probari. Uiri autem ↄtinẽtes vt clerici ⁊ re/
ligioſi melius reprimunt iſtã flãmam. ſcilꝫ per
abſtinentiam: vigilias. ⁊ huiuſmodi.

¶ Prouidit quo/ §.viij.

q̃ miſericors deus de multiplicatiõe ſpiritua/
li filioꝝ. ſ. fidelium: ⁊ per hoc ſacramẽtum ordi
nis quod cõfertur per epiſcopos ſolum. Et cuz
ſint ſeptez ordines: vt partes huiuſmodi ſacra/
menti: quatuor minores ⁊ tres maiores: omẽs
tamen ordinãtur ad vnum finem. ſ. confectiõez
eucharistie: ⁊ gubernationem fideliuz. In quo/
libet autem imprimitur ſpecialis character in/
delibilis: ⁊ ſpecialis confertur gratia acceden/
ti cum gratia. vnde ⁊ ↄfeſſionez premittere de/
bẽt ordinãdi: ſicut ⁊ fieri debet in omnibus ſa/
cramẽtis excepto baptiſmo qđ eſt ianua alioꝝ.
¶ Datur autem quilibet ordo per collationez
ſpecialis inſtrumenti: puta clauium: libri: can/
delabri: calicis ⁊ huiuſmodi. cum certa forma
verborũ que habetur in pontificali. Et vox dñi
cõmouentis deſertum. Ad hoc datur ſpecialis
ordo precipue ſacerdotum cõmouentis deſer/
tum. ſcꝫ ſecularem ſtatum vbi ſunt beſtie ſilue/
ſtres. i. beſtialiter viuentes: debeant cõmouere
doctrina verbi ad penitẽtiam exhortando: ar/
guendo: increpãdo: cõminando: ⁊ ſic cõtra in/
firmitatem ignorãtie infunditur ei gratia illu/
ſtrans eum ad bene regẽdum ⁊ docẽduz popu
lũ. Et vt efficacius cõmoueat ideſt totaliter mo
ueat ad penitẽtiam opere impleat quod docet.
Nemo enim monitoris perſonã recte ſuſcipit:
niſi qui actibus ſuis errata condẽnat: ⁊ vite in/
nocẽtiam cõuerſatione demonſtret diſt. lxxxj. c.
ij. Ueruz etſi clerici mali eſſent dolẽdum eſt po
pulis: ⁊ prelatis eorum denũciare debẽt vt cor
rigant eos non tamẽ contẽnere vel iudicialiter
ſententiare. Unde Nicolaus papa ait. Uerum
vobis qui laici eſtis de clericis quicquid eis ac
ciderit iudicãdum non eſt: ſed epiſcopoꝝ iudi/
cio reſeruandum. Sic ⁊ chriſtus admonuit di/
cẽs. Omia quecũqꝫ dixerint vobis facite ⁊ ſuate
ſm vo eoꝝ opera nolite facere. Matth. xxiij.

¶ Demum vero .§.ix.

reſtat trãſitus hominis de hac vita: de quo etiã
piiſſimus deus de medicina prouidit ſpiritua/
li: vt citius homo poſſit euolare ad celũ. Et hoc
eſt ſacramẽtum extreme vnctionis: qđ vtiqꝫ va
let ad infirmitatem tollẽdam venialiuz que im
pediũt introitum glie. Sine macula ſunt enim
ante thronum dei. Apocal. xiiij. Hunc effectuz
tãgens apoſtolus Jacobus. ait. c. v. Infirmatur
aliquis ex vobis inducat preſbyteros eccle ⁊c̃.
vngentes cum oleo ⁊c̃. ⁊ oratio fidei ſaluabit
infirmum ⁊ alleuiabit eum dñs: ⁊ ſi in peccatis
ſit remittẽtur ei. Hoc etiam habet ſuam formã
ſ. per iſtam ſanctam vnctionem ⁊ ſuaz piiſſimã
miſericordiaz: parcat tibi deus quicquid vitio
oculoruz deliquiſti: ⁊ ſic de aliis ſenſibus expri
mendo illum ſenſum in quo fit inunctio nariũ
aurium ⁊c̃. Et hec vox dñi preparantis ceruos.
vt ſcilꝫ deſiderantes ad fontes aquarum viuen
tium. i. dñm currentes perueniant ad deum vi
uum. Nõ ſolum enim remittit veniale. ſed etiã
ſm Tho. in. iiij. tollit reliquias peccati. i. quan/
dam hebetudinem mentis ⁊ tepitudinem affe/
ctus ad illam gloriam ⁊ affectum inordinariũ
ad mortez vite preſentis. Inde ſequitur. q per
affectuz huius ſacri debite ſumpti dñs reuelet
ↄdenſa. i. tollat impedientia ↄſecutionẽ glie: ⁊
ſic in tẽplo eius ſuperno oẽs dicent gloriam.

¶ Sermo de baptiſmo. Capitulum. ij.

Vox domini ſuper

aquas deus maieſtatis itonuit do
minus ſuper aquas multas. Pſ.
xxviij. Quia baptiſmus qui eſt ia/
nua ſacramentorum datur in inuocatione ſan/
ctiſſime trinitatis exprimendo perſonas diſtin
cte cum dicitur. Ego te baptizo in nomine pa/
tris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Et habet efficaciã ſu/
am mirabilem in virtute ſanctiſſime trinitatis
⁊ perducit ad claram viſionem ipſius: ſcilicet
trinitatis. ideo in inſtitutione ipſius baptiſmi:
que fuit in baptiſmo Chriſti in ſpecie ſenſibili
oſtenſa eſt trinitas ipſa quando ſcilicet chriſtus
a Joanne baptizatus eſt in Jordanis flumine:
quod etiam in dictis verbis innuitur.

¶ Et pmo perſona filij viſa eſt in humana car/
ne: ibi. Uox domini ſuper aquas.

¶ Secũdo perſona patris ſignata eſt in expreſ
ſa voce: ibi. deus maieſtatis intonuit.

¶ Tertio pſona ſpũſancti oſtẽſa eſt in colũbe
ſpecie: ibi. dominus ſuper aquas multas.

¶ Et quãuis tota trinitatis operata ſit corpus

chriſti vocem illam ⁊ colũbam. tamen ſolus filius fuit in illa carne. ⁊ vox illa ſolum patreȝ repreſentat ⁊ colũba ſpũmſanctuȝ. Alio tamẽ modo fuit dei filius in illa carne ꝙ pater in voce. vel ſpiritusſanctus in forma colũbe: quia dei filius in illa fuit. ſcilȝ per aſſumptionem humane nature ⁊ vnionem ipſius nature humane cũ diuina in vna perſona. Sed illa vox aut columba fuit vnita in perſona cum patre vel ſpirituſancto. nec colũba erat ſpiritusſanctus: nec vox pater. ſed repreſentabant ipſas perſonas diuinas. ſcilicet patrem vel ſpiritũſanctũ ſm Tho. in tertia parte. q. xxxix. articu. vj. in Reſpon. ad ij. ⁊ j. ſentent. diſtinc. xvj. q. j. artic. iij. ⁊ iij. ſenten. diſtinct. j. in expoſitione littere. ⁊ ſi fuit verum animal. habetur a ſancto Thom. prima ſecunde diſt. xvj. q. prima. artic. iij. ⁊ tertia parte. q. xxxix. arti. vij. poſt Augu. de cõſecrat. diſtin. iiij. Omnes. De hoc agitur in euãgelio. Mathei. iij. vbi dicitur. Venit ieſus ad Joãnem in Jordanem vt baptizaretur ab eo.

¶ Quantum ad §. i. primum. Vox domini ſcilicet chriſti ⁊ ſaluatoris noſtri ſuper aquas fluuij Jordanis cum dixit ſcilicet Joãni vt baptizaret eum in aqua. voce ⁊ actu oſtenditur maxima humilitas domini. vt ipſe innocẽtiſſimus veniret ad baptiſmũ: quod eſt remedium purgatiuum peccatorum qui nullum peccatum habebat. vt dñs iret ad ſeruum. Rex ad militem: creator ad creatoreȝ. Vox igitur domini ſuper aquas: ſcilicet iordanis. ¶ Interpretatur autem iordanis deſcenſus. Unde deſignat humiliationem qua quis deſcendit quodãmodo a dignitate ſua. Humiliauit ergo ſe dei filius: non ſolum quia deſcendit de celis per incarnationem. ſm illud Pſal. deſcendit ſicut pluuia in vellus. Nunc autem ſe magis humiliat ſuſcipiens ipſe hominũ purificator inter peccatores: qui accedebant ad Joãnem vt baptizaretur ab eo. ⁊ baptiſmum quod eſt inſtitutum ad purificationem peccatorum quaſi eſſet vnus ex illis. Cum enim lapſus primus hominis fuerit per ſuperbiam. ⁊ ipſa etiã ſit origo aliorum. ⁊ frequenter homines incidant eam non intelligentes. Ideo in omni vita ſua dedit exẽpla maxime humilitatis: vt infirmitatem primi hominis curaret et nos ſuo exemplo ab ea preſeruaret. Inſup hoc egit non vt egeret vel vt aliquid gratie ex eo ſuſciperet: ſed vt tactu ſue mundiſſime carnis vim regeneratiuam aquis conferret ſeu virtutem concederet aque baptiſmali. ac etiaȝ vt ſuo exemplo: omnes ad baptiſmum accederent. Unde cum Joannes recuſaret baptizare ex humilitate dicẽs. Ego a te debeo baptizari. ⁊ tu venis ad me.

Iordãis

dixit ei ieſus. Sine modo. ſic decet nos implere omnem iuſtitiam. Matthei. iij. idest cõſummatiſſimam ⁊ ſummam humilitateȝ. Magna humilitas eſt ſubijcere ſe ſupiori: Maior ſubijcere ſe equali. Omnis ſeu maxima ſubijcere ſe etiam inferiori. quod Chriſtus fecit baptiſmuȝ a Joãne ſuſcipiendo. Uel vt dicit Ambroſi. ſuper Lucam. Hec omnis iuſtitia. vt quod alteri iniſeris prius tuipſe perficias. ⁊ tuo alios hortetis exemplo. Quod ergo chriſtus alijs precepit ſcilicet baptiſmi ſuſceptioneȝ. ipſe primus accepit. ⁊ extunc baptiſmus vt videtur virtutẽ accepit multiplicem que ex eque proprietate attendit. Et ideo vox domini ſuper aquas. Aqua enim eſt purgatiua: ⁊ baptiſmus purgatiuus omnium macularum anime: idest peccatorum ſuper omnia alia ſacramenta ⁊ originalium et omnium aliorum actualium. Aqua eſt refrigeratiua contra caloreȝ. ita baptiſmus refrigerat ſeu diminuit fomitem ipſius ↄcupiſcẽtie: idest inclinationeȝ ad malum. non tamen extinguit. ſed remanet ad exercitium virtutis: ⁊ humiliationem: ſed debilitat vt non dominetur. Aqua eſt corpus dyaphonum: idest tranſparens. vnde ⁊ ſuſceptiua luminis. ita ⁊ baptiſmus pſtat lumen fidei. Unde dicitur ſacramentum fidei. Et baptizandus cum baptizari petit: fidem petit. Aqua eſt fecundatiuam. quia per eam terra fructum affert. ſcdm illud Jaco. v. Celum dedit pluuiam ⁊ terra dedit fructum ſuum. ⁊ baptiſmus inducit per gratiam ad fructum bonoruȝ operum. Item aqua eſt animalium ſuffocatiua vt patuit in diluuio. ſic ⁊ baptiſmo demões ſuffocantur ⁊ eorum tyrãnides. In cuius figuraȝ Pharao cum exercitu ſuo perſequens populũ dei in mari rubro ſubmerſus eſt. vt patet Exo. xiiij. Et. j. ad Corinth. x. Et de cõſecrat. diſt. iiij. nequaꝗ. quod deſignat baptiſmum. ſm apoſtolum. Item aqua eſt mollificatiua terre. vt ſic inde recipiat varias imagines. ſic per baptiſmuȝ imprimitur character indelebilis per quẽ configuratur characteri eterno idest Chriſto. Aqua etiam fluxit de latere chriſti lancea trãſfixa exiuit enim ſanguis ⁊ aqua. Joã. xix. c. que ſignat baptiſmum ad innuenduȝ quod baptiſmus efficaciam habet a chriſti paſſione que terminata eſt in ſepultura in quam corpus chriſti deſcendit ⁊ inde reſurrexit. ⁊ ad hoc ſignificanduȝ cum quis baptizatur ſiue per immerſionẽ ſiue per effuſionem ponitur ſub aqua quaſi ſub terra ſepultus. Et inde educit quaſi reſurgens cum chriſto in nouitate vite ſpiritualis. Et hoc eſt quod ait apoſtolus. Conſepulti eniȝ ſumus per baptiſmum cum chriſto: vt quomodo chriſtus reſurrexit. ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Quia etiam aqua eſt cõmuniſſima atque

ppetates aq.

Ad Roma. vj.

vbiqꝫ reperiť. ⁊ iſtud eſt ſacramētuꝫ ſumme neceſſitatis omnibus. Niſi eniꝫ quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto non poteſt intrare regnum dei. Io. ānis. iij. Chriſtus ait. Ideo decentiſſimuꝫ fuit in aqua inſtitui. Unde vox dn̄e ſuper aquas: q̄r cum aqua oportet ꝙ addatur vox domini. i. forma inſtituta a domino.

Secundo in .§. ij.

baptiſmo oſtenſus eſt pater omnipotens in voce que ibi intonuit. videlicet. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui. Mathei tertio. ad innuendum ꝙ per baptiſmum quis acquirit digniſſimam ⁊ vtiliſſimam filiationem. ¶ Unde notandum ꝙ acquirit ibi triplicem filiationem.

Filiatio nē acq/rit ba/ptizat⁹.

¶ Nam efficitur filius dei patris per adoptionem.

¶ Filius eccleſie matris per ſubiectionem.

¶ Filius baptizantis ⁊ eum tenentis per inſtructionem.

¶ Primo enim per baptiſmum cum recipiat gratiā ⁊ fidem efficiť filius dei. ſm illud Ioā. j. c. Dedit eis poteſtatē filios dei fieri his qui credūt in nomine eius ⁊c̄. ſed ex deo nati ſunt. In baptiſmo autem dicitur renaſci. Nam p̄mo naſcitur naturaliter mūdo: cum exijt de vtero matris. Poſtea naſcitur ad eſſe ſpūale per baptiſmum: ⁊ naſcitur filius dei per adoptionem. vt dicat deus. Hic eſt filius meus dilectus. ex quo ſ. purgatus eſt a peccato: per qđ erat filius diaboli. Unde Aug. de fide ad petruꝫ. Firmiſſimū teneas ⁊ nullatenus dubites omneꝫ hoiem qui per ꝯcubitum maris ⁊ femine concipitur naſci cum peccato originali impietati ſubditū mortiqꝫ obnoxium ⁊ filiū ire dici. Unde exorcizať per exufflationem verbis ſacris vt ſpūs malus exeat ab eo. Quod ſi filij vt ait ap̄ſus ⁊ heredes ſ. regni. filijs enim debeť hereditas. In cuius ſignū apertum eſt celū ſup xp̄m baptizatum. non quidē pro ſe: q̄r ſemp erat in celo diuinaꝫ eſſentiam clariſſime vidēs. ſed ad oſtēdendū baptiſmi effectum. ꝙ per ipſum celū aperiť. vt ſubito valeat intrare ſi tunc moriať. vel quādocūqꝫ ſi ꝯſeruauerit innocētiam baptiſmalē: que ſignificať per veſtem candidaꝫ que dať ſeu imponiť ſup baptizatum. Scdo efficitur filius eccleſie: vbi prius erat extra eccl'iam. Et diciť chriſtian⁹ a chriſto. Et ppterea inūgitur chriſmate in vertice. Chriſtus latine dicitur inunctus inuiſibili inūctione gratie pleniſſime. ſm illud p̄s. xliiij. Unxit te deus deus tuus oleo leticie. Sic in baptiſmo inungiť ſpiritu ſancto: ⁊ in vertice mentis debet habere chriſtum ⁊ eum imitari. Unde ait Auguſtinus. Chriſtianus eſt nomen pietatis: iuſtitie charitatis: caſtitatis: humilitatis: patiētie. quomodo igitur arrogas tibi hoc nomen cum nil de tantis bonis obtineas. Si re priueris: nec nomen habere mereris dicit regula. Imponitur autem et nomen ſpeciale ſm diuerſos reſpectus. Ad hoc tamen debet attendi vt imponatur nomen alicuius ſancti vel ſancte nō noīa paganoruꝫ. vt Pyramides vel Palamides Lancelottus ⁊ huiuſmodi. vel nomina diminuta. vt Nanni: nco: Thoma: Maſo: Pippo. vel nomina nil ſignificantia. vt blādo: Lapo: Sineura. ⁊ huiuſmodi. Ex quo autem efficitur filius eccleſie in baptiſmo ſemper. vt bonus fili⁹ dꝫ mādatis eccl'ie parere. Prouerbiorum. j. ca. Audi fili mi diſciplinam patris tui et ne dimittas legem matris tue: vt addatur gratia capiti tuo: ideſt menti ⁊ torques. ſcilicet corona glorie collo tuo. Datur ſcilicet ſal in ore. vt habeat diſcretioneꝫ in opere ſuo. ⁊ precipue in locutione. In omni enim ſacrificio mandabat dominus in veteri lege poni ſal. vt patet Leuitici ſecundo capi. Quia nullum opus virtuoſum eſſe poteſt ſine diſcretione. ¶ Tertio efficitur filius ſpiritualis baptizantis eum ⁊ tenentis ad baptiſmum. Sed oportet ꝙ teneat vel tangat cum baptizatur. alias non eſſet. Et ipſi tenentes ſi puer eſt ⁊ neſcit loqui reſpondent pro baptizando cum interrogatur credis in deum patrem omnipotentem ⁊c̄. Credo: id eſt dabo operam. ꝙ cum erit adultus credet vel debet. Et cum interrogatur. abrenuncias diabolo ⁊ operibus ⁊ pompis eius. Reſpondent abrenuncio. ideſt operam dabo ꝙ abrenunciet. ſcilicet inſtruendo ⁊ ammonendo: ⁊ regulariter debet vnus tantum eſſe. de conſecratio. diſtinctione. iiij. Si autem de more patrie duo vel tres aſſumuntur non debent ſine magna cauſa multiplicari. Nam contrahitur compaternitas ſpiritualis inter tenentem ⁊ eam quaꝫ tenent: ⁊ fraternitas ſpiritualis inter filios naturales tenentis. ⁊ eum qui tenetur: ⁊ compaternitas ſpiritualis inter parētes carnales eius qui tenetur: ⁊ eum vel eam qui tenet ⁊ coniugem eius ſi in coniugio eſt: ⁊ inter tales nō poteſt matrimonium contrahi. ⁊ ideo non debēt multiplicari ⁊ precipue cum teneantur tales tētos admonere in bonis moribus. quod tamen non faciunt. Inſtruebantur prius per dies de fide cum erant adulti baptizandi: ⁊ diciť catheciſmus illa inſtructio. Nunc ſolum interrogatur de fide ſi credit ⁊ tamen dent pro eo qui tenent vt dictum eſt. Accēditur etiam lumē ſignificās lumen fidei qđ debet in manibus. i. operibus oſtēdere. Ubi etiaꝫ animaduertendum ꝙ ſi eſſet baptizatus in domo quod fieri nō debꝫ niſi in periculo mortis: non debet iterum baptizari. Sed ſi dubitareť vtruꝫ cum debita for/ cautela

ma eſſet baptizatus. tunc ſacerdos debet dicere. Si es baptizatus non te baptizo. ſed ſi nō es baptizat⁹ ego te baptizo. In noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti amen. extra de baptiſmo. c. j.

¶ Quantum ad .§. iij.

tertiū dñs. ſ. ſpūſſanctus ſuper aquas multas. ſ. maris: fluuioꝝ: fontiū puteoꝝ: ⁊ breuiter omnes aq̄s naturales non autē artificiales ad eas ſanctificandū. Unde ſpiritusſctūs apparuit ſup xp̄m baptizatum in ſpecie columbe. Geneſ. j. Spūs dñi. i. ſpiritusſanctus. ſcʒ qui eſt dñs vel qui procedit a dño ferebat ſuper aquas. ſ. baptiſmum ad dandū vim regeneratiuā ⁊ per gratiā minorē mundum. i. hominem formanduꝫ in hominem nouum. Apparuit autem ſpiritusſanctus in forma columbe ſuper baptiſmū inſtitutum ad innuendum in baptiſmo.

Per columbe apparitionem innuitur.

¶ Fictionis excluſionem.
¶ Baptizati cū deo reconciliationē.
¶ Eius poſtea ſctām cōuerſionem.

¶ Quantū ad primū columba eſt animal ſimplex. ⁊ dicit felle carere. Un̄ xp̄s Matth. x. ca. Eſtote ſimplices ſicut colūbe. qđ exponēs Hierony. ait. Habebāt omnes ſimplicitatem colūbe. vt nemini. ſ. machinentur dolos. ideo ergo apparuit ſpiritusſctūs in forma columbe. ad innuendum ꝙ qui vult gratiā ſpiritusſcti accipere a baptiſmo. opꝫ ꝙ accedat ſine fictiōe ⁊ duplicitate. ſcilicꝫ ꝙ nō maneat firmus in aliquo mortali ſi eſt adultus: non credat ſe accipere vel aliqua mundana intentione accipiat. puta ad euadendum aliquaꝫ penam temporalem ⁊ hmōi. Nam vt dicitur Sapien. j. Spūſanctus diſcipline effugiet fictuꝫ: ⁊ qꝛ paruulus nō pōt vti fictione: cum adhuc nō habeat vſum rationis: ideo ſemper in baptiſmo recipit ſpiritū ſanctū.

¶ Quantuꝫ ad ſcđm columba portauit ramuꝫ virentis oliue Noe ad arcam. in ſignum ꝙ ceſſaſſet aqua diluuij ⁊ ꝙ deus iratus cōtra mundum ꝑpter peccata eius reconciliatus ⁊ placatus erat ⁊ pacatus. Gen̄. viij. Ideo ergo apparuit ſpiritu ſanct⁹ in baptiſmo in columba vt oſtenderet oībus ꝙ per ipſum homo qui erat dei inimicus propter originalia vel alia: reconciliatur deo ⁊ ad arcaꝫ eccleſie reducitur. extra quam omnes diluuio damnationis pereūt. xxiiij. q. j. c. j. Alien⁹. ⁊ c. quicūqꝫ. ⁊ de peni. diſt. vj. §. j. Et in figuram huius Helyas trāſito iordane raptus eſt in celum in curru igneo. vt pꝫ. iiij. Regum. ij. ca. quia poſt baptiſmum gratia ſpiritusſancti qui etiā in ſpecie ignis apparuit reconciliatus deo in celum aſcendit.

Proprietates colūbe.

¶ Quantum ad tertium columba habet ſepteꝫ ꝓprietates naturales que ſignant ſepteꝫ dona ſpūſſcti. de quibus Eſai. xj. dicit. Requieſcet ſuper euꝫ ſpiritus domini: ſpiritus ſapientie ⁊c. que recipitur in baptiſmo: ⁊ ſm̄ que baptizatus debet regere viam ſuam ⁊ conuerſationem. Unde illa columba que apparuit non fuit fantaſtica. ſ. de aere formata: ſed vera ⁊ non vna de alijs columbis iam generatis: ſed dei potentia de nouo creata que facta ſuo officio reſoluta eſt i materiam preiacenteꝫ vt determinat beatus Tho in. ꝫ. pte q. 39. Qui etiam aptat ipſas proprietates ad ſeptem dona. ¶ Columba primo habet gemitū pro cantu. Unde Augu. Columba a moleſtijs auolare cupit ⁊ ſemper gemit. vij. q. j. §. Cū autem a vitijs. Sic baptizatus per donum timoris luget peccata ſua: timens perdere gratiam dei ⁊ ſuam amiciciam ⁊ demum hereditatem. Columba eſt animal manſuetum ⁊ pium ⁊ offerebatur deo in ſacrificium. vt patet Leuiti. v. ⁊ ſignat donum pietatis: per quod quis eſt deuotus ad diuina: vt officia eccleſiaſtica: orationes ⁊ huiuſmodi. Pietas enim eſt dei cultus: vt dicitur de Job. Debet eſſe etiam pius ad proximum: ad ſubueniendum neceſſitatibus ⁊ cōpatiendum ⁊ ſupportandum defectus ei⁹. Unde ⁊ inungitur oleo ſancto baptizandus in pectore ⁊ ſcapulis: ad hoc ſignificandum. ¶ Columba inter grana ſibi prepoſita eligit meliora ⁊ corrupta dimittit ⁊ cadauera vt patet de columba emiſſa a Noe: que non requieuit ſuper cadauera vt coruus ſed ad arcam reuerſa: quia non inuenit munduꝫ vbi requieſceret pes ei⁹. Debet ſimiliter baptizatus per donū ſciētie diſcernere que ſibi preponunt ⁊ occurrūt verba ⁊ exempla alioꝝ ⁊ cogitationes in mente ⁊ bona admittere: mala autē dimittere: ⁊ non omnibus credere: nec oēs imitari: ſed bonos. Aug. Non omnis qui dicit pax vobis. Columba habitat in foraminibus petre. Canticoꝝ. ij. c. ideſt edificioꝝ. Eſaie. lx. c. quaſi colūbe ad feneſtras ſuas. Et per hoc notat donum fortitudinis: in quo quis firmat meditando vulnera paſſionis chriſti. Quid enim magis habet fortificare mētem ſuam in tribulationibus: laboribus: ⁊ anguſtijs poſitam q̄ʒ meditatio paſſionis chriſti. Unde dicit ſpōſus Chriſtus ſpōſe ſue. Ueni columba mea in foraminibus petre. Canti. ij. ad meditandum vulnera paſſionis. Petra. n. erat xp̄s. j. Coꝝ. j. c. Foramina eius: vulnera eius. ¶ Columba fouet pullos alienos: ſic per donum conſilij bonus fidelis debet fouere eos q̄ erant alieni a deo ⁊ filij diaboli per peccatum: ⁊ per bona conſilia ⁊ exhortationes deo nutrire Et ipſe de agendis vbi dubiū occurrit conſiliū querere debet: ſm̄ illud Tobie. iiij. Conſilium ſemper a ſapiente perquire: ſed ſume conſiliarium bonum. ¶ Colūba nō lacerat roſtro que comedit ſed integra grana ſumit ſic: baptizat⁹

non debet

nō debet ſentētias bonas veritatis integre ſcripturarum dilacerare falſe exponēdo hoc enim ptinet ad hereticos:ſed ſm integram veritatē intelligere ⁊ proferre. ps. Si dormiatis.i.quieſcatis inter medios cleros.i.in medio duorꝫ teſtimoniorꝫ ſcriptura acquieſcendo veritati corpēne columbe deargentate.ſcilꝫ eritis.i.veri fideles vniti eccleſie que eſt columba deargentata.i.erudita ſacris eloquijs. ¶ Demuꝫ columba reſidet iuxta aquas.ut ꝯtempletur vmbrā accipitris eam inſequētis:qđ fit per donuꝫ ſapiētie.ſ.guſtando ⁊ ꝯtemplando diuinas pfectiones.⁊ cum diabolus inſequitur eam in ipſam diuinam bonitatem ſe imergit ad eam recurrēdo orōne ⁊ euadit. Canticorꝫ.j.c. Oculi tui columbarū reſident iuxta fluenta pleniſſima.

¶ De ſacramēto ꝯfirmationis. Cap.iij.

Confirma hoc deus qđ operatus es in nobis ⁊ a templo ſancto tuo quod eſt in hierlm. Ps.lxvij. Operatus eſt deus in fidelibus in baptiſmo infuſionem gratie. ⁊ hoc a templo eccleſie:qđ eſt in ſuperna hierlem:que dicit pacis viſio:nunc in ſpe:⁊ demuꝫ in re:cū ꝯuenitur ad eam. poſtulatur ergo dn̄o vt ꝯfirmet illam gratiam.qđ vtiqꝫ fit per ſacramētuꝫ chriſmatis. Unde ⁊ ab eius effectu dicitur cōfirmatio. vnde de ꝯſe.diſt.iiij.c.vt ieiuni dicit. Nunqꝫ erit chriſtianus.ſ.plenarie qui nō fuerit epiſcopali cōfirmatione chriſmatus. qūuis enim paruulus per baptiſmum moriēs vadat ad gloriam etiam non chriſmatus:tamen non habet illam plenitudinem ſeu augmentū gratie.vnde ⁊ glorie ſicut ꝯfirmatus. Et adultus q contēneret hoc ſacramentum ſuſcipere ſaluari nō poſſet.⁊ ſic nō dicitur eſſe chriſtianus.propterea autē dicitur confirmatio:qꝛ magis per hoc roboratur in gratia. Hinc Rabanus dicit. Nouiſſime a ſummo ſacerdote.i.epiſcopo per manus impoſitionem paraclitus datur baptizato vt roboretur per ſpiritūſanctum.de cōſec. diſtin.v. Confirma ergo hoc deus ⁊c̄. ¶ Ubi ſciēdū qꝫ qdruplex eſt ꝯfirmatio i bono a deo.

Multiplex ꝯfirmatio i bono.

¶ Prima per glorificationem in celo.
¶ Secunda per ſanctificationem in vtero.
¶ Tertia per conſeruationem in mundo.
¶ Quarta per chriſmationem ab epiſcopo.

¶ Cum quis moriens aſcendit in celum.ſ.bene purgatus ab omni macula peccati ⁊ ſbito. ita confirmatur qꝫ nullo modo cadere pōt etiā in peccatuꝫ veniale. Unde dicitur de ꝯſe.di.v. Spūſſanctus qui poſt baptiſmum cum acquiſita innocentia peruenit ad mortem: ꝯfirmatur morte.qꝛ anima non pōt peccare poſt morteꝫ. ¶ Per ſanctificationem in vtero vt dicunt doctores beatus Thomas ⁊ ceteri in.iiij. Hic recepit robur gratie ſanctificatus.ut in vna nō poſſit peccare mortaliter.qđ eſt proprie cadere:ſicut fuerunt confirmati Hieremias. Hiere.j.c. Joānes baptiſta qui dicere poterat illud Pſal. In te ꝯfirmatus ſum ex vtero. Et virgo Maria de qua canit eccleſia. Confirmatum eſt cor virginis. Per cōſeruationem cōfirmationis q deus conſeruet aliquem in ſua gratia. Naꝫ vt dicit Auguſtinus. Quibuſdam deus dat gratiam quibus non dat perſeuerantiam.ipſi tamē ſunt in cauſa huius defectus. De hac pſalmi. Confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius. ps. cxvj.ſ.gr̄e qua a miſerijs pctōrū liberati ſumꝰ.

¶ De vltima que .§.i.

eſt per ſacramentum ſpeciale. de hoc intelligigitur illud. Spiritu principali confirma me Pſal.l. Dicitur autem ſpiritus principalis qui datur in iſto ſacramento:quia cū multi ſint ſpiritus vt angelicus ⁊ humanis ⁊c̄. ſpirituſſanctus eſt principalis:vel etiam principalis dicitur quia hoc in confirmatione ad plenitudinē ſpiritus datur:vt de conſecratio.diſtinctio.iiij. capi. Spirituſſanctus. Unde ⁊ apoſtoli cum fuerunt a chriſto confirmati ſeu chriſmati. quod fuit in die pentecoſtes dicuntur repleti ſpiritu ſancto. Nam etſi prius haberent gratiam:non tamen illa in plenitudine vt enim dicit magiſter ſententiarum in.iiij. Deus nō alligauit potentiam ſuam ſacramentis quin ⁊ per modos alios ſibi placitos poſſit conferre gratiam ſuaꝫ Quod ergo alijs confert gratiam ſm legem cōmunem per ſacramentum confirmatiōis. hoc apoſtolis contulit ſine eo.ſcilicet plenitudineꝫ ſpirituſſancti fecit tamen ſuper eos apparere aliquid correſpondens materie chriſmatis. ſcilicet linguas igneas. Chriſma enim conficitur ex oleo ⁊ balſamo. Et oleum quod eſt nutritiuū ignis correſpondet igni. Lingue auteꝫ que apparuerunt correſpondēt balſamo: quod eſt valde odoriferum. Nam per linguam predicando diffuſus eſt odor ſuauis doctrine fidei. Apoſtolus ſecunda ad Corinth. ſecun.cap. Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. Unde in feſto penthecoſtes in quo cōmuniter etiaꝫ datur iſtud ſacramentum.cantatur hoc ſepe. Confirma hoc deus. Dicitur quis confirmari vel roborari tripliciter. Per iurium firmationeꝫ:per armorum additionem:per membrorum vigorationem. Cum quis eligitur ad aliquam dignitatem acquiritur ei ius ad rem illam: ſed cum a ſuperiore confirmatur:firmatur ſibi magis illud ius vt non ita de facili poſſit ſibi auferri:ſicut dicitur de Salomone rege.qꝛ eo confirmato in regno:regnum ei adheſit fortius.

ꝯfirmaſ aliquis tripl'r.

Ad propoſitum per baptiſmum aſſumitur qs
ſpiritualiter ad dignitatem regiam ꝛ ſacerdo-
talem: vt ſe virtutibus regat: non paſſionibus
ꝛ vt ſpirituales hoſtias orationum ꝛ bonorum
operum deo offerat. Unde. j. Pet. ij. dicit om-
nibus baptizatis. Uos eſtis genus electũ: rega
le ſacerdotium: gens ſancta: populus acquiſiti
onis: ꝛ acquiritur ei ius ad oĩa ſacramenta: vt
admittatur ad ea. Sed per confirmatiõis ſacra
mentum magis firmat ſibi illud. Non eniʒ eſt
decens ꝛ congruũ: vt baptizatus nõ ꝯfirmatus
admittatur ad ſacramẽta: ꝛ precipue ordinis ſi
cut confirmatus. Et ſicut confirmatio ad digni
tatem ſit per pontificem: ita ꝛ collatio huius ſa
cramenti: nec poteſt per aliũ dari. Et in hoc oſtẽ
ditur excellentia huius ſacri ad alia: qꝛ omnia
poſſunt dari per ſacerdotem etiam ſacramẽtuʒ
ordinis q̃tum ſcʒ ad minores ordines qꝛ per
abbates poſſunt dari: ſed iſtud ſolum per epi-
ſcopos. Unde Euſebius papa de ꝯſe. di. v. ma-
nus. ait. Manus impoſitionis ſacrum magna
deuotione tenendum eſt qđ ab alijs perfici nõ
põt niſi a ſummis ſacerdotibus. Nec tempore
apoſtolorum ab alijs q̃ ab apoſtolis legit aut ſcit
eſſe peractũ. Hec ibi. Dicitur enim Actuũ. viij.
ꝙ cum Samaria recepiſſet verbũ dei. ſcʒ credẽ
do in xpm miſerunt ad eos Petrũ ꝛ Joannem
qui ſcʒ erant epiſcopi ꝛ pncipales. Et cum iam
eſſent baptizati impoſuerũt manus ſuper eos
per hunc modum confirmantes: ꝛ tunc accepe
runt ſpm̃ſanctũ. ſcʒ in linguis igneis cum ma-
gna plenitudine. Unde ꝛ iſtud ſacramentũ di-
citur manus impoſitio. vt patet in dicto. ca. Sʒ
aduertendum ꝙ ſi quis renunciaſſet iuri ſuo
alicuius dignitatis: cõfirmatio nihil vel modi
cum ſibi valeret: niſi ſibi ius redderetur. Sic i
propoſito qui renunciat gratie baptiſmali: qđ
ſit per mortale cõmiſſum. poſtea accedẽs ad cõ
firmationem cum eo: non cõfirmaretur in gra
nec augeretur ſibi gratia qnimmo mortaliter
peccaret ꝛ magis debilitaretur in anima: q̃uis
characterem reciperet indelibilem. Et hoc niſi
reſtitueretur ſibi prius gratia amiſſa quod non
ſit niſi per penitentiam. Et ideo dicitur de con
ſe. di. v. vt ieiuni. ad confirmationem veniant p
fecte etatis ideſt illi qui habent vſum rõnis: vt
moneantur confeſſionem prius facere: vt mun
di donum ſpiritusſancti accipere valeant ſup-
ple ſtatuimus. Cõfirma hoc deus ꝛc. vt ſic ꝯfir
matus de hieruſalem militanti: aſcendat ad tri
umphantem. ¶ Scđo ꝯfirmatur quis p armo
rum appoſitionem. q̃uis enim aliquis ſit for-
tis corpore ſi cum hoc addatur ſibi arma. ſicut
ſit militi cum accedit ad bellum inde confirma
tur ꝛ magis roboratur: per baptiſmũ aũt reci-
pit quis gratiã vigorantem cum ad bene agen
dum: ſed per chriſmationem recipit maius ro-
bur ſpirituale ad pugnandum pro fide: vt non
terreatur: nec erubeſcat publice fidem xpi ꝯfite
ri. Unde Petrus apl's qui ad vocem vnius an-
cille ita timuit ꝙ xpm negauit Matth. xxvj. et
Luc. xxij. Et ipſe cum alijs apoſtolis: q̃uis gra
tiam haberent ꝛ eſſent baptizati: vt dicit Augu
ſtinus tamen ſtabãt clauſi in domo propter me
tum iudeorum. Sed poſtq̃ fuerunt confirmati
in die penthecoſtes ita fuerunt roborati ꝙ exe-
untes domum ceperunt publice predicare ma
gnalia dei: ꝛ ſine aliquo timore fidem chriſti: ꝛ
quantumcunq̃ fierent eis mine ꝛ flagellaren-
tur non dimittebant quin publice predicarent
Unde Chriſtus dixerat eis. Sedete in ciuitate
donec induamini virtute ex alto ideſt armis for
titudinis ſpiritusſancti. Lu. vlti. c. Et in ſignuʒ
huius datur inunctio chriſmatis in fronte qui
eſt locus patens qui non abſconditur: ꝛ ſigni-
tur in fronte crucis: ſicut miles ſigno ducis qđ
debet eſſe euidens ꝛ manifeſtum: ꝛ propter ꝓ-
pinquitatem imaginationis ad frontem: ſpiri-
tus a corde directe ad frontem aſcendunt ſm
Tho. Et ibi apparẽt primo ſigna timoris ꝛ eru Tho. in 3. pte. q. lxxij.
beſcentie: nam timentes palleſcunt: verecundã
tes rubeſcunt. Armatur ergo ſigno crucis per
epiſcopum in fronte ꝛ inungitur. ſicut ꝛ pugi-
les antiquitus inungebantur: ad hoc vt tanq̃
fortis miles chriſti factus: non timeat nec eru-
beſcat chriſtum publice fateri. Jn huius ſigu-
ram dauid inunctus a Samuele prelians cum
Goliath terribili gigante: preliauit contra euʒ
in funda ꝛ lapide occidit. j. Reg. xvij. quia inũ
ctus chriſmate: cum lapide fortitudinis: ꝛ fun
da humilitatis: vt ſcilʒ non a ſe ſed a deo reco-
gnoſcat virtutem ſuam dicens. Tu es domine
fortitudo mea ideſt cauſa fortitudinis mee de-
iciat diabolum ꝛ mundum cum ſuis terroribus.
Unde melchiades papa. Quia in mundo tota
etate victuris inter viſibiles hoſtes ꝛ pericula
nobis gradiendum eſt in baptiſmo regenera-
mur ad vitam poſt baptiſmũ confirmamur ad
pugnam. Jn baptiſmo abluimur: poſt baptiſ-
mum roboramur: ꝛ q̃uis continuo tranſituris
ſufficiat regenerationis baptiſma: victuris ta-
men ſunt neceſſaria confirmationis inſignia.
Regeneratio per ſe ſaluat mox in pace beati ſe
culi recipiendos. Hec ille. de conſecra. diſtin. v.
Spiritusſanctus. Confirma ergo hoc deus.
¶ Tertio confirmatur quis ꝛ roboratur ꝑ mẽ
brorum fortificationem. Cum puer naſcitur vi
uit vtiq̃: ſed multum eſt debilis: nec ad opera
aptus adultorum. Et ſenſibilibus autem ꝛ cor-
poralibus deuenire poſſumus in notitiam ſpi
ritualium per ſimilitudines eorum. ¶ Naſci-
tur enim homo in eſſe ſpiritali per baptiſmũ

q viuit vtiqꝫ vita gratie: ſed adhuc eſt quaſi debilis in vita ſpirituali. Unde apoſtolus Petrꝰ in pͥma canonica ſua baptizatis ait. Quaſi modo geniti rationabiles ſine dolo lac cõcupiſcite vt in ſalutẽ creſcatis. Sed per confirmationem vel chriſmationem ꝯfirmatur quaſi perueniẽs per hoc ad etatẽ robuſtã: vt poſſit bellare ⁊ fortia agere. Unde ⁊ debilis accedens baptizãdus ad hoc debet ſuſtentari ab alioꝫ qui tñ debet eẽ ipſe chriſmatus. ¶ Nam debilis non eſt idoneus ad ſuſtentandum debilẽ: ne ambo ſimul cadant: ex iſta tentione cõtrahitur parentela ſpiritualis: eo modo quo in baptiſmo: que impedit matrimoniũ: vt habes ſupra in precedenti. c. §. ij. ⁊ titu. j. cap. xv. De cognatione ſpirituali. §. tertio. Et de hac roboratione ſpirituali ex perfectione gratie huius ſacramenti dicit Rabanus. In vnctione in ſummitate verticis que fit per ſacerdotem ſignificatur ſpũſancti deſcẽſio ad habitationẽ deo ꝯſecrandã. In vnctiõe vero que fit per pontificem in frõte: eiuſdẽ ſpiritusſancti ſeptiformis gratia: cum omni plenitudine ſanctitatis ⁊ ſciẽtie ⁊ virtutis venire in homine declaratur de ꝯſecra. di. iiij. c. Nouiſſime. Unde ⁊ faſciolã qua ſcꝫ frõs inuncta ob reuerentiam poſt extertionem ligatur: debet tenere non ſaltem per diem: ſed per ſeptẽ dies manere: vt non lauet ſibi caput ad ſignificandum gratie ſeptiformis receptiones: roboratur ergo virtus ideſt potentia rõnabilis ſacramẽto confirmationis: ne circũferatur omni vento doctrine: ne cedat argumentis hereticorum. Unde dicit Urbanus papa de conſe. di. iiij. Omnes fideles poſt baptiſmum debent recipere manus impoſitionem: vt pleni chriſtiani inueniantur quia cum ſpiritusſanctus cordi infunditur. cor fidele ad prudentiam ⁊ ꝯſtantiam dilatatur. roboratur virtus iraſcibilis: ne facile vulneretur opprobrijs iniurijs: ⁊ tormentis: que multa antiquitus irrogabantur chriſtianis ab infidelibus pro veritate fidei nunc autem pro veritate iuſtitie ⁊ vite chriſtiane roboratur ⁊ virtus concupiſcibilis: ne cedat illicitis moribus ⁊ prauis deſiderijs. Confirma ergo deus quod operatus eſt in nobis: vt perſeuerantes in hoc robore ſupernam hieruſalem aſcendamus.

¶ De ſacramento euchariſtie. Cap. iiij.

MEmoriã fecit mirabilium ſuorum miſericors ⁊ miſerator dominus eſcã dedit timentibus ſe. ps. cx. Non loquit pſalmiſta de eſca corporali cõmuni: q: hanc dedit non ſolum timentibus ſe. ſed ⁊ iumentis dat eſcam ipſorum ideſt beſtialiter viuentibus: ⁊ pullis coruorum inuocantibus eum: vt dicitur. ps. cxlvj. Et cũ hoc ſit vſitatiſſimum: nõ poſuiſſet propheta hoc in pſalmo tanq̃ quid ſingulare. Sed ⁊ de eſca mãne data patribus in deſerto: non videtur etiam proprie intelligendum: cum bonis ⁊ malis fuerit data certo tempore. ſcꝫ quadraginta annorum: ⁊ non memoria preteritorum fuerit mirabilium ſed figura futurorum ſcꝫ huiuſmodi magni ſacrificij. Reuera inquit Ambro. in lib. de ſacramentis. Mirabile fuit q manna pluit dñs patribus in deſerto. qui quotidiano paſcebantur celi alimento. Sed ſi illud miraris qđ vmbra eſt. q̃to magis illud cuius eſt vmbra. ſ. mirandum de conſe. di. ij. Sed de eſca euchariſtie loquitur quod eſt maximum miraculorum ab eo factorum. Memoriam ergo fecit ⁊c. cum dedit ſacramentalem ⁊c. Ubi tria. in ſacr͠o euchariſtie tria deſignãtur.

¶ Sacramenti eximia excellentia. ibi. Memoriam fecit mirabilium ſuorum.

¶ Conferentis nimia beniuolentia. ibi. Miſericors ⁊ miſerator dominus.

¶ Aſſumẽtis idonea ꝯſcia. ibi. Timẽtibus ſe.

¶ QUãtum ad primum certum eſt q iſtud eſt excellentiſſimum ſacramentorum ⁊ omnia alia ordinantur ad ipſum vel perficiuntur per ipſum: nec qđ p̄cioſius habemus in hoc mũdo. Quid enim melius corpore ⁊ ſanguine domini ni nl. ait. Hiero. j. q. j. Multi. quaſi diceret: nihil. de cõſe. di. ij. nihil. dicitur ſic. Nihil in ſacrificijs maius eẽ poteſt: nec vlla oblatio maior reperit. Et cũ mirabilia ſint opa dei oia tñ ſunt precipua ⁊ valde ſtupẽda. §. i.

¶ Opus creationis. opa xp̄i

¶ Opus redemptionis.

¶ Opus glorificationis.

¶ Horum oium mirabiliũ fecit memoriã ⁊ repreſentatiões in venerabili ſacramẽto. ¶ O q̃ mirabile eſt q cũ nil eſſet niſi deus ſua oipotenti virtute mundũ ⁊ que in eo ſunt: creauit ex nihilo. Natura qdem ⁊ ars nil operat niſi ex preiacenti materia ita q ſemp in opere ſuo remanet cõis materia ei quod fit: ⁊ ei ex quo opꝰ fit. Nam cũ animal moritur. corrupta forma ſbali animalitatis: vel ſeparata: ſi eſt aia rõnalis remanet materia cõis ei: qđ prius erat ſb forma animalitatis: ⁊ forme ſubſtantialis: quam ſuſcepit cadaueris. Et cum cadauer per conſumptionem conuertitur in terram. adhuc remanet materia communis ſub forma materie. Sic in artificialibus. Nam cum faber ex ferro facit cultellum: materia ferri que erat prius ſub forma virge ipſa materia ferri poſtea reperit ſub forma cultelli. Et cera q̃ prius erat ſub forma maſſe facta ex ea imagine repit ſub forma hoīs ſeu figura. Nõ ſic at deus creauit mũdũ. ſed nulla p̄exiſtẽte materia: omnia fecit virtute ſua i mate

ria ⁊ forma ſubſtātiali ſua ſubito. ⁊ ſic nulla ibi fuit materia cōmunis ex qua res facte ſūt: ⁊ eis que facte ſunt. Sed vt dicitur Eccl. xviij. c. qui vi uit in eternum creauit omnia ſimul. ſ. in mate/ ria ⁊ forma ſubſtantiali. ſcḋm Aug. ſic in iſto mi/ rabili ſacramento non eſt aliqua materia cōmu nis que ante conſecrationem ſit ſub forma ſub/ ſtantiali panis ⁊ vini. ⁊ poſt conſecrationē ſub forma ſubſtantiali corporis xp̄i. Sed totū tran ſit in totum: materia cū forma ſubſtantiali pa nis ⁊ vini tranſit in materiam ⁊ formā ſubſtā tialem corporis xp̄i. Quomodo autem conuer titur: deus operatur. ps. Benedictus domin⁹ deus qui fecit mirabilia magna ſolus. Ita au/ tem eſt hoc mirabile: vt nec oculus intellectus angelici abſq; lumine glorie hoc poſſit intueri quomodo xp̄s ſit in ſacramento. Remanent au tem accidentia panis ⁊ vini. i. color: figura: ſa/ por: ⁊ huiuſmodi mirabiliter ſuſtētata ſine ſub iecto. Secundū opus valde mirabile eſt opus redemptionis noſtre. Quod enim vſus non ob tinuit: natura neſciuit: ignorauit ratio: mens non capit humana: pauet celum: ſtupet terra: ⁊ omnis creatura mirat: etiā celeſtis. Hoc Ma rie nunciatum eſt in Maria impletum eſt per xp̄m. Nam dicente ea quinq; verba. ſcꝫ fiat mi hi ſcḋm verbum tuum. ſubito totus xp̄s cum car ne anima ⁊ deitate in ventre ſuo fuit. Sic dicē te ſacerdote quinq; verba conſecrationis ſcilꝫ. Hoc eſt enim corpus meum: totus xp̄s in car/ ne: anima ⁊ deitate eſt in ſacramento: proceſ/ ſus quoq; eius mirabilis conuerſationis ⁊ paſ ſionis. In iſto venerabili ſacramento habetur memoria ⁊ figura in materia ei⁹ qui eſt panis ⁊ vinum. ❡ Nam granum tritici cui ſe xp̄s cō

Origo tritici. parauit: ⁊ ex quo fit materia eius. naſcitur qui/ dem de terra imperceptibiliter: inciſa remanē te: ortum triticum cum eſt paruulū ſarculatur ad remouendas malas herbas ne fructum im pediant: ⁊ aliquantulum de eo abſciditur. Sic xp̄s paruulus circūciſus eſt ad remouēdas ma las herbas ſuſpitionum ⁊ excuſationum con/ tra eum ꝙ non recepiſſent eū vt meſſiā: quia non erat circunciſus. ⁊ de carne ei⁹ aliquid ab/ ſciſum eſt. Creſcens frumentum ad ſuam per/ fectionē ſubijcitur caloribus: pluuijs: grandi/ nibus ⁊ ventis. Et xp̄s ad etatem perfectam ve niens cum hominibus conuerſatus: calores in uidie paſſus eſt a ſcribis ⁊ phariſeis: pluuias detractionum grandines cōminationum ⁊ la/ pidationis: ventoſq; contumeliarum. Capitur frumentum de terra ⁊ ligatur ⁊ ad areā depor tatum verberatur. Et xp̄s captus i horto a iu deis ⁊ ligatus adductus coram Anna ⁊ Cay/ pha ⁊ Pilato pcutitur: ⁊ aſperrime flagellatur Molitur frumentū: vt totum contritū inde

fiat panis ad ignem decoctus. Et xp̄s totus cō ſtringitur in manibus ⁊ pedibus cum clauis ⁊ extenſione violenta membrorum in cruce. Sic ꝙ coquitur in cinere humiliationis: ⁊ ſumme confuſionis igne ardentiſſime charitatis: vt fi at nobis ſubcinericius panis ſacramētalis. In cuius fortitudine figurate ambulauit Helyas vſq; ad montem dei. iij. Reg. xix. quod etiam mirabile fuit ⁊ figura huius ſacramenti. Et ſic pꝫ ꝙ hoc ſacr̄m eſt memoria incarnatōis ⁊ paſ/ ſionis xp̄i: que mirabilia valde ſunt. ❡ Tertiū opus mirabile eſt opus glorificationis. Unde ⁊ de malis dicitur. Sap. v. c. ꝙ. vidētes ipſi ſan ctos in gloria mirabuntur in ſubitatiōe inſpe/ rate ſalutis dicentes. Ecce quomodo computa ti ſunt inter filios dei. ⁊ inter ſanctos ſors illo/ rum eſt. Certe mirabile eſt ꝙ mortalis creatura finite virtutis promoueatur ad tantam dignita tem vt vniatur cū deo infinite virtutis: per cla ram cognitionem ⁊ dilectionem perfectiſſimā. ac fruitionem continuam. Huius rei mirabilis eſt memoria. ſ. figura vſus ipſius. Unde in orō ne feſti corporis xp̄i dicit̄. Fac nos queſumus domine diuinitatis tue ſempiterne fruitiōe re pleri: quam temporalis perceptio prefigurat. Nam ex ſacramento ſumpto per modum cibi hoc euenit: vt ſpecies ſacramenti. ſ. panis ⁊ vi ni conuertantur in ſumentem: ⁊ ſic vniunt̄ cū eo: quia retinent virtutem nutriendi: ⁊ anima etiam deuote ſumens per actualem deuotionē ⁊ delectationem ſpiritualis guſtus: magis vni tur cum eo qui deus eſt infinitus: exiſtens in ip ſo ſacramento. Ex vi enim ſacramēti eſt ibi cor/ pus chriſti ſed ex naturali concomitantia ⁊ ſan guis: ⁊ anima ⁊ diuinitas vt infra: quia ita cō/ ſecratur ⁊ ſumitur ſicut nunc eſt: ſicut totus eſt ſimul cum carne anima ⁊ diuinitate ad huiuſ/ modi enim figurā facit illud mirabile de ligno vite in medio paradiſi: cuius eſus vitam con/ ſeruabat ſeu vigorabat vt perpetuaretur in vi/ ta. Geñ. iij. Qui enim manducat hunc panem viuet in eternum: vnitus cum deo eterno per gratiam: ⁊ poſtea per gloriam. ❡ De duodecim mirabilib⁹ que cōſiderant̄ in hoc ſacramēto ſu pra virtutem naturalem habes ſupra titu. xiij. c. vj. De duodecim alijs mirabilibus que notat Johan. an. habes in clemen. Si dominum. de reli. ⁊ vene. ſan. in gloſa.

❡ Quantum ad .§. ij.

ſcḋm. ſ. ꝯferētis ſacr̄m nimia beniuolētia ⁊ de/ uotio oſtēdit cū dr̄. Miſericors ⁊ miſerator do minus eſcā dedit. Miſericors in affectu: non quidē p paſſionē doloris: ſꝫ per bonitatē dile/ ctionis. Miſerator in affectu ſubueniens miſe rijs noſtris: dn̄s ꝓuidens largiter ſeruis ſuis

eſcam dedit non aliam intēdit exprimere: niſi
ſeipm panē viuū qui de celo deſcēdit. Preſtat
ſe nobis dñs ait Chryſo. palpare: comedere: ⁊
amplecti. Dicit enim Can. v. Comedite amici:
bibite ⁊ inebriamini chariſſimi. Comedite in-
quit hoc eſt corpus meū. Bibite ex hoc omnes:
hic eſt enim calix ſanguinis mei ⁊c̃. Luce. xxij.
Et quō pōt maiorem beniuolentiā ⁊ amorē ad
nos oñdere: q̄z dare ſeipm nobis in cibum: ut
diſpenſatum vt retineat vtrunqꝫ. de ꝓben. non
pōt. li. vj. Et ad iſtud quod dr̄. ꝙ forte ille nō eſt
idoneus: qꝛ ſuperior non conſentiet ꝑmutatio
ni. Sup̄ hoc quidā diſtinxerūt inter ꝑmutatio/
nē que fit fauore ꝑſonaꝝ: ⁊ illā que fit ob neceſ
ſitatē vl' vtilitatē eccl'iarū: vt i pria debeat fieri
mētio: in ſc'da non. Alij dicūt ꝙ recipiēs pigue
loco tenuis: debet facere mentionem quaſi de
ambitione notetur: ſecus econtra indiſtincte cre
do permutationem factam non habita mentio
ne de alijs bn̄ficijs valere: ⁊ hoc cum non ſit im
petratio nec collatio ſaluo ſimplicit̄ ſtilo curie.
¶ Item ſi duo prelati collegiatarum eccleſia//
rum volunt ꝑmutare an poſſint hoc facere in//
uitis ſuis capitulis ⁊ ꝯuentibus. R̄n̄det̄ ſic: ſi
ꝑmutatio fiat per papā. Nam ex quo papa pōt
prelato inuito eccleſiam auferre: etiā pōt eis in
uitis. ſ. ſubditis euꝫ trāſferre ergo ⁊ ꝑmutare:
⁊ de hoc non eſt dubiū. Itēꝫ de ep̄o qui hēt de
conſuetudine vel ꝑuilegio liberā ordinationē
eccleſiarū: qꝛ in illo caſu non intereſt collegioꝝ
ad permutationē vocari: ex quo ad collationēꝫ
nō vocarent̄. Remanet ergo dubium qn̄ ad ca
pitulū ꝑtinet collatio: ⁊ ad ſuperiorem confir//
matio. Et tunc oēs de hoc tractantes dicūt ꝙ il
li quoꝝ eſt electio collatio ⁊ ꝑſentatio habēt cō/
ſentire. Et ratio eſt. qꝛ nec epiſcop⁹ nec prelatus
poſſunt auferre collationem collegio: ſed ſi per
mutatatio fieret eis inuitis: iam indirecte habe
rent ꝓlatum ſine ſua collatione: ⁊ priuarent̄ po
teſtate eligendi: nec ep̄us pōt auferre ſuis ſub
ditis ius conferendi vl' ꝑſentādi: de exceſ. ꝓla.
c. ij. ⁊ xvj. q. vij. c. decernimus. hoc eſt eniꝫ ꝑui
legiū principis ⁊ pape. vt de reli. do. c. Conſtitu/
tus. ſ. vt poſſit quelibet ſuo iure ꝑuare. Eccleſia
ſticus eni ordo confundit̄ ſi ſua vnicuiqꝫ iuriſ/
ditio non ſuat̄. xj. q. j. c. Peruenit. Sed nūqd
legatus de latere de ꝯſēſu capituloꝝ eccleſiaꝝ
collegiatarū earuꝫ prelatos poſſit permutare.
Fredericus videt̄ ſentire ꝙ ſic: ⁊ ita cōiter obſ
uatur. Sed ꝯtra qꝛ qui non pōt ꝯferre: nō pōt
ꝑmutationē facere. de re. ꝑmu. c. Queſitū. ⁊ eo.
ti. c. j. li. vj. Sed legatus tales eccleſias cōferre
non pōt: nec de ipſaꝝ diſpoſitione ſe intromit
tere. vt de offi. le. c. penul. li. vj. Unde videt̄ eti/
am ſic eſſe ꝓhibitū a diſpoſitione ipſarū: ꝙ etiā
cum conſenſu capituloꝝ ⁊ eorūꝫ quoꝝ intereſt
non poteſt hoc facere ſec⁹ in dioceſano: qui hoc
poteſt de eorum ꝯſenſu ſꝫ Joh. an. ſed archid.
ꝯtra in dicto. c. vnico. Et ſm̄ hoc pōt dioceſan⁹
qd̄ non pōt legatus ad idē. c. ſi. eo. tit̄. li. vj. Di/
cendū videt̄ circa hoc ꝙ in non collegiatis pōt
legatus ꝑmutationē facere ſine alicui⁹ cōſenſu
cuius interſint: niſi eſſent patroni laici. qꝛ tunc
non poſſet plus q̃ꝫ dioceſanus. de offi. le. dile//
ctus. ⁊ de iure pa. cū dilectus. In collegiatis ve
ro non poterit etiā cū ꝯſenſu illorū quorum in
tereſt. Sed dioceſanus i collegiatis ⁊ alijs hoc
poterit cum ꝯſenſu alioꝝ. al's non niſi forte ali/
ud dicat̄ in dioceſano qn̄ illd̄ vult facere nō in
fauorem ꝑſonarū. ſed ꝓpter neceſſitatēꝫ vel vti
litatem eccl'iarū. Et facit qd̄ notat Joh. an. poſt
Hoſtiē. ⁊ poſt. c. ſi. Lapus. Exinde querit̄ an ſuf
ficiat conſenſus maioris partis eoꝝ: quorūꝫ eſt
conſentire in hmōi ꝑmutatione. Et dicendum
ꝙ ſic. qn̄ per neceſſitatem vel vtilitatēꝫ eccleſia
rum fit permutatio. ſecus ſi ꝑmutatio fiat volū
taria per illud qd̄ notat̄ de conſti. c. Cū omnes.
Joh. and. in nouel. cum hmōi concor. ¶ Sꝫ q̄
rit̄ ſi epiſcopus non habeat collationē vel con/ Tredecima.
firmationē in eccleſia ſed capitulūꝫ vel alius ꝓ/
latus. an ep̄us poſſit expedire permutationem
ſine illo. Reſpondetur ꝙ nō. vt no. Jobs and.
eo. titu. c. j. lib. vj. Sed nunquid ille iferior hoc
poteſt ſine epiſcopo. Hoſtien. Joā. an. ⁊ Archi.
eo. titu. c. j. lib. vj. dicunt ꝙ non. quia cum per/
mutatio ſit regulariter prohibita. de preben. c.
maioribus: ⁊ in caſibus inueniatur ep̄is ꝯceſſa
ergo inferiores epiſcopo ſua auctoritate hoc at
tentare non debent. ¶ An inferior ep̄o poſſit
ſibi hoc ius preſcribere puta archidiaconus vl'
abbas in eccleſijs ſibi ſubiectis. Et dicendūꝫ ꝙ
ſic. quia iſte non eſt actus qui ad ordinem perti
neat epiſcopalē. ſed potius ad dignitatē vel iu
riſditionē ⁊ talia bene preſcribūtur per inferio
res epiſcopo. vt de preſcrip. c. Auditis. ⁊ de ex/
ceſ. prela. c. accidentibus. ⁊ eodem modo etiāꝫ
preſcribūt ius vniendi. vt no. Joh. and. de ſta.
relig. c. j. in cle. idem dicendum de illis qui ha
bēt epiſcopalē iuriſditionē vel quaſi in loco. ⁊
maxime de quibuſdam abbatibus qui non di
cuntur eē in aliquo epiſcopatu. vt Fareñ. glu//
baceñ. ad hoc facit de priuil'. Abbas. libro. vj.
¶ Itē ſi ſūme ſit vtilis ꝑmutatio: ⁊ illi quoꝝ in
tereſt nolūt ꝯſentire an ep̄s cū ꝯſenſu capl'i poſ

ſit ꝑmutationē inuitis illis facere ⁊ videt̄ ꝙ ſic: q2 epūs cum caplo ſuo pōt maioꝛa facere.ſ.vni re ⁊ diuidere eccleſias ⁊ ꝑpetuā ſubiectionem vni facere eccleſie ⁊ alteri dare.de exceſ.p̄la. ſicut.⁊ de rebus eccle.nō alie.c.j.in cle.⁊ eo.ti. c.j.li.vj.Credo tū ↄtrariū.ſ.ꝙ non poſſit. Jura aūt allegata vēdicāt ſibi locū caſibus ſuis. Itē nō eſt ꝓpꝛie alienatio ſi de vna eccleſia ad aliaꝫ trāſferat̄.de his que fi.a p̄la.Cum aplica. ſicut nō eſt in caſu noſtro. Itē aliter pōt ↄſuli vtilitati eccleſiarū q̄ꝫ cū ꝑiudicio iuris eligentiū.puta ꝙ inutiles renūciēt ⁊ alij eligant̄: ⁊ ſufficit ꝙ eligat̄ bonus:licꝫ melioꝛes inueniant̄:de elec. Cuꝫ nobis. Sed nūquid aliqui inuiti cogi pūt ad ꝑmutandū. Et videt̄ ꝙ nō:q2 nemo inuitus cogit̄ accipe bn̄ficiū vel dignitatē eccleſiaſticā: lꝫ illud ſit in honoꝛibus ſclaribus. vt no. Innocē.de his que fi.a ma.pte ca.c.j. Et hoc pōt ꝓbari iure:de elec.c.Q̄ſicut:⁊ in ca. Si cōpꝛomiſſarius.e.ti.li.vj.Sed in ꝑmutatiōe accipit̄ bn̄ficiū de nouo ⁊ dimittit̄ antiquū:ergo inuitus nō cogit̄ accipe ad idē.lxxiiij.diſ.geſta.Sꝫ ↄtra:q2 inuitus quis cogit̄ accipe oꝛdines: vt de eta.⁊ quali.c.Queris.⁊.vij.q.j.Scias.melius de re.ꝑmu.c.Queſitū.dicit̄ dari ptās epo trāſferēdi ꝑſonas de loco ad locū:ſi ei videt̄ expedire:vbi Hoſti.ꝙ illa ꝑmutatio eſt ↄdēnabilis: ⁊ eā inuiti cōpellunt̄: ⁊ ad hoc facit diſt.xl. Ante oia.⁊.xxiij.q.iiij. Diſplicet.⁊ .viij.q.j. In ſcripturis.⁊ qͦ ibi no. Hoc etiā videt̄ inuenire Inno.⁊ Hoſt.de renū.c.Niſi.Ubi dr̄ ꝙ ſi ꝑiculū deſtructionis eccleſie ⁊ magnū ſcandaluꝫ imminet:niſi p̄latus cedat cogit̄ cedere.dum tū bonū cambiū alteri⁹ p̄laturę vel dignitatis aſſignet̄.allegat de reg.iur. Licet.⁊.vij.q.j.Mutationes. Et ſic dicūt poſſe intelligi illud de re. ꝑmu.Queſitū. Sup hoc dicit Jo.vij.q.j.remoto. ꝙ nō pōt cogi quis ꝑ epūm trāſire ad maioꝛē locū:q2 nemo cogit̄ cedere inuitus. Bar. ſibi ↄtra ꝙ pōt.q2 maioꝛa pōt.allegat de exceſ. ſicut P̄m. placet opi. Jo.dicēs:ꝙ ad equale beneficiū trāſire pōt inuitus:non aūt ad maius. Dn̄s Gu do in quadā ſua diſputatione dicit ꝙ nō credit ꝙ epūs poſſit cogere clericū ad renunciāduꝫ ſuo bn̄ficio vt vilius recipiat. Archid. aūt de reſcrip.c.Si pp.in ℣.Uocabūt.li.vj.innuit ꝙ quedā ꝑmutatio eſt volūtaria: quedam neceſſaria que fit ſupioꝛis officio quaſi fiat iſta ſcd̄a inuitis bn̄ficiatis.idē videt̄ notare Joan. an.in.c.Si pp.Satis ſuſtineri pōt ꝙ ſi nec datione coadiutoꝛis:nec alio modo pōt ↄſuli vtilitati eccleſie ꝙ inuitus poſſit trāſferri.ita ꝙ ſiat ei bona cōpēſatio de aliquo bn̄ficio:vt ſic publica vtilitas pꝛeferat̄ puate:vt de maio.⁊ obe. c.Cuꝫ inferioꝛ. Nec mirū cuꝫ ipſe bn̄ficiat⁹ nō ſit dn̄s:ſed quidā diſpēſatoꝛ ⁊ ꝓcuratoꝛ.de dona.c.ij. Epūs do eſt ꝑoꝛdinatoꝛ in cūctis.xcv.di. c.Perlectis.⁊ cura totius dioceſis ad euꝫ ptinet.xj.q.j.ꝑ totuꝫ. Hinc eſt ꝙ ſit vnio nō diminutio.de re.eccle.nō alie.clemē.vnica. Et ſiue ſiat ꝑmutatio ſiue trāſlatio fiat cuꝫ ↄſenſu capli ſui.quēadmodū hoc ſeruari dꝫ in collatione et inſtitutiōe.de his que fiūt a p̄la.ſine ↄſen.ca.c. Nouit ⁊ hoc niſi hec vt ſolus faceret ꝑſcripſiſſet.eo.ti. Ea noſcit̄.⁊.c.iij.de ↄſue.li.vj. Intelligendo tū hoc non pꝛeciſe.ſed vt de nolente fiat volens per fructū ſubtractionē: ⁊ finalr̄ per priuationem.vt in.c.Queſitū eo.ti. ❡ An vero vicarius vel officialis epi qui alr̄ pōt inſtituere ⁊ ↄfirmare. vt notat̄ de of.vica.c.ſi.li.vj.ſed non ↄferre.vt no.poteſt ꝑmutare duos p̄latos.quorum electionē ſi de nouo eſſent electi poſſint ↄfirmare.Dicendum ꝙ nō duplici rōne ſm̄ opinionem Inno.⁊ q2 ↄferre non pōt.⁊ in renūciatione cū ꝑmutatio fit dꝫ interuenire renūciatio ⁊ colla.de re.permu.in clemen.j.Sed cū dictū ſit ꝙ in ꝑmutatione dꝫ interuenire renūciatio ⁊ collatio. ❡ Querit̄ ſi ſufficiat ꝑmutāb⁹ ꝑmutare volentib⁹ ⁊ petētibus renūciationem admitti ⁊ collatiōe hincinde fieri dicant placet nobis ⁊ ꝑmutetis vos. Et videt̄ ꝙ ſic quaſi bꝛeuiloquio videant̄ renunciaſſe ⁊ epūs acceptaſſe.ff.de vul. ⁊ pu.l.nam hoc iure. Unde dicit Inno.ꝙ ꝑmutantes hn̄t ius in beneficijs ꝑmutatis ſtatim cū ſuperioꝛ interponit ſuam auctēm. Optime facit qͦ notat Hoſt.⁊ Jo.an.poſt ipm̄.de his que fiunt a maioꝛi parte ca.Ex oꝛe.vbi dicit.ꝙ ſi epūs ↄfert beneficiū de voluntate beneficiati: valet collatio:q2 ille videt̄ renūciaſſe ⁊ epūs acceptaſſe.De ſubtilitate iuris poſſet ſuſtineri.hec opi. tū tutius eſt vt conſulit ipſe Hoſt.ꝙ fiat renūciatio expꝛeſſa ⁊ collatio.⁊ ſic ſeruat ↄſuetudo.⁊ in clemen.j.de re.ꝑmuta. ❡ Sed nunqd in ꝑbendis permutatis hꝫ locū optio de qua loquit̄.c. ſi.de ↄſue.li.vj. Et videt̄ ꝙ ſic:quia in permutatione interuenit renūciatio tacita.vt dictum eſt ergo ⁊ locū hꝫ etiā optio.q2 ſupioꝛ etiā papa q ꝑmutationē facit vel fieri mādat nō videt̄ velle iſtam ↄſuetudinē tollere:vel pꝛeiudicare rōnabilibus ſtatutis vel ↄſuetudinibus eccleſiarum.vt de ↄſti.c.j.li.vj.Ergo nec per collatiōeꝫ que in ipſa permutatiōe interuenit:dꝫ pꝛeiudicari dicte ↄſuetudini. Item permutantes ſciuerunt:vel ſcire debuerūt dictā ↄſuetudinē eccleſie.⁊ ſic non poſſunt ignoꝛātiā allegare. nec dꝫ impugnare qͦ defendere tenet̄ .de natis ex libero.ven.c.j. In ↄtrariū videt̄ ꝙ non habeat locum.per.c.j.de re.permu.li.vj.⁊.e.ti.clemen.j. Dominus Guido concoꝛdat diſputans hanc q̄ſtionem dixit.ꝙ de rigoꝛe iuris habeat locū optio. Paulus vero tenet ↄtrarium . Joan.an.in. c.ſi.de ↄſue.in nouel.lib.vj.non eligit alteram

Deci⸗ quarta

decima quinta

Decima ſexta

parum:sed dimitit quasi dubiū.Sed ego sem
per tenui ⁊ teneo q̄ nō hēat locū hec optio: q: i
tentio fuit ꝯcilij Uien. q̄ bñficia ex cā permuta
tionis resignata:nedū non ꝯferantur alijs: sed
etiam q̄ ꝯferant ipsis qui ex ipa cā resignaue//
runt. Omnis ergo modus ⁊ via per quā pmu
tiones frustrant suo voto in ppetuū.vel ad tps
in toto vel in parte phibent.als illuderet ei cō
tra mentē ⁊ vba ꝯcilij:⁊ facit qd ibi notat Joā.
Decia septia in glo.penul. ¶ Querit exinde ifra q̄tū tēpus
supior:in cuius manibus bñficia sunt resigna/
ta teneat illa ꝯferre. Sup hoc dicit Paulus in
pealle.cle.vnica.q̄ circa hoc nō est tps pfixū
a iure:sed cōpellit per supiorē ꝯferre si sit negli
gens.arg.de iurepa.nullus. Idem dicit Pau.
in cle.de relig.do.q̄ nō est tps prefixum a iure
infra qd cōmutant hospitalia:⁊ idē in electori
bus impatoris.vt no.Jo.an.post Host. Et in h̄
tenendū est.sc3 q̄ nō est tps ex pssum a iure:in
fra qd cōmutant hospitalia:⁊ iō cōpellet per su
periorē. Et si monitus nō expediat infra termi/
num cōpetentē sibi assignatū:hoc faciat superi
Decia octaua or ad hoc.de offi.ordi.c. Irrefragabili. ¶ Ite3
querit an pmutatio facta per epm cōtēptis his
quoꝝ interest.puta collatoribus vl' patronis sit
nulla ipo iure vel annullāda. Rñsio. Pau. i cle.
j.eo.tit.dicit q̄ ꝯsensus hoꝝ pōt iteruenire an/
te ⁊ postea.exquo dat intelligi q̄ nō sit nulla s3
annullanda. Nam si fuisset nulla: nō potuisset
ratificari per ꝯsensum supuenientē.de elec.ca.
auditis.cū si.⁊ q̄ sit annllāda per sniam videt
per.c.q̄ sicut.de elec. Sed ꝯtra de his que fiūt
a pla.c.j.⁊.xij.q.ij.sine exceptōe.⁊.xvj.q.vij.de
cernimus. Qd eni in pñtia aliquoꝝ necesse est
fieri si illud nō fiat:nō valet qd agitur.vt no.de
of.dele.c.cām mrimonij. Placet mihi q̄ sit an/
nullāda nō oino nulla per pdicta iura. Et rō q̄
sit ānullāda est:q: iste actus pmutandi seu au//
torizādi principalr ab epo depēdet:q̄uis col/
latio ad eū nō ptineat:l3 male faciat ꝯtēnere il/
los. Nec obstant iura que dicūt collationē nul/
lam fore:q: loquūtur in eo casu in quo eps h3
regrī:⁊ in quo eps nō h3 collationē:sed in per/
mutatiōe secus. Nec obstat.ca.sine exceptione
q: pōt dici q̄ ibi sit casus specialis ad hoc vt bo
na ecclie melius buent:vel bm Host.nō est nul/
la sed annullāda. Lapus tñ videt tenē ꝯriū sc3
Decia nona q̄ sit nulla. ¶ Sed qrit infra q̄tum tps possit
hi qui sunt ꝯtēpti in pmutatiōe agē de ꝯtēptu.
Et idē pōt queri de eo qui fuit ꝯtēptus in col//
latiōe. Dicendū q̄ si pmo tacite vel expsse ꝯsen
serunt nō audient.de hisque fi. ma.pte ca. Ex
ore.als audietur infra sex mēses a tpe scie com
putandos.bm Host.allegat de ꝯces.pbē q: ad
Uigesi ma. uersitatis. ¶ Deinde qritur an in permutatio/
ne beneficioꝝ quoꝝ collatio ⁊ institutio perti/
net ad inferiores epo renūciatio eoꝝ ⁊ collatio
⁊ institutio ptinet ad inferiores epo.renūciatio
eoꝝ ⁊ collatio d3 fieri in manibus epi:ad quos
ptinet collatio:⁊ sola auctorizatio pmutādi spe
ctet ad epm. Rñ. Jo.an.⁊ Pau.in cle.j.eo.tit.⁊
dicūt q̄ eps totū expediet:ꝯsentientibꝰ tñ his
quoꝝ interest:⁊ hoc videt pbari per.c.quesitū
in fi.c.ti. Et ex hoc seqtur hoc nouū ⁊ mirabile
q̄ ecclia ꝯsueta reformari per viā electiōis ⁊ cō
firmatiōis vel per viā pñtatiōis ⁊ instōnis nūc
reformabit per viā collatiōis:per epm qui als
nō habebat ꝯfirmare vel instituere.sed certe ex
hoc nullū incōueniēs sequit.exquo ille assenti/
at cuius interest. Et sile qd no. Host.in sum.de iu
repa.vbi dicit q̄ patronus pōt recipē ecclīā va
cātem ab epo:l3 ad illū nō ptineat collatio illa
sed institutio. Et illud qd no. Jo.an.in.c.per no/
stras.de iurepa.post eū. Sed nūquid cum sint
due ecclie vnite mēse cuiusdā monasterij:si illa
rum rectores volūt eas pmutare an possint:et
maxime monasterio nō ꝯsentiēte. Et est dicēdū
q̄ nō.q: cū ille ecclie sint facte de mēsa ⁊ ad mo
dum vacare non possunt.de exces.prela.c.j.er/
go nō pōt iteruenire pmutatio cū in ea fiat be/
neficioꝝ vacantiū collatio:⁊ ex ꝯtrario sequere
tur absurdu3.q: si isti possunt pmutare ergo ⁊
alij:⁊ sic deinceps. Et sic vnio nō hēret deside//
ratum effectū:⁊ nō subijceret mēse monasterij:
cuius tenuitas fuit cā vniois:⁊ idē dicēdum
est de beneficio extincto. De hoc vltimo no. Jo
an.an.c.ti.c.ij.lib.vj.in nouel. ¶ Querit insu
per si numerus canonicoꝝ:qui erat trigenariꝰ Uigesi
est restrictus ad duodenariū.⁊ hec restrictio fa ma.j.
cta est legitime ⁊ iurata:⁊ ordinatū est in illa q̄
cedētibus vel decedentibus canonicis:nullus
substituat:donec sit deuentū ad numeꝝ duode
nariū. Nō aliqs de numero isto excessiuo vult
pmutare auctoritate legati:nūqd pōt. Rñ.cre/
do q̄ sic.dum tñ ex causa legitima velit pmuta
re.arg.eoꝝ que notantur vt iste pen.c.ecclesia.
Item per hoc derogat statuto ⁊ mens d3 inspi/
ci.de elec.c. Si postq̄ li.vj. Jo.an.tenet ꝯtrariū
Sed retēto eodē themate:si pmutatio fiat pmu
tatio fiat per illos qui fecerūt statutū an valeat
pmutatio q̄si per actū ꝯriū videant resuscitas//
se numeꝝ antiquū.de ꝯsti.c.cū accessissent.i fi.
Rñ. Sol.huiꝰ qōnis dependet ab illa qōne: an
teneat receptio canonici ꝯtra numeꝝ iuratum.
Et archi.dicit q̄ nō.vt no.de pben. Si istud.et
Jo.an.dicit q̄ sunt plures.sed receptio tenet q̄si
recipiēdo capitulariter:tacite reuocēt statutu3:
⁊ sublato statuto iuramentū nō ligat. Sed obi/
icit ꝯtra dictū Pauli:q: cū istud statutū nō po//
tuerit vires hēre nisi auctorizāte epo de ꝯsue.c.
penul.quo poterūt canonici per actū ecōtrariū
reuocare statutū:q: nō possunt expresse vñ vide

tur equioꝛ arcbi. Et gcqd ſit ɔtra licitū iuramē,
tum ille nullū de pſcrip.c.ſi diligēti. Et ſic i hoc
non videt pmutatio nō valere. De hoc no. Jo.
an. de re.pmu.in nouel. Sed ſi volumus recē/
ptionē canonici valere ɔtra iuramētū: vt dica/
tur oꝛdinatio tacite fuiſſe ſublata: ex hoc ꝙ per
mutationi ɔſenſerūt qui pmutationem fecerūt
tunc dicamus pmutationē valere q̃ſi pmutatio
furis: ⁊ numerus trigenarius ſit per actū ɔtra/
rium reſtitutus: vt in.c.cū acceſſiſſent.de ɔſti.
Uigeſi ma.q. ¶ Querit an etiā capl'm ſede vacāte poſſit re/
cipere reſignationē beneficioꝝ ad ſolam epiſco
pi collationē ptinētiu ex cauſa pmutationis fa/
ciende. Et videt ꝙ nō: q: cū non poſſit talia be/
neficia ɔferre ſic nec permutationez perficere.
vt notat Joan.an.eo.ti.c.j.in cle. Sed ɔtrariuz
videtur verꝫ. Unde ⁊ capitulus tanq̃ vices ge/
rens epi: poteſt priuare beneficiatos: ⁊ per ɔſe
quens beneficioꝝ reſignationē recipere. Epus
vero ſucceſſoꝛ perficiet permutationē: quaz ex
cauſa licita capitulū tanq̃ vices gerens inchoa
uit. Ad hoc facit qḋ per Jnno. ⁊ per compoſtel.
no. de reſcrip.ca.eam te. Aut recurret ad ſupe/
rioꝛē epi. Caueant tñ ſibi pmutātes ne ante col
lationē ſibi factā adimpleāt ne penā incurrāt.
arg. de elec. qualiter. ¶ Sed nunqd duo volē/
tes permutare poſſint vnū ſolū pcuratoꝛez cō/
ſtituere ad ſua bñficia pmutanda. Rñ. credo ꝙ
poſſint ⁊ ſic practicabit. Dicet pcuratoꝛ. Domi
ne epiſcope ego vt pcuratoꝛ merlini renuncio
talem eccleſiā ſuā in manibus vr̃is ex cauſa per
mutationis fiende cū Timotheo de tali eccleſia
ſua. Et ego vt procuratoꝛ thimothei: renuncio
talem eccleſiā ſuā ex cauſa pmutationis fiende
in Merlino de tali ſua eccleſia. Quibꝰ reſigna
tionibus receptis epus ɔfert eidē pcuratori vnā
eccleſiā pro tali ⁊ aliā pro recipienti. Et etiaz ſi/
ne procuratoꝛe recipiente valeret collatio de p̃/
Uigeſi ma.iij. ben.in.c. Si tibi abſenti. ¶ Sed pone ꝙ qdaz
tractātes de permutatione ſuoꝝ beneficiorum
quam ſibi vtilē foꝛe credebant: pmiſerunt ſibi
inuicē fidedata pcurare pmutationem dictoꝝ
ſuo: ū beneficioꝝ pfici ab illis quoꝝ intereſt:
⁊ qui auctoꝛizare poſſunt. Alterū vero huius p
miſſionis penitet ⁊ nō vult reſignare. Querit
an inſtante altero poſſit ille ad permutationez
cogi: videt ꝙ non: q: in talibus debet ceſſare
omnis pactio ⁊ conuentio: vt de pac.c.ſi.⁊.j.q.
ij.q̃ pio. Sed ɔtra. q: non ſimpliciter conuene
runt: ſed pmiſerunt dare operam vt pmutatio
fieret per eos qui eā facere poterāt: qḋ nō vide
tur de reſti.ſpo.c. Olim. Jtem fideidatio ⁊ iu/
ramentuz equipollent: vt de his que fiunt me.
ve.cau.c.ad aures. Jtem iſta ſunt ſeruāda que
ſine interitu ſalutis eterne ſeruari pñt. vt.in.c.
ſi vero.de iureiur. Rñ. videt dicendum ꝙ ille
qui inſtaret permutationē fieri vel perfici non
poteſt petere iure actionis illum cōpelli ad per
mutationē qui eſt penitens. Nam etſi ambo in
ſtarent pro pmutatione facienda: non cogeret
ſuperioꝛ eam facere: ſed totū pēdet ex arbitrio
ſuo.eo.ti.c.queſitū. Sed malefaceret ſuperioꝛ
permutationi eoꝝ nō ɔſentiens: ſi ſit expediēs
⁊ neceſſaria eccleſijs. de iurepa.c nullus. Sed
ſuperioꝛ pōt illum cōpellere. vt de nolente fiat
volens. Nam ipſe ɔtradicere nō pōt ex quo p̃/
miſit fidedata. ſcꝫ ad dandū operā pmutatiōi.
ar. de ſpō.c.requiſiuit. Nec obſtāt iura que phi/
bēt pactionē que loquunt de pactiōe illicita. al
legat hmōi lapus hic. facit qḋ nota. de re.pmu
ta.cle.j. Jura eni que phibēt pmutationē p̃ue/
niente ex pactione partiuꝫ ſine auctē ſupioris.
iſtud nō phibēt qn ſupioꝛ poſſit ipm cōpellere
ad pmutandū. ¶ Sed pone ꝙ vnus ex pmutā Uigeſi
tibus eſt grauatus debitis noīe eccl'ie. ⁊ tale de ma.iiij
bitum quoad abſoluēdū ecclia eſt efficaciter ob
ligata. vult ꝙ ille cū quo dꝫ pmutare pmittat ꝙ
ſi ɔtingit pmutationē perfici ſoluet debita pre
dicta foꝛte debitores ɔſanguinei: ⁊ non vult ꝙ
patiantur ɔtradictionē ex debitis illis. ¶ Que
ritur an talis pmiſſio poſſit iure fieri. Et videt
ꝙ ſic ⁊ ſine pmiſſione. ad hoc tenet. ſ. ſoluere de
bita eccl'ie: ⁊ qḋ ſubintelligit videt poſſe dedu
ci in pactū. Ad hoc facit qḋ no. de pben. ſigni
ficatū. ⁊ de elec.c. ſignificaſti. cū ſi. Jtem hic nul/
la cupiditas ex pte accipiētis pmiſſum cuꝫ nil
applicet. Et nil depit pmittēn: q: ecclia obliga/
ta eſt alās ſufficiēs ad ſoluēdum: ⁊ ſic de ſuo nil
ſoluet. Sꝫ ɔtra q: po altera aliter nō renūciaret
niſi iſte hoc ei pmitteret. Renūciatio aūt dꝫ eē
pura nulla pactiōe pcedēte. de pac.c.ſi. Sꝫ poſ
ſet videri ꝙ itelligit de pactiōe illicita. Dicēdū
eſt ꝙ qcquid ſit ɔſulendū eſt abſtineri ne fraus
cōmittat: q: abſtinendū eſt etiā a re licita qñ hꝫ
ſpēm mali: vt de ſimo. audiuimꝰ. et.j.q.j. emē/
dari. ¶ Querit demuz an ſola inequalitas be/ Uigeſi
neficioꝝ rōne redditituū ſiue onerū incūbentiuz ma.v.
beneficio ⁊ alteri reddat pmutationē nullā q̃ſi
fraude pbata. Rñ. credo ꝙ non: ⁊ ſp fui in hac
opinione. nō tñ nego quin ſit aliqualis pſum/
ptio fraudis: q: non eſt preſumendū ꝙ aliquis
velit deſcēdere: vel res ſuas iactare. de renun.
ſup hoc: ſed nō eſt inſufficiens pbatio. Et in hoc
ſumme placet qḋ no. io. mo. ⁊ Jo.an.e.ti.c.j.li.
vj. Ubi habetur etiā ꝙ nō eſt permutatio: ſi re/
nuncio beneficio meo vt habeas illud ⁊ tuum
detur nepoti meo. ¶ Utrum epiſcopus etiam Uigeſi
de conſenſu capituli ſui eccleſiā eximēdo vel al ma.vj.
teri ɔcedendo puta abbati vel decano pro ſua
dignitate recipienti poſſit dato ꝙ velit ⁊ hoc
exprimat in ea iuriſditionem epalem a ſe in to/
tum abdicare excutere vel mouere. De conu

miſſione. n. per viã allegationis nõ dubitaf in q̃ ſp remanet idẽ ius penes ipz: ⁊ maius p̱ ius reuocandi ⁊ reſumendi. de p̃ben. duduz. li. vi. xvj. q. ij. Viſi. in glo. plena. Jo. an. mouet hanc q̃ſtionẽ. extra de cen. in nouel. ⁊ dicit ꝙ glo. ſuper dicto. c. de dona. paſtoral'. in glo. penul. apſe innuit ꝙ non põt quo minus retineat hec q̃tuor. ſ. viſitationem: ꝓcurationẽ: ꝑpter viſitationem correctionẽ ⁊ cathedraticũ idẽ Hoſt. in ſumma. Sed ad predicta q̃ttuor poſſunt addi alia q̃ttuor. ſ. de reuerentia. vt no. Hoſti. ⁊ facit quod no. de trãſac. Preterea. Scd̃z de charitatiuo ſubſidio. vt dixi in tex. poſt Hoſt. Tertiuz ſm eum de auctorizabili inſtitutiõe. vt dixi in c. paſtoralis. Quartuz de his que ſunt ordinis ep̃alis. vt no. xvj. q. ij. in ſumma. Et ſcripſi poſt Inno. de p̃ben. c. de monachis. Rõnes gloſaꝝ ⁊ que eas coadiuuant inter predicta ſunt. Ep̃s non poteſt alium ordinarium facere in dioceſi ſua. ſed ſic transferendo ille in quem fieret talis tranſlatio haberet ordinariam ep̃alem: ergo ⁊c̃. De primo dixi. xj. q. j. experientie. ⁊ extra ne prela. vi. ſuas. c. ij. in glo. ij. Item iuriſditio ep̃alis eſt iuris publici. diſ. j. ius publicũ. Et ea que ſunt iuris publici nõ remittunf. ff. de pac. l. ius publicuz. ⁊ no. de ſo. cõpe. c. ſi diligenti. in p̃n. Item in conſecratiõe ep̃s ſe obligat ex toto ad curam alarum ⁊ eccleſiarũ vt de renũ. c. Niſi. §. verũ ⁊ patet. j. Ti. iiij. Illud autẽ votuz ſic inheret oſſibus eius. ꝙ illud excutere non poteſt extra de ſta. mo. Cũ ad monaſterium. Hinc eſt ꝙ zelo ſpũs ad religionẽ trãſiens: nõ renũciat ſine licentia pape. de regularibus. ca. Licet. Itẽ ſubditus ep̃i non poteſt a ſe reycere iuriſditionem eius. vt de ſo. compe. ca. ſi diligenti. ergo nec ep̃us iuriſditionem quam habet in ſubditum facit. C. de pa. po. l. abdicato. Item epiſcopus non poteſt facere exceptionem in preiudiciuz inferioris. puta archidiaconi. de exceſſ. p̃la. c. ij. ergo multo minus in p̃iudiciuz paris. vt ſucceſſoris. ex̃ de ele. Innotuit. nec nuruz qꝛ ep̃s non põt facere alienatiões: niſi vt meliora proſpiciat. vt. xij. q. ij. non liceat. ergo nec hoc fieri põt. Et q̃uis ad partẽ contrariam arguaf per. c. Cõſtitutus. de religi. do. ibi tñ rñdef i gl'. ⁊ ad alias obiectiones que fieri poſſent. Rñdet Joh. an. hic ⁊ poſtea ꝯcludit. Ex predictis collige tres modos quib⁹ ꝓcedit plena abdicatio. Primo qñ interuenit papalis confirmatio ex certa ſcientia. vt in dicto. c. Conſtitutus. Scd̃o qñ ſic iudicatũ eſt nec appellatũ. vt in. c. cum inter vos. nec reſtitutio petita. de reſt. in integ. c. j. li. vj. Tertio qñ ſic preſcriptũ eſſet: alterius tñ noie. vt dixi poſt Hoſt. ſup ea. gl'. allegata. al's teneo me cuz glo. ⁊ his que addidi ad dictã glo. ſ. ꝙ mõ tenent plene renunciatio remiſſio vel exẽptio q̃ad caſus quos in p̃n. dixi. Tñ hoc puto ꝙ vbi p ep̃m cũ ꝯſenſu capituli ex cauſa etiã p̃dicti caſus excepti ꝯcederenf. excepto cathedratico reuerẽtia ⁊ charitatiuo ſubſidio valeret cõceſſio: nedũ pſonalis de qua dictuz eſt in p̃ncipio. ſed etiã realis competẽs dignitati. ita tñ ꝙ p id non fiat abdicatio: ſed quedã vicarie cõmiſſio licz ꝑpetua: ⁊ facit qd̃ notatur in. d. c. Conſtitutus. p Inno. Vñ ſingulos caſus reſumẽdo dico ꝙ ſi viſitationẽ, ꝓcurationẽ ⁊ correctionem abbatie vel alteri⁹ dignitatis ꝯceſſerit abbas vel ei⁹ vicarius faciet p̃dicta. ſed p hoc non erunt abdicata ab ep̃o qui poterit ſaltẽ negligẽte abbate viſitare. Sz dico de inſtitutiõe. ꝙ lz illã faciet abbas tñ ⁊ illã facere poſſet ep̃s per querelã: vel p appellationẽ aditus: ⁊ ſic nõ erit abdicata vel excuſata. De cathedratico vero dicit archid. c. j. de preben. li. vj. ꝙ licet gñalis remiſſio non extẽdaf ad id poſſit. tñ ſpecialiter remitti. Jo. ã. andr. in glo. xvj. q. vij. Quicunq̃. Ꝯrũ tenet dicens p nõ lz in eius q̃titate currat preſcriptio. non tñ in toto cũ non poſſit remitti. De reuerẽtia ⁊ charitatiuo ſubſidio ſatis placet qd̃ dictũ eſt illas. ſ. non poſſe remitti. De inſtitutione auctorizabili. lz Hoſti. tenet illã non poſſe p̃ſcribi in p̃dicto. c. cuz ſatis. de offi. arch. Contrariũ tñ ſeruari videmus. Et tamen dato ꝙ id verũ eſſet. non tñ ſequif quin poſſet remitti per modũ p̃dictũ. vt alius vice ep̃i auctorizet. non tñ ꝑpter hoc dicef abdicata cũ epiſcopo petenti fidẽ fieri oporteat: facit qd̃ notaf de re. iu. c. j. li. vj. De receptione eorũ que ſunt ep̃alis ordinis idẽ dico ꝙ. ſ. valeat lnis cũ conſenſu capli ex cauſa dante prelato vt clerici vel monachi ſui poſſint illa recip̱e a quo voluerit ep̃o nec p hoc dñr abdicata cuz illa ſit accumulatio tm̃. Conſtat enĩ ꝙ ipſe ep̃s concedẽs ſine alterius licẽtia vel dimiſſorijs illo ſuo iure poterit ordiare vel alia ep̃alia cõferre. hec Jo. an. vbi. ſ. Dicit Hoſti. ꝙ ip̃m ius viſitãdi ⁊ ꝓcurãdi nulla conſuetudine contraria tolli poteſt. qꝛ talia nec remitti poſſunt nec preſcribi. Quod videtur intelligendum q̃tum ad hoc ꝙ non viſitetur ab aliquo ſed bene poteſt preſcribi ꝙ non viſitetur ab ordinario: ſed ab alio.

Titulus. xvi. De ſtatu religioſorum.

¶ De eſſentialibus religionis. ſcz paupertate: caſtitate: ⁊ obedientia: ⁊ ceremonialibus ⁊ tranſgreſſionibus. ⁊ varijs regulis ⁊ conſtitutionibus eorum. Capl'm. j.

REligioſitas cuſtodiet ⁊ iuſtificabit cor. Eccĩ. j. Status religionis denominaf virtute a quadam morali que dicif religio. cuius

officiū ſeu actus eſt exhibere debitū cultū ⁊ ce/
remoniā aliqua offerēdo vel faciēdo ad dei ho
ſe.ſe.q. norē vt ſacrificia:oblatōes:iclinatōes ⁊ hmōi.
lxxxj.ar Et no.ſm Jo.an.ſup rub.de regularibus:ꝙ re
ticu.ij. ligio ſumit quadruplr. Uno mō ſolum pro de/
bito cultu veri dei quoad fidē:⁊ ſic cōprehēdit
totā xp̄ianitatem que exhibet cultum vero deo
Jac.j.c.Siquis putat ſe religioſum eſſe ⁊c̄. Et
hinc dr̄ religio xp̄iana. De qua acceptiōe habe/
tur di.xcviij.c.j.⁊ extra de diuor.c.gaudemus.
⁊ extra de ſum.tri.circa princ. Scd̄o ſumit reli/
gio pro cultu veri dei:nō ſolū per fidē ſed etiaz
per bona opa. Et ſic ſumit Act.ij. Erāt hieroſo/
lymis viri religioſi ex omni natione que ſub ce
lo eſt ⁊c̄. Et ſic religio cōprehēdit vniuerſitatez
bonoꝝ xp̄ianorūz. Et de hoc.xvj.q.j.iuxta.⁊ de
cōſti.c.eccl'ia. Tertio ſumit pro ſtatu clericali:qꝛ
ſunt magis dediti cultui diuino:⁊ de hac acce/
ptatione habet.j.q.ij. Saluator.⁊.xij.q.j.ca.j.
Et in auc̄.de ſanc.epi.§.damus. Quarto ſumit
ſtrictiſſime pro ſtatu illo qui per emiſſionē pro
feſſionis ſubijcit ſe p̄lati imperio totū ſe dedicās
deo.ex̄ de vo.c.ex multa. Et ſm hāc acceptionē
vltimā hic tractat de religione de qua pōt itel/
ſe.ſe.q. ligi dicta auctoritas. Et deriuatur religio a reli
lxxxj.ar gādo:qꝛ vltra cōe ligamē p̄ceptoꝝ dei religio/
ticu.j. ſus eſt aſtrictus etiā vinculo votoꝝ. Uel dicit a
religēdo:qꝛ frequēter ⁊ firmiter dꝫ eligere.i.p
ponere obſeruationē p̄miſſoꝝ.etiā in minimis
Uel dr̄ a relegēdo:qꝛ ſepe dꝫ legere ⁊ meditari
quid debeat obſuare. Jpſa aūt religio obſerua
ta cuſtodit cor a plurimis malis ⁊ in bonis con
ſeruat. Dicit enim Bern̄.ꝙ ibi hō cadit rarius
ſurgit velocius:purgat citius:incedit cautius:
viuit quietius:irrorat frequētius:morit̄ cōfidē
tius:⁊ remunerat copioſius. Hoꝝ expōnēz ha/
bes.ſ.in vlt.c. Jn quo cōſiſtat pfectio ſimplr que
pfectio eſt finis religionis. Sciēdum primo ꝙ pfectio
in q̄ cō/ importat quādā vniuerſitatē. Nam ſm ph'm
ſiſtit. pfectū dr̄ cui nihil deeſt:vt vult Ari.in.ij.phi.
⁊ in.v.metha. Et Cōmētator ibidē cōmēto.xxj.
⁊ Tho.j.pte.q.iiij.ar.j.in corpe articuli. Conſi/
ſtit aūt pfectio in adeptione charitatis.iuxta il/
lud Coll'. Sup oia charitatē habete que eſt vin/
culū pfectionis. Amor.n.hꝫ virtutē trāſforma/
tiuā ⁊ vnitiuā diligētis in dilectū per itellectuz
⁊ affectū:⁊ in hoc pficit creatura ꝙ vniat per af
fectū cum creatore:cui nil boni deeſt. Eſt aūt tri
triplex plex pfectio ſm Tho.ſe.ſe.q.clxxxiiij.arti.ij.in
pfectio corpo.arti. Una abſoluta que nō ſolū attēditur
ſm totalitatē ex pte diligētis:ſed etiā ex pte di/
ligibilis.vt.ſ.diligatur deus q̄ꝰtū eſt itelligibi/
lis:⁊ talis pfectio nō eſt poſſibilis alicui creatu
re:ſed ſoli deo cōuenit:in quo eſt bonū itegralr
⁊ eſſentialr. Scd̄a pfectio eſt abſoluta ſm totali
tatem abſolutā ex pte diligentis put.ſ.affectio
ſm totū ſuū poſſe ſemp actualr ferat in deuz:et
talis pfectio nō eſt poſſibilis in via:cū hō ⁊ dor
miat ⁊ alijs occupet in qbus mens actu nō fert
in deū:ſed eſt pfectio p̄rie. Et de hac dic̄ Hiero.
ꝙ pfectiſſima charitas in hac vita hr̄i non pōt:
de pe.diſ.ij. Charitas eſt. Tertia aūt pfectio eſt:
que neqꝫ attēditur ſm totalitatē ex pte diligibi
lis:neqꝫ ſm totalitatem ex parte diligentis.vt
ſcilꝫ ſemp actu feratur in deū. Sed q̄ꝰtū ad hoc
ꝙ excludātur ea que motui dilectiōis in deū re
pugnāt. De qua dicit Aug.in li.lxxxiij.q̄ōnuz.
Uenenū charitatis eſt cupiditas pfectio chari/
tatis vbi nulla cupiditas. Et hec pōt hr̄i in p̄nti
vita. Et hoc duplr. Uno mō inq̄ꝰtum ab affectu
hois excludit omne illud qd̄ charitati cōtriatur:
ſicut eſt pctm̄ mortale:vt.ſ.nihil cogitet vel ve/
lit deliberate:qd̄ ſit diuine dilectioni cōtriū. Et ſi
ne tali pfectione charitas eſſe nō pōt. Alio mō
vt hō ſtudiū ſuū deputet ad vacādū deo ⁊ rebꝰ
diuinis p̄termiſſis alijs niſi q̄ꝰtuz neceſſitas vi/
te p̄ntis reqrit. Et ad iſtaz ordinat religio vt ad
finē nec in oibus bonis reperitur ſed in paucis.
Uñ Augꝰ.in epi.ad hiero.dicit. Charitas in q/
buſdā pfecta eſt:⁊ in qbuſdaz impfecta. Perfe
ctiſſima aūt in hac vita hr̄i non pōt.de pe.di.ij.
charitas. Dilectio etiā p̄rimi in via neceſſaria:
ſed impfecta dr̄ illa qua excludit ab affectu ⁊ ef
fectu omne qd̄ eſt cōtra dilectionē p̄rimi:vt odi Perfcā
um:iniuria ⁊ hmōi. Sꝫ pfecta eius charitas dr̄ charitas
triplr ſm Thom̄.ſe.ſe.q.clxxxiiij.ar.ij.in rn̄.ad ad pro/
iij.arg. Primo mō ſm extēſionē:vt.ſ.non ſolū ximuz.
diligat amicos ⁊ notos ſed etiā ex̄neos ⁊ inimi
cos.ſ.ſpāli actu dilectionis vel bn̄ficij non ſolū
gn̄aliter. Scd̄o mō ſm intētionē que oſtēditur
ex his que hō cōtēnit:vt.ſ.non ſolū cōtēnat exte/
riora bona p̄pter p̄rimum:ſed etiā afflictiones
corpales:etiā ipſam mortem. Tertio mō quan/
tū ad effectū dilectionis.vt.ſ.nō ſoluz impēdat
p̄rimis tpalia:ſed etiā ſpūalia. Et iſte videt eſſe
finis religionis p̄dicatoꝝ. ¶ Jtez nō ſm Tho.
ſe.ſe.q.clxxxiiij.art.iij.in corpo.arti.ꝙ pfectio
per ſe ⁊ eſſentialr cōſiſtit in preceptis:ſcd̄ario et
inſtrālitcr in cōſilijs:⁊ tam preceptoꝝ q̄ꝫ cōſilioꝝ
finis eſt charitas. Aliter tn̄ precepta ordinātur
ad charitatem q̄ꝫ cōſilia. Naz precepta dei ordi/
nātur ad remouendū ea que ſunt cōtraria chari
tati:cū quibus eſſe nō pōt ipſa charitas. Sꝫ cōſi
lia ordinātur ad remouendū impedimēta actꝰ
charitatis:que tamē charitati non cōtrariantur
vt matrimoniuz ⁊ occupatio rerum ſeculariuz.
Non ergo in pauptate:abſtinentia ⁊ huiuſmo
di cōſiſtit perfectio charitatis eſſentialiter.ſed
diſpoſitiue. Unde ⁊ chriſtus Matth.xix.⁊ Lu/
ce.xviij.⁊ Marci.x.c.nō dixit ſolū. Si vis per/
fectus eſſe:da pauperibus oia ⁊c̄. Sed addit et
ſequere me.ſ.mentis affectu:qd̄ fit per charita/

ti.¶ Itē nō ſm Tho. vbi.ſ. ꝙ pfectio ipa dilectōis cadit ſub pcepto. Sȝ cū ipſa pfectio habeat multos gradus: ꝗcūqȝ modo qs attingat ipſam pfectionē ſm aliquē gradū etiā infimū: nō eſt trāſgreſſor precepti. Eſt aūt infimus gradus vt nil ſupra deum vel ꝯtra (al's citra) deum vel equaliter deo diligatur: qui hoc nō ſeruat: trāſgreditur preceptum ⁊ perfectio patrie includitur etiam in ipſo precepto dilectionis.

¶ De ſtatu perfe- .§.i.

ctionis. Nō ꝙ ſtatus ꝓprie ptinet ad ꝯditionez libertatis vel ſeruitutis. Spūalis aūt libertas vel ſeruitus pōt in hoīe attendi dupl'r. Uno modo ſm id qḋ agitur īterius. Et ſic accipiſ ꝯditio ſtatus ſpūalis in hoīe per cōparationē ad iudiciū dei qui ſcrutaſ corda: vt dicatur in ſtatu ſeruili pctōr. ⁊ in ſtatu libertatis iuſtus. Alio mō accipitur ſtatus ſpūalis ſm ea que exterius geruntſ per cōparatiōem ad eccliam. ⁊ ſic nūc eſt ſermo de ſtatibus put ſ ex diuerſitate ſtatuū quedam pulchritudo eccle ꝯſurgit. Et ad adipiſcēdum hūc ſtatū reqritur obligatio abſoluta facta cū ꝗdā ſolēnitate: ſicut ⁊ in ceteris ꝗ īter hoīes obtinēt ꝑpetuā firmitatem: ꝗdā ſolēnitas adhibeſ. Sic igiſ in ſtatu pfectionis dr̄ eſſe aliqs ꝓprie: nō ex hoc ꝙ hȝ actum dilectionis pfecte ſed ex hoc ꝙ obligat ſe ꝑpetuo cum aliqua ſolēnitate ad ea que ſunt pfectionis. Cōtingit aūtē ꝙ aliq ſe obligāt ad ea que nō ſeruāt. ⁊ aliqui implēt ad ea que ſe nō obligauerūt. Iſto igiſ mō ſunt in ſtatu pfectionis religioſi ⁊ epī. q: ad ea que ad pfectionē ptinent ſunt obligati ꝑpetuo ⁊ cū ſolēnitate pfeſſionis vel cōſecrationis. non aūt alij curati. q: non hñt hmōi obligationē. nā ꝗ renūciare poſſunt eccleſijs. Magis tñ epī dicunſ eſſe in ſtatu pfectionis ꝗ̄ religioſi: aſſumūt aūt hoīes ſtatum pfectionis: non quaſi pfitentes ſe eſſe pfectos: ſed quaſi pfitentes ſe ad pfectionē tendere: vnde nō cōmittūt mendaciū vel ſimulationem ex hoc ꝙ non ſunt pfecti qui ſtatū perfectionis aſſumūt: ſed ex eo ꝙ ab intētione perfectionis aīum reuocāt. Tho. ſe. ſe. q. clxxxiij. ar. v. in re pō. ad. ij. ar. ¶ Ad pfectionez ptinet aliquid tripl'r. ſm Thom. ſe. ſe. q. clxxxvj. Uno modo eſſentialiter: ⁊ ſic ad pfectionē ptinet perfecta obſeruātia preceptoꝝ charitatis. Secūdo modo ꝯſequenter ſicut illa que conſequūtur ex pfectione charitatis: puta ꝙ aliquis benedicat maledicētib⁹. ⁊ alia huiuſmodi impleat. Que etſi in preparatione animi ſint in precepto: vt. ſ. impleātur quādo neceſſitas requirit: tñ ex ſuperabūdantia charitatis pcedit: ꝙ etiā extra neceſſitatez talia impleātur. Tertio modo ptinet ad pfectionē aliquid inſtrumētaliter ⁊ diſpoſitiue ſicut paupertas: ꝯtinētia: abſtinentia ⁊ hmōi.

ar.ij.in corpore artic.

Ipſa aūt perfectio charitatis eſt ſinis religiōis. Status aūt religiouis eſt quedam diſciplina ⁊ exercitiū ꝑueniēdi ad pfectionem: ad quā aliq ꝑuenire nitūtur diuerſis exercitijs: ſicut medicus ad ſanandū vti pōt diuerſis medicamētis. Manifeſtū aūt eſt ꝙ ille qui opaſ ad ſinē non ex neceſſitate ꝯuenit ꝙ iam aſſecutus ſit ſinē: ſȝ requiriſ ꝙ per aliquā viam tendat ad ſinez. Et ideo ille qui ſtatum religionis aſſumit nō tenetur habere pfectam charitatē: ſed teneſ ad hoc tendere ⁊ opam dare vt habeat perfectā charitatem. Et eadez rōne non teneſ implere ea que pfectionez charitatis ꝯſequūtur: ſed tenetur vt ad ea implēda intendat. ꝯtra qḋ facit ꝯtēnens vnde non peccat ſi ea pretermittat: ſed ſi ea cōtēnat. Similiter non teneſ ad oīa exercitia quibus ad pfectionem ꝑuenitur: ſed ad illa determinata que ſunt ei taxata ſm regulā quam profeſſus eſt. ¶ Item nō ſm Tho. ſe. ſe. q. clxxxvj. ꝙ oēs tam religioſi ꝗ̄ ſeculares tenētur aliqualiter facere quicqd boni poſſunt. Oībus enim dicitur illud Eccs. ix. Quicquid poteſt manus tua inſtāter operare. Eſt tamen aliquis modus hoc preceptū implēdi quo vitatur peccatum. ſ. ſi facit homo qḋ pōt ſm ꝙ requirit cōditio ſui ſtatus: dūmodo contēptus non aſſit agēdi meliora: per quem aīus firmatur ꝯtra ſpūalez pfectum. ¶ Status religionis pōt tripliciter conſiderari ſm Thom. ſe. ſe. q. clxxxvj. Uno modo ſm ꝙ eſt quoddā exercitiū tendēdi in perfectionem charitatis. Alio modo ſm ꝙ quietat humanū aīum ab exterioribus ſollicitudinibus. Tertio modo ſm ꝙ eſt quoddā holocauſtū per quod aliquis ſe ⁊ ſua offert deo: ⁊ ſm hoc in tribus votis īegratur ſtatus religionis. Primo quidē ꝗ̄tuȝ ad exercitiū pfectionis requiritur ꝙ aliquis a ſe remoueat illa per que poſſet impediri: ne totaliter affectus eius tendat in deū: in quo ꝯſiſtit pfectio charitatis. huiuſmodi aūt ſunt tria. Primū quidez eſt cupiditas exterioꝝ bonoꝝ que tollitur per votū paupertatis. Secūdum eſt ꝯcupiſcētia ſenſibilium delectationū: inter quas precellūt delectationes veneree que excludūtur per votū ꝯtinentie. Tertiū eſt inordinatio volūtatis humane que excluditur per votum obediētie. Silr ſollicitudinis ſecularis inquietudo precipue ingeriſ homini circa tria. Primo circa diſpenſationē exterioꝝ rerū: que amputatur per paupertatis votū. Secūdo circa gubernationez vxoris ⁊ filioꝝ que tolliſ per caſtitatem. Tertio per diſpoſitionē ꝓprioꝝ actuū que tollitur per obediētie votum. Similiter holocauſtum diciſ: cum aliquis totum qḋ hȝ deo offert. habet aūt homo triplex bonū. Primum eſt rerum exterioꝝ quas totaliter offert deo per pauptatem. Scḋm eſt bonū ꝓpꝛij corporis qḋ

Status religionis.

ar.ij.in reſpon. ad.ij.

ar.vij.in cor.ar.

offert deo precipue per votuꝫ caſtitatis quo abrenũciat maximis delectationibus carnis. Tertium eſt bonũ aie qḋ totaliter offert deo ꝓpriaꝫ volũtatem: per quã homo vtif oibus potentijs ⁊ habitibus aie. Cõuenienter ergo ex his votis ſtatus religionis integratur. Oẽs autẽ alie obſeruãtie religionum ordinãtur ad predicta tria vota. Nam labor manuũ ⁊ mẽdicitas ad paupertatem: vigilie ⁊ ieiuniũ ⁊ diſciplina ad caſtitateꝫ: ⁊ alia exercitia: vt lectio: oratio: viſitatio infirmoꝝ ⁊ hmõi ad obedientiaꝫ. Determinatio aũt habitus ptinet ad oia tria predicta tanq̃ ſignuꝫ obligationis. Unde habitus regularis ſimul daf vel bñdicitur cum ꝓfeſſione. Interiores aũt actus virtutis: vt humanitas: patientia ⁊ hmõi. ideo non cadũt ſub voto religionis: qꝛ oium virtutũ mater eſt charitas: ad quam ordinat ſtatus religionis vt ad fineꝫ. Inter ipſa aũt tria vota principalius ⁊ eẽntialius religioni eſt
ar. viij. in cor. artic. obedientia. Et hoc triplici rõne. ſm Tho. ſe. ſe. q. clxxxvj. Primo qꝛ per eum maius quid deo offertur q̃ per alia. ſ. ꝓpria voluntas. Scõo qꝛ votum obediẽtie ↄtinet ſub ſe alia vota: ſed nõ ↄuertitur. Tertio qꝛ votum obediẽtie ꝓprie ſe extendit ad actus proprios ꝓpinquos fini religionis: quanto aũt aliquid eſt ꝓpinquius fini: tãto melius. Prefertur etiã ipſe ſtatus religionis virginitati ex voto ſeruate. ſm Aug. in lib. de virginitate. ⁊ ſm Tho. quodlibet. iij. q. quinta. artic. ij. in corpore articuli. in fine.

¶ De preeminentia vnius religionis ad aliaꝫ. .§. ij.

ar. vi. in cor. ar. Nota ſm Thom. ſe. ſe. q. clxxxviij. q excellẽtia vnius religionis ad aliã poteſt attendi dupliciter. Uno modo ex parte finis. Et ſic illa religio dicif pfectior alia que ordinatur ad potiorẽ finem. Et ſm hoc inter religiones illa que ordinatur ad docendũ ⁊ predicãdum tenet ſummum gradum. Et ratio eſt: quia q̃uis predicare ⁊ docere ſit actus vite actiue: procedit tamẽ ex plenitudine contẽplationis: ſm Grego. vnde prefertur ſimplici contẽplationi: ſicut maius eſt illuminare q̃ lucere ſolum. Et de hoc intelligitur. c. licet. extra de regu. vbi dicif. Sicut maius bonum minori preponitur: ita vtilitas cõmunis ſpeciali: ⁊ in hoc recte ꝑponitur doctrina ſilentio: ſollicitudo cõtemplationi: labor quieti: vnde religiones ad iſta deputate ſunt ꝓpinquiſſime perfectioni epiſcopoꝝ. Secũdum gradum tenet ille que ordinatur ad contẽplationem. Tertium que ordinãtur circa exteriores res. ¶ Secũdo attẽdif excellentia vnius religionis ſuper aliaꝫ: ſm q in eodem genere finis vnius ordinatur ad altiorẽ actum q̃ altera: puta ſi religionum que ordinãtur ad contẽplatiuaꝫ: vna ordinetur magis ad orãdum: ⁊ altera magis ad legẽdum: erit perfectior ꝑma. qꝛ altior contẽplationis eſt oratio q̃ lectio. Et inter opera vite actiue potius eſt redimere captiuos q̃ recipere hoſpites. Et ideo religio que ordinatur ad redimẽdum captiuos erit excellẽtior q̃ que ordinatur ad hoſpites ſuſcipiendos ceteris paribus. Poteſt etiam attẽdi illa excellentia ſi vna illarum ad plura ordinetur q̃ alia: vnde ſi ordinaf vna ad legẽdum ⁊ ad orãdum: potior erit q̃ illa que ſoluꝫ ad legendum: vel etiam ſi cõuenientiora ſtatuta habeat ad conſequẽdum finem propoſitũ: dicetur perfectior alia que huiuſmodi non hꝫ. ¶ Tertio attẽditur preeminẽtia religionis vnius ad aliam ex parte exercitij. non quidẽ quãtum ad quãtitatem: ſed quãtum ad proportioneꝫ eius ad finem intẽtum. Unde in colla. ij. Moyſi. be. Antonius prepoſuit diſcretionem que oia moderaf vigilijs: ieiunijs: ⁊ alia huiuſmodi. Nõ ergo ex hoc q religio aliqua habet artiores obſeruantias debet iudicari potior: ſed q ex hoc maiori diſcretione ſunt eius obſeruãtie ordinate ad finem intentũ religionis: ſicut maceratio carnis per abſtinẽtiã cibi ⁊ potus efficacius ordinaf ad ↄtinẽtiaꝫ q̃ per ſubtractionẽ veſtium vel corpaleꝫ laborẽ. Jo. an. in. c. ſane. ex. de reg. ⁊ trãſ. ad reli. in nouel. poſtq̃ poſuit ꝑdictas ꝑeminẽtias vnius religionis ad alterã: ſꝫ Tho. ſubdit. Nos canoniſte nõ põderantis his ſubtilitatibus ſolũ ſolemus aduertere vbi ſit artior ſtrictior: durior: vel fortior modus viuẽdi. Unde in. c. licet. de reg. ⁊ trãſ. ad reli. dicif de artiori vita ⁊ ſanctiori ad quam licet trãſire ex laxiori licẽtia petita: ⁊ ſic cum oẽs religiones ſint ordinate ad ſummum finem: qui eſt charitas per quam cõiungimur deo: vt in extrauagã. Joan. xxij. ad cõditorẽ dicitur: ⁊ ſic cum finis ſit idẽ ſolum ponderamus artiorem modum viuendi: vnde ſi in vna religione ſit ſola contemplatio cum artiſſimo modo viuendi: poſſibili tamen ſine deficiendi periculo: non admittemus tranſitum ad religionem in qua eſſet contemplatio ⁊ actio etiam predicationis officiuꝫ cum laxo vel minus arto modo viuẽdi: quod tamẽ theologi admitterent: ſm notata per Thomaꝫ ſecũda ſecunde. queſtio. vltima. articu. viij. in corpore articuli. ⁊ addit poſt Thomaꝫ q paupertas religionis ex hoc q eſt maior: non propterea facit religionem perfectiorem ſimpliciter alijs. Hec Joannes andre. ibi.

¶ De habendo aliquid in cõmuni q minuat perfectioneꝫ religionis. .§. iij.

probaf. xij. q. j. c. Illi aũt. vbi dicit Proſper. Satis oſtendit ⁊ ꝓpria debere ꝓpter perfectioneꝫ contẽni ⁊ ſine impedimẽto perfectionis

eccleſie poſſe facultates que ſunt profecto com/munia poſſidere. In religione autem illa que eſt ordinata ad tradendum cōtemplata per do/ctrinam ⁊ ꝑdicationē cōgruit permaxime illa pauptas que mobilia pro tempore reſeruat in cōmuni. qꝛ nō requirit mltā ſollicitudinē: ⁊ ta/lis pauptas. ſ. habere mobilia tm̄ in cōmuni: ſeruata fuit a xp̄o ⁊ diſcipulis. Uñ dicit Aug. ſup. Joh. xij. ⁊ tranſſumitur in canōe exemplū dñi accipite ꝯuerſantis in terra: q̄re habuit lo/culos cui angeli miniſtrabant: niſi qꝛ eccleſia ipſius loculos habitura erat. xij. q. j. Et in alio. c. dicit. habebat dñs loculos a fidelibus oblata conſer/uās vt ſuis ⁊ alioꝝ neceſſitatibꝰ ſubueniret. ⁊ ꝑ Joh. xxij. in extrauag. j. fuit pro hereſi dānatū dicere ⁊ ptinaciter aſſerere xp̄m non habuiſſet aliqd in cōmuni q̄ eſt hereſis fraticelloꝝ. Pro horū declaratione dicit Tho. ij. ij. q. clxxxviij. ar. vij. in corpe. ꝙ pfectio non cōſiſtit in paupta/te. Sed vt di. i. j. colla. moyſi: pauptas: vigilie. lectio: ieiunia ⁊ hmōi: ſunt inſtrumēta pfectio/nis. Unde ⁊ xp̄us matth. xix. non dixit ſolū. Si vis pfectus eē va. ⁊ vē. oīa que hēs ⁊ da paupi/bus: ſed addidit ſequere me. Pauptas aūt dr̄ inſtrm̄ pfectionis: inq̄ntū per eam tolluntur ipe/dimēta quedā charitatis que ſunt tria. Primū eſt ſollicitudo quā ſecum afferūt diuitie. Secū/dū eſt amor qui ex diuitijs poſſeſſis augetur. Ter/tiū eſt inanis gl̄ia vel elatio que ex diuitijs na/ſcitur. ¶ Primū a diuitijs ſeparari non pōt ſi/ue ſint magne ſiue parue: neceſſe eſt hoīez aliq̄/liter ſollicitari de rebꝰ exterioribꝰ acquirendis vl̄ conſeruandis. Sꝫ ſi res exteriores nō q̄rant ni/ſi in modica q̄ntitate q̄ntū ſufficiat ad ſimplicē victum. talis ſollicitudo nō multū impedit ho/minē nec repugnat pfectioni vite xp̄iane. Nō eni oīs ſollicitudo a dño interdicitur Matth. vj. c. Lu. xij. c. ad Philip. iiij. c. ſed ſupflua ⁊ noci/ua. Alia vō duo. ſ. amor ⁊ glorificatio vana nō ſequuntur niſi magnas diuitias ⁊ abundātes. ¶ Differt vtrum diuitie que habentur abundan/tes vel moderate habeantur in ꝓprio vl̄ cōmu/ni. Naꝫ ſollicitudo que circa proprias diuitias adhibetur ptinet ad amorē priuatū quo quis di/ligit ſeipſū tpaliter. Sed ſollicitudo q̄ adhibetur circa res cōmunes ptinet ad amorē charitatis que nō querit q̄ ſua ſunt: ſed cōibus intēdit. Et qꝛ religio ad pfectionē charitatis ordinatur: quā pficit amor dei vſqꝫ ad ꝯtemptū ſui habere aliquid ꝓpriū repugnat pfectioni religionis. Sꝫ ſollicitudo que adhibetur circa cōmunia pōt ptinere ad charitatē: lꝫ per hoc poſſit etiā aliqs altior actus charitatis impediri: puta ꝯtempla/tionis diuine aut inſtructionis proximoꝝ. Ex quo pꝫ ꝙ habere abūdantes diuitias in cōmuni: ſi/ue in rebus imobilibus ſiue in rebꝰ mobilibꝰ eſt impedimētū pfectiōis. lꝫ nō totaliter excludat. ſed hr̄e in cōi ſiue in rebus mobilibus ſiue im/mobilibus q̄ntū ſufficit ad ſimplicē victum nō impedit pfectionē: ⁊ hoc ſi ꝯſideretur pauptas in cōparatiōe ad cōem finē religionis qui ē va/care diuinis obſequijs. Sed ſi ꝯſideretur pauper/tas per ſpēales fines religionū tāto vnaqueqꝫ religio erit ſm pauptatē pfectior: quāto hꝫ pau/pertatē magis ꝓportionatam ſuo fini. Mani/feſtū eſt aūt ꝙ ad opa vite actiue corporalis: in/diget hō copia reꝝ exterioꝝ: ad ꝯtēplationem pauca ſufficiūt. Ad ꝯtēplādū aūt ⁊ ꝯtemplata alijs tradendū per doctrinā ⁊ ꝑdicationem re/quiritur maior ſollicitudo ſpūaliū q̄ in illa que ordinatur ad ꝯtemplandū ſolū vñ talē religio/nem decet talis pauptas: que minimā ſollicitu/dinē ingerit: manifeſtū eſt aūt ꝙ minimā ſolli/citudinē ingerit ꝯſeruare res vſui hoīum ne/ceſſarias tpe ꝯgruo procuratas. ¶ Sic igitur tri/bus gradibus religionū triplex gradus paup/tatis cōpetit. Nā religionibꝰ ordinatis ad ope/ra corpalia vite actiue cōpetit habere abundā/tiam diuitiaꝝ cōmuniū. Illis que ſunt ordina/te ad ꝯtēplandū competit habere poſſeſſiones moderatas. Illis que ordinātur ad ꝯtemplata alijs tradendū cōpetit vita: maxime ab exterio/ribus ſollicitudinibus expedita. Qō fit dū mo/dica que ſunt neceſſaria vite: ꝯgruo tpe ꝓcura/ta ꝯſeruantur. Hunc modū pauptatis ſcꝫ habe/re pecuniā: vel quaſcunqꝫ res cōmunes ad ſu/ſtentationē religioſoꝝ eiuſdē ꝯgregationis vl̄ alioꝝ paupeꝝ tenuere diſcipuli poſt reſurrecti/onem xp̄i: a quibus oīs religio ſumpſit origi/nem: nā precia ꝑdioꝝ ꝯſeruabant ⁊ diſtribue/bant vnicuiqꝫ ꝓut cuiqꝫ opꝰ erat. Actu. v. hec Tho. ¶ Pōt eni dici ſic ꝙ ſūt tres gradus pau/ptatis. Primus q eſt renūciare cū effectu tā mo/bilibꝰ q̄ imobilibꝰ in pticulari: ſꝫ in cōi vtraqꝫ poſſidē moderate tn̄: ē monachoꝝ hn̄s aliqd vi/ſcoſitatis vl̄ tenacitatis in ſtra pp amorē imobi/liū reꝝ: cū a viris nōdū pfectis nō poſſit deo to/ta mēte vacari: ⁊ poſſeſſionū curis intēdi. Sic dicit archi. xij. q. j. certe ego. ⁊ p. c. diuerſis fallo/cijs. de cle. ꝯiug. ¶ Tertius gradus q eſt renū/ciare cū effectu tā mobilibꝰ q̄ imobilibꝰ: taꝫ in cōi q̄ in pticulari exceptis mimis vtēſibilibus ſine qbꝰ hūana vita ſuſtētari nō pōt eſt ſtruꝫ mi/noꝝ hn̄s aliqd tarditatis ⁊ arictatis: cū oī die optetur corpalē viaticū q̄ri: qꝛ granū: vinū: oleū ⁊ denarios ēt p tp̄s breue tenē nō pn̄t vt in cle. exiui. de vb. ſig. ¶ Scd̄s tanq̄ mediū tenens hꝫ multū facultatis ⁊ libertatis in deū ⁊ primis ſo ceſſis pfectior. Nam hr̄e aliqd in cōi: mode/rate tn̄ qd̄ ſufficē poſſit ad victū ⁊ veſtitum pro aliquo tpe nō ꝓlixo: perfectioni pauptatis non derogat: cū nec curaꝫ exigat magnam: nec ad

[right margin:] triplex gradus paupertatis.

[right margin:] ij. ij. q. clxxxviij. ar. x in corpo. ar.

ſibi trahát amorē que vſu ꝯſumunt̄: vt granuꝫ: vinum: denary ⁊ hmōi. vt no. Jo. an. in nouel. ſuper. c. ſane. de reg. ⁊ tranſ. ad relig. Et hec eſt paupertas fratrum predicatoꝛuꝫ ſm conſtitu‑tiones eoꝛum: ⁊ talis fuit paupertas pꝛimitiuo rum chꝛiſtianoꝛum in eccleſijs qui religioſe vi uebant. vt habetur. xij. q. j. dilectiſſimis.

De triplici .§. iiij.

buit: qꝛ aīas fraude deceptas per fidē ecclefie
diſtribuit ꝯſignandas. Potētiſſimus quoqʒ in
miraculis: potentiſſimus in exēplis virtuoſis.
ſm illud. fuit vir pphā. potēs in opere ⁊ ſermo
ne. Luc. vlti. Iſte accinxit gladiū. ſ. iuſtitie ſup
lūbos ſuos qꝛ non potētia eripuit hoies de ma
nu diaboli vt poterat ſed iuſtitia. qꝛ videlʒ pec
cata noſtra. i. penā peccatoꝝ pertulit in corpo/
re ſuo ſup lignū crucis. ⁊ corpus ſuū hic dicif
femur ſuum. ſ. humanitas: quā ex femore p̄ris
traxerat ſm corpulentā ſubſtantiā. In cuiꝰ figu
rā dicif Gen̄. xxij. q yſaac portāte ligna ſuper
humerū que deſignant crucē a xp̄o baiulatā.
Abraā portabat in manu ignē ⁊ gladiū. ignē
ſcilʒ amoris ⁊ beniuolētie: ⁊ gladiū iuſtitie ex
quibus paſſus xp̄s tulit deo diſponēte. ⁊ ħ gla
dio iuſtitie hoiem liberauit. ſʒ illud Eſa. xxvij.
c. Uiſitabit dñs in gladio ſuo duro ⁊ grādi ſu/
per leuiathā ⁊c̄. Moraliter autem pōt applica
ri ad quēlibet prelatū: precipue archiepm̄ qui
eſt princeps ep̄oꝝ. vnde merito pōt dici poten/
tiſſimus qui pmaxime xp̄m repreſentat. qui di
citur a Petro ap̄lo princeps paſtorū. Tria hic
igitur notanf. Primo eminētia dignitatis. qꝛ
potentiſſime. Scd̄o congruentia operoſitatis.
quia accingere gladio tuo. Tertio continentia
in ſe honeſtatis. qꝛ ſuper femur tuum.

Quātum ad pri/ .§.i.
mum quāuis quilibet ep̄s ſit potens in iuriſdi
ctione ſpūali que potioꝛ eſt tpali: archiep̄s tamē
potentiſſimus eſt: qꝛ ſuper alios ep̄os: qḋ deſi/
palleū archiepi. gnat palleū eius. Palleum eſt inſigne ornamē/
tum archiepi ſumptū de corpore btī Petri. vt
de elec. c. ſignificaſti. qḋ datur in ſignū plenitu
dinis pōtificalis dignitatis: qꝛ archiep̄s eſt ſu/
per ep̄os. Unde dicif ab archos qḋ eſt pnceps
⁊ ep̄s quaſi pnceps ep̄oꝝ: non tn̄ hʒ plenitudi/
nem ptātis ſed ſolus papa hanc hʒ. Unde Juli/
us papa. Ipſa eccleſia que pma eſt. ſ. romana.
ita reliquis eccleſiis vires ſuas credidit largiē
das vt in partē ſint vocate ſollicitudinis nō in
plenitudinem ptātis. ij. q. vj. qui ſe ſcit. Quod
autē aliqui ep̄i vtanf palleo hoc eſt ex ſpāli pri/
uilegio eis conceſſo vt dicif de ep̄o Lucano. vt
de pſump. c. cū in iuuentute. Et ſm Hoſt. debe/
mus dicere palleū. ad hoc etiā vt in ſcribendo
ſit differētia inter palleū honeſtatis ⁊ palleū di
gnitatis. Pallium enim honeſtatis qḋ quilibet
etiā laicus deferre pōt. eſt ſupremū veſtimētū pallium
idest ſup oīa alia: ⁊ chlamydē vocamus. de q honeſta
Matth. vj. Qui vult tecū in iudicio ꝯtēdere et tis.
tunicā tuā tollere: dimitte ei ⁊ pallium. Et vtrū
qʒ. ſ. pallium ⁊ palleū dicif a pallicij grece qḋ la
tine dicif motus. Nam pallium ſemp mouef.
⁊ ſepius etiā palleū: vñ ⁊ miniſtri ſepe palleum
aptando circūeunt palleatū archiepm̄. Uel di
citur palleū ⁊ meliꝰ a palloꝛe ſeu palleo palleo.
Pre ceteris enim debet deū diligere. amoꝛ autē
facit animū languidū ⁊ languoꝛ vultum palli/
dū. ſm illud. Cant. ij. Amoꝛe langueo. Debet
etiā inſiſtere talis vigiliis. ieiuniis ⁊ abſtinen/
tiis que faciunt hoiem pallidū. Ornatui ergo
veſtiū cōueniat ornatus actionum. Uñ Grego.
Honoris ordo nos admonet vt cū vſu pallei aliq̄
largiri puilegia debeamus. Sed qm̄ cū hono/
ris augmēto cura q̄ʒ ſollicitudis dʒ excreſcere
vt cultui veſtiū actionis quoqʒ ornamēta cōue
niant: opʒ vt enixius in cūctis ſtudiis ſe veſtra
fraternitas exerceat: ⁊ circa ſubiectoꝝ actus ſit
cura vigilans. di. c. rationis. Reprehendit aūt
ipſe Grego. Joānē archiepm̄ reuennatē. eo q
preter cōe ius ⁊ ꝯſuetudinem generalē ex̄ miſ/
ſarū ſolēnia palleo vtebaf: qḋ fieri non dʒ. di. c.
Cōtra morē eccleſiaſticū eſt ſi non patiētiſſime
toleraf qḋ a nobis abſit: etiā iniuſta correctio.
infra. Decorari palleo volumus forſan moribꝰ
indecori. dū nihil in ep̄ali ceruice ſplendidius
q̄ fulget humilitas. Ponunf aūt in palleo qua
tuoꝛ cruces coloris nigri ppter mortificationē In pal/
vitioꝝ que dʒ eē in palleato. vt cū ap̄lo dicē poſ leo qua
ſit. Mihi mundus crucifixus eſt ego mundo. tuoꝛ cru
ad Gal. vlt. Et qdā dicūt q pdicte quatuoꝛ cru ces.
ces quatuoꝛ affectiones animi deſignāt: de qui
bus virgi. Hinc cupiūt hoies gaudēt metuūt/
qʒ dolētqʒ. Prima ḡ crux que eſt in palleo an pe
ctus ſignificat gaudiū. Scd̄a que eſt in ſiniſtra
deſignat ſpem. Tertia que eſt retro doloꝛem.
Quarta que eſt a dextris timorē: ⁊ iſta ſicut cō
traria: ſic a ꝯtrario apponunf. Sed qꝛ quãqʒ hu
iuſmodi affectiones excedūt. potius ſunt aſſli/
ctiōes. Et iō in pmis tribus crucibꝰ apponūtur

cloꝛum. Nam q: ipſi habent ſoluere annatam curie ⁊ bullas ⁊ ſibi prouidere de multis in pn cipio officij. ideo vt iuuenſ in hmoi expēſis pnuiſ ſum eſt. qḋ tñ moderate fieri dꝫ. De pcurationi bus in viſitatione dicet̄ .j. In dioceſi floꝛētina extat bulla Eugenij quarti. ꝙ nō poſſit exigi p ſubſidio charitatiuo: vltra ſeptingentos floꝛe nos. alˀs plus exigēdo incidit in excōicationeꝫ ipſe archiepīs. ⁊ ex hoc vr̄ tacite illud ꝯcedere. ex quo vltra illud ꝓhibet. ar. di. xxv. q̄lis ⁊c.

¶ De iuriſditione .§.xi.

epoꝝ dicit Jo. an. in nouel. ſup. c. dilect⁹. de ca pel. mo. ꝙ ſi epīs vel qſqꝫ alius hēat iuriſditio nē vel aliud gn̄ale ſtatutū a iure vel ꝯſuetudie vel ſtatuto in aliq̄ loca vel pſonas quātocūqꝫ tē poꝛe ſlet. ꝙ in aliquo illoꝝ locoꝝ vel pſonarꝫ nō vtaſ omni iure qḋ in eis hꝫ vel in aliquo. c. ipſi⁹ iuris. nō tñ ꝯtra eū pſcribiſ. multo minus ſi ibi aliqd exerceat. Nā ibi per vnū ſolū. c. ip ſius iuris gn̄alis oībus alijs poſſeſſionē retine re videſ. niſi alˀs amittat poſſeſſionē. puta quia violēter inde expelliſ: vel reuertēs nō admitti tur. vel ſuſpicaſ ſe poſſe repelli. ff. de acq. poſ. l. clā. poſſidere. §. ſi. Nā cū hec iura ſint cōtigua ſufficit in vno eoꝝ retinere poſſeſſionē. ff. de ac qui. poſ. l. poſſideri. imo nec pſcriptio illius tē poꝛis cui⁹ nō extat memoꝛia. de qua no. de v̄b. ſig. c. qd per nouale. currit ꝯ talē cū ſemp poſſi deat. Quid enī ſi aliq̄ pſona vel eccliā per quin quagita annos ⁊ āplius in tali ſtatu fuit: ⁊ tāta trāquillitate pacis ꝙ nō opoꝛtuit eam viſitari nec aliquē actū iuriſditiōis in ea vel ꝯ eā exer ceri. nūqd ꝓpter hoc dicet̄ ꝙ epīs amiſit l ea iu riſditionē ſuā quā in ea hꝫ abſit ſm Inno. cui⁹ eſt hec glo. ar. in eo qḋ nota. ⁊ legiſ de pſcrip. c. vigilāti. Et adde qḋ no. in ſpe. de iuriſ. om. iu. ad ſi. v̄. illud. ¶ Notādū etiā ſm Inno. vt idē eit Jo. an. ibidē. ꝙ poſſeſſio gn̄alis iuriſditiōis acquiriſ etiā ſi vnic⁹ act⁹ iuriſditiōis exerceaſ. puta q: aliqs cognoſcit de aliq̄ cā criminali vl̄ ciuili vel q: excōicat aliqueꝫ: vel q: expedit. vel facit qḋcūqꝫ aliud voluerit. qḋ tñ ad iuriſditio nē ptineat. Et hoc verū dūmō intendat vti iure ſuo quoad iuriſditionē vl̄r. Quō de hac inten tione ꝯſtare poſſit. vide qḋ dixi de poſtu. c. bōe ij. Et lꝫ legiſte Pe. ⁊ Cy. impꝛobēt hanc opinio nē. Inno. tñ ipſe ipſaꝫ determinationē ſuā ꝯcla rat dicēs. ꝙ ſi audiēdo cām ciuilē intēderet iu riſdictiōe tñ vti iure ſuo. nihil acqreret tūc quo ad crīales. ar. ex̄ de pſcrip. c. auditis. ⁊ de of. oꝛ di. c. dilectus. quātūcūqꝫ etiā intēdat vl̄r iuriſ ditione vti. tunc tñ non extēdiſ quoad alias p ſonas: niſi ad illas inter quas illaꝫ exercuit. Et ſic pꝫ ꝙ potius extēdiſ ad partes iuriſditionis ꝙ̄ quoad pſonas. Et eſt rō q: ſub iuriſditione

cōpꝛehenduntſ oēs partes ⁊ act⁹ iuriſditionis. ſed ſub vna pſona nō cōpꝛehēdiſ alia. quātūcūqꝫ etiā intendat per vnā perſonā iuriſditio nem in totū ꝓplm exercere q: diuerſi ſūt hoīs nes. Cū qḋ ſit in vno nō extēdiſ ad alios regu lariter. vt de re iudi. ca. quāuis. Et pſtat ad hꝯ ar. qḋ alˀs dicit in gleba. q: vna appꝛehēſa oēs appꝛehenſe intelliguntſ. ſeparate vero nō. arg. ff. de acqui. poſ. l. poſſideri. ⁊ de ꝯſe. eccle. vel al ta. c. j. li. vj. Sic in hac materia dicēdū eſt. ꝙ ap pꝛehenſa poſſeſſione in vno. c. iuriſditio intelli gitur appꝛehenſa ⁊ in oībus alijs dū appꝛehen dentes hoc intēdant: q: oīa capla iuriſditiōis eiſdē iuriſditioni ꝯtigua ſunt ⁊ annexa. ſec⁹ in pſonis que nō ſunt cōtigue ſed diuerſe. Et per hoc ſequiſ ꝙ ſi epīs hꝫ poſſeſſionem in vna per ſona. ⁊ alius intēdens iuri ſuo aliqd iuriſditio nis exerceat in eadē perſona epīs poſſeſſionem amittit niſi ꝯ̄ſcito ſciuerit ꝯdicat. De hoc etiaꝫ nota. de reſti. in inte. c. ij. Generalis aūt poſſeſ ſio iuriſditionis alicuius caſtri vel ciuitatis vl̄ ꝓuincie acquiriſ. ſiquis publice ⁊ vl̄r per oēs partes ciuitatis bannū. vt. ſ. ſic pꝛeconiꝫet. Ta lis dn̄s huius ciuitatis mādat. ꝙ quicūqꝫ hoc vel illud fecerit incurrit talē penā. In hoc enīꝫ cāu etſi nullus penā incurrat. tñ poſſeſſiōis ge neralis iuriſditionis acqrit: q: edictū qḋ iuriſ ditionis eſt. fuit ſic publice ⁊ generaliter ꝓmul gatuꝫ. ⁊ hoc eſt verū ſi nullus erat in poſſeſſiōe generalis poſſeſſionis illius ciuitatis. alioquin ille qui pꝛedicto mō vel alio quocūqꝫ vult ap pꝛehendere poſſeſſionē iuriſditiōis generalē: non acqrit poſſeſſionē niſi illoꝝ capituloꝝ ⁊ ho minū tm̄: que ⁊ quos appꝛehēdit. vt. ff. de acq. poſ. qḋ in eo. §. ſi. Omnia que dicta ſunt de of ficio oꝛdinarij. ē. ꝯueniunt ſtatui epoꝝ: q: ipſi ſunt ꝓncipaliter oꝛdinarij ⁊ illa debēt ſcire. Et ſilr̄ illa que dicta ſunt. ē. de bn̄ficijs in ti. de bn̄ ficiatis. ⁊ oīa que dicta ſunt. ē. de eccleſijs ⁊ ſa cramētis: q: in hmōi debēt alij infoꝛmari per eos. ⁊ pene de omnibus contentis in iſta tertia parte de ſtatibus debent per ſe vel alios habe re noticiam ad directionem populoꝛum necnō de cenſuris eccleſiaſticis. de quibus infra habe tur. Et cum omnia hec fecerint que in iure eis mandantur dicere habēt illud Luce. xvij. Ser ui inutiles ſumus: ⁊ que debuimus facere fe cimus. Sed quis eſt hic ⁊ laudabimus eum. fe cit eniꝫ mirabilia in vita ſua ſup oīa miracula. Quis enī ad hec tā idone⁹ q nō omittat: ⁊ ꝙ̄ ꝑ dit ⁊ ꝙ̄ nō aduertit. Et idō nō dicit Aug. ꝙ nil difficilius ⁊ periculoſius epiſcopi dignitate.

¶ Sermo de archiepis. Caplm. iij.

a

Ecingere gladio tuo

ſup femur tuū potētiſſime. pō. xliiij.

Propter ſe ꝛ ſm ſenſum lralem loquif pō. de xp̄o
qui vtiq potentiſſimus eſt: non ſolū in deitate
ſua. ſm illud Eccli. iij. Magna eſt potentia dei
ſolius: ſed etiā in aſſumpta humanitate data ē
ei ois ptās in celo ꝛ in terra. vt ipſe ait Matth.
vlt. quā potentiā oñdit. Fortis eni armatus. ſ.
diabolus fortis. ſ. naturalr. qꝛ tota materia ele-
mentalis quātum ad motū localē ſm ordinem
nature ei ſuit ad nutum niſi a deo phibeaf pp
qḋ dicif Job penul. Non eſt ptās ſuis ei ſuper
terrā. Armatus autē in malicia: qꝛ callidior ſer-
pens erat cūctis aiantibus. Gen. iij. cū cuſtodi-
ret atriū ſuum. ſ. mūdū ſibi per vitia ſubiectū:
in pace erāt que poſſidebat nullo ꝯdicente ſeu
reſiſtente tētationibus eius. Sed fortior eo. ſcꝫ
xp̄s. ſuperueniēs in mūdū dū fortis ꝛ potēs in
plio eū deuicit qꝛ vt ait Aug. Manu inermi et
affixa cruci debellauit aereas ptātes: indeq ar
ma eius in qbus cōfidebat abſtulit. ſ. malicias
eius detegendo ꝛ reprimēdo: ꝛ ſpolia eiꝰ diſtri
buit: qꝛ aīas fraude deceptas per fideꝫ eccleſie
diſtribuit ꝯſignandas. Potētiſſimus quoq in
miraculis: potentiſſimus in exēplis virtuoſis.
ſm illud. fuit vir pphā. potēs in opere ꝛ ſermo
ne, Luc. vlti. Jſte accinxit gladiuꝫ. ſ. iuſtitie ſup
lūbos ſuos qꝛ non potētia eripuit hoies de ma
nu diaboli vt poterat ſed iuſtitia. qꝛ videlꝫ pec
cata noſtra. i. penā peccatoꝝ pertulit in corpo-
re ſuo ſup lignū crucis. ꝛ corpus ſuuꝫ hic dicif
femur ſuum. ſ. humanitas: quā ex femore pꝛis
traxerat ſm corpulentā ſubſtantiā. Jn cuiꝰ figu
raꝫ dicif Gen. xxij. ꝙ yſaac portāte ligna ſuper
humerū que deſignant crucē a xp̄o baiulataꝫ.
Abraaꝫ portabat in manu ignē ꝛ gladiū. ignē
ſcilꝫ amoris ꝛ beniuolētie: ꝛ gladiuꝫ iuſtitie ex
quibus paſſus xp̄s tulit deo diſponēte. ꝛ ħ gla
dio iuſtitie hoiem liberauit. ſꝫ illud Eſa. xxvij.
c. Uiſitabit dñs in gladio ſuo duro ꝛ grādi ſu-
per leuiathā ꝛc̄. Moraliter autem pōt applica
ri ad quēlibet prelatū: precipue archiepm qui
eſt princeps epoꝝ. vnde merito pōt dici poten-
tiſſimus qui pmaxime xp̄m repreſentat. qui di
citur a Petro aplo princeps paſtoruꝫ. Tria hic
igitur notanf. Primo eminētia dignitatis. qꝛ
potentiſſime. Scḋo congruentia operoſitatis.
quia accingere gladio tuo. Tertio continentia
in ſe honeſtatis. qꝛ ſuper femur tuum.

¶ Quātum ad pri- .§. i.
mum quāuis quilibet ep̄s ſit potens in iuriſdi
ctione ſpūali que potior eſt tpali: archiep̄s tamē
potentiſſimus eſt: qꝛ ſuper alios ep̄os: qḋ deſi-
gnat palleū eius. Palleum eſt inſigne ornamē-
tum archiepi ſumptū de corpore bti Petri. vt
de elec. c. ſignificaſti. qḋ datur in ſignū plenitu
dinis pōtificalis dignitatis: qꝛ archiep̄s eſt ſu-

palleum archiepiſcopi.

per ep̄os. Unde dicif ab archos qḋ eſt pnceps
ꝛ ep̄s quaſi pnceps epoꝝ: non tñ hꝫ plenitudi-
nem ptātis ſed ſolus papa hanc hꝫ. Unde Juli
us papa. Ipſa eccleſia que pma eſt. ſ. romana.
ita reliquis eccleſijs vires ſuas credidit largiē
das vt in partē ſint vocate ſollicitudinis nō in
plenitudinem ptātis. ij. q. vj. qui ſe ſcit. Quod
autē aliqui epi vtanf palleo hoc eſt ex ſpāli pri
uilegio eis conceſſo vt dicif de ep̄o Lucano. vt
de pſump. c. cū in iuuentute. Et ſm Hoſt. debe-
mus dicere palleū. ad hoc etiā vt in ſcribendo
ſit differētia inter palleū honeſtatis ꝛ palleū di
gnitatis. Pallium eniꝫ honeſtatis qḋ quilibet
etiā laicus deferre pōt. eſt ſupremū veſtimētuꝫ
ideſt ſup oia alia: ꝛ chlamydeꝫ vocamus. de q̄
Matth. vj. Qui vult tecū in iudicio ꝯtēdere et
tunicā tuā tollere: dimitte ei ꝛ pallium. Et vtrū
q; ſ. pallium ꝛ palleū dicif a pallicij grece qḋ la
tine dicif motus. Nam pallium ſemp mouef.
ꝛ ſepius etiā palleū: vñ ꝛ miniſtri ſepe palleum
aptando circūeunt palleatuꝫ archiepm. Uel di
citur palleū ꝛ meliꝰ a pallore ſeu palleo palles.
Pre ceteris eniꝫ debet deū diligere. amor autē
facit animū languidū ꝛ languor vultum palli-
duꝫ. ſm illud. Cant. iij. Amore langueo. Debet
etiā inſiſtere talis vigilijs. ieiunijs ꝛ abſtinen-
tijs que faciunt hoiem pallidū. Ornatui ergo
veſtiū cōueniat ornatus actionum. Uñ Grego.
Rōnis ordo nos admonet vt cū vſu pallei aliq
largiri priuilegia debeamus. Sed qm̄ cū hono-
ris augmēto cura q̄ꝫ ſollicitudis dꝫ excreſcere
vt cultui veſtiū actionis quoq ornamēta cōue
niant: opꝫ vt enixius in cūctis ſtudijs ſe veſtra
fraternitas exerceat: ꝛ circa ſubiectoꝝ actus ſit
cura vigilans. di. c. rationis. Reprehendit aūt
ipſe Grego. Joānes archiepm reuennatē. eo ꝙ
preter cōe ius ꝛ ꝯſuetudinem generalē ex miſ
ſarū ſolēnia palleo vtebaf: qḋ fieri non dꝫ. di. c.
Cōtra morē eccleſiaſticū eſt ſi non patiētiſſime
toleraf qḋ a nobis abſit: etiā iniuſta correctio.
infra. Decorari palleo volumus forſan moribꝰ
indecori. dū nihil in epali ceruice ſplendidius
q̄ꝫ fulget humilitas. Ponunf aūt in palleo qua
tuor cruces coloris nigri pter mortificationē
vitioꝝ que dꝫ eē in palleato. vt cū aplo dicē poſ
ſit. Mihi mundus crucifixus eſt ego mundo.
ad Gal. vlt. Et qdā dicūt ꝙ pdicte quatuor cru
ces quatuor affectiones animi deſignāt de qui
bus virgi. Hinc cupiūt hoies gaudēt metuūt-
q; dolētq;. Pria ḡ crux que eſt in palleo an pe
ctus ſignificat gaudiū. Scḋa que eſt in ſiniſtra
deſignat ſpem. Tertia que eſt retro dolorem.
Quarta que eſt a dextris timorē: ꝛ iſta ſicut cō
traria: ſic a ꝯtrario apponunf. Sed qꝛ qñq; hu
iuſmodi affectiones excedūt. potius ſunt aſſli-
ctiōes. Et iō in pmis tribus crucibꝰ apponūtur

pallium honeſtatis.

In palleo quatuor cruces.

acus ad pungendū ⁊ reprimendū ne excedāt.
In q̄rta nō ponit acus. q: ipſa ſecū ſuum acu-
leum portat. ſ. timor. Uel pōt dici q̄ per primā
crucē ſignificat gaudiū. qđ ideo ꝓponit. ſ. ante
pectus: q: hō dȝ ſp̄ incedere leta facie: ꝑ ſcđam
dolor: q: a ſiniſtris pandet oē malū. per tertiā
timor: que retro eſt. q: timemꝰ que nō videmꝰ:
per q̄rtā ſpes ⁊ ideo ſine aculeo: q: quiſq̨ ma-
gis debeat ſperare q̄ȝ timere. Uel per ipſas de
ſignant q̄tuor virtutes cardinales. per primā
in pectus iuſtitie: vt ſ. ſp̄ ſit pre oculis: per ſe
cundā fortitudo ꝯtra aduerſa: ⁊ ideo ponit a
ſiniſtris: q: ſignificat aduerſitates: ꝑ tertiā pru
dentia que reſpicit p̄terita vt bn̄ prouideat. vn̄
retro ponit: per q̄rtā tꝑantia: que nunquā exce
dit ſed alia tꝑat. Un̄ valeriꝰ maximꝰ. li. iiij. c. j.
Nihil tā magnificū tā ꝓclaꝝ qđ nō moderatio
ne tꝑari deſideret. ⁊ ideo a dextris ponit q̄ſi cō
cluſio aliarum virtutū. Et Hierony. ait. Sentē-
tia eſt philoꝝ moderatas eē virtutes. excedētes
modū vel menſurā inter vitia reputari.

¶ Quantum ad .§. ij.

ſcđm. Opus cōgruū potētiſſimo archiepō eſt
vt accingat gladio ſuo: vt in ꝓmptu ipſm habe
at ſecū. ſed hic gladius eſt q̄druplex. Gladius
ſupne dilectiōis. Gladius diuine ſermocinati
onis. Gladius plurime paſſionis. Gladius iu
ſte vltionis. Accingit ergo primo archiepūs gla-
dio dilectionis. Un̄ ⁊ primo archiepō vrbis pe-
tro dictum fuit Joh. vlt. Si diligis me paſce
oues meas. q. d. nō vales eſſe verꝰ paſtor: ſi me
nō diligis. Nā ſi te diliges nō paſces oues me
as. i. fideles meos: ſȝ lanā lac ⁊ carnes queres
ex eis. Accingere ergo. i. tecū cōtinue habe gla
dium dilectionis hic eſt gladius aureus quē
in ſpiritu vidit iudas machabeus ſibi dari ab
onia ſummo ſacerdote apparēte ⁊ dicente. In
hoc gladio vinces. ſ. ⁊ inimicos infernales ſug.
geſtores tentationum ⁊ tyrannos ⁊ hereticos:
vt lupos q̄rētes gregē dn̄icū deuorare. Mer-
cenarius aūt ⁊ qui nō eſt paſtor: ſi videt lupum
venientē ſiue diabolū ſiue hereticū ſiue publi-
canū prauū ⁊ nocentē alijs fugit: q: gladiū nō
hȝ dilectionis: quo vulnerata ſe aīa deuota fa-
tebatur dicēs. Uulnerata charitate ego ſuȝ. In
canticis. Et vt dicit Leo papa. Erga corrigen-
dos plus agat beniuolentia q̄ȝ ſeueritas. plus
charitas q̄ȝ poteſtas: plꝰ coartatio q̄ȝ cōmotio.
di. xlv. li. ¶ De gladio diuini ſmōis ſic aplūs
oēs fideles hortat ad ipſm habendū dicens ad
Ephe. vi. Et gladiū aſſumite qđ eſt verbū dei
multomagis archiepūs qui hȝ dirigere non ſo
lum laicos ⁊ clericos ſed etiā epōs dȝ accingi
ipſo gladio. Uiuꝰ eſt. n. ſmo dei. vt ait aplūs ad
Heb. iiij. ⁊ penetrabilior oi gladio ancipiti ⁊c̄

Semꝑ iſte dȝ eē accinctus in vagina mentis: ⁊
cū expedit pro loco ⁊ tpe de vagina educere ꝑ-
dicādo: admonēdo: diſputādo: ꝯſulēdo ſȝ ſcri
pturas veteris vel noui teſtamēti. Un̄ in figu-
ram dicētibus aplis. Ecce gladij duo hic. Rn̄-
dit xp̄s ſatis eſt. Lu. xxij. q: vetus ⁊ nouū teſta-
mentū ſufficiūt ad docēdū ⁊ ad deſtruendū om
nem errorē. Uni eoꝝ fuit a petro abſciſſa auricu
la ſeruo pontificis altero nō euaginato: q: per
ipſuȝ vetus teſtamentū oſtēditur ⁊ auferi falſus
intellectus ſeruilis populi iudeoꝝ: nā alio ſcili
cet nouo vti nō opȝ: cū nō recipiant eū. Gladiū
paſſionē deſignare oſtēdit ſymeon. cū ait virgi-
ni Marie Lu. ij. Tuāipſius aīam ptrāſibit gla
dius ſcȝ afflictionis. ⁊ ps. Ferrū ptranſiuit ani
mam eius ſcilicet Joſeph ideſt gladiꝰ afflicti-
onis: cū iniuſte fuit calūniatus ⁊ incarceratus.
Hoc gladio archiepūs dȝ accingi ⁊ ſecū ſemper
habere: vt dicat cū aplo. Quis infirmat et ego
nō infirmor. quis ſcādalizat ⁊ ego nō vror. Cū. n.
quotidie cernat tot hoies perire: tot miſerias
corpales ⁊ ſpūales: qđ ei reſtat niſi affligi ⁊ do
lere. Afflictionē quoq̨ abſtinentie qua vt gla
dio trāſfigat ⁊ mortificet vitia carnis aſſumere
opȝ. vt dicat. Gladius meus deuorauit carnes.
Deut. xxxij. ideſt vitia carnalia. Si enim vt ait
Hiero. in loco aploꝝ ſumus nō ſolū doctrinā
eoꝝ imitemur ſed ꝯuerſationē ⁊ abſtinētiā. di.
xxxv. eccle. vbi dicit. Eccle pncipes. i. p̄lati qui
delitijs affluūt ⁊ inter epulas ⁊ laſciuias pudi-
citiā ſeruare ſe credūt ꝓpheticus ſermo. ſ. i. mi-
chea. deſcribit q̄ eijciēdi ſunt de ſpacioſis do-
mibus lautiſq̨ ꝯuiuijs ⁊ multo labore epulis
cōqſitis. Et ſi vis ſcire quo eijciendi ſunt. lege
euāgeliū q: in tenebras exteriores vbi erit fle-
tus ⁊c̄. Matth. xxv. Sed ad gladiū vltiōis pec
catoꝝ aſſumat: vt nō diſſimulet ſed puniat. vt
dicat per effectū. Si acuero vt fulgur gladium
meū: ⁊ arripuerit iudiciū manus mea: reddā
vltionē hoſtibꝰ meis. Deut. xxxij. Hoſtes dei et
p̄lati veri ſunt peccatores. ꝓcipue obſtinati. Un̄
pſper. Si criminoſi nec leui medicamēto pnie
ſeu patientie ſanati ſunt. veluti igne pie increpa-
tionis vrēdi ſūt. q̄ ſi nec ſic medela ꝓceſſerit
in eos q diu portati ⁊ ſalubrit obiurgati corri-
gi noluerūt. tanquā putride corpis ptes debēt
ferro excōicatiōis abſcindi: ne putredinis ſue cō
tagiōe reliquos corrūpāt. xxiij. q. iij. ecce. Exē-
plo Moyſi ducis ppli. hic eni vt ait Grego. xx.
moral. mox vt culpe veniā ne deleret obtinuit
ſcȝ in mōte orās pro pplo illo poſt idolatriā per
petratā in vitulo aureo rectitudinis zelo ſuccē-
ſus inqt. Ponat vir gladiū ſup femur ſuū. Ite
⁊ redite de porta vſq̨ ad portā ⁊ per caſtrorum
mediū: ⁊ occidat vnuſq̨ſq̨ fratrē ⁊ amicū ⁊ p-
ximū ſuū ⁊ ceciderunt vigintitria milia. di. xlv.

Gladiꝰ quadruplex.

diſciplina. In iudicãdo aũt que ſũt obſcura dꝫ vti gladio magne prudẽtie ⁊ equitatis. exẽplo Salomonis. qui ad inueniend. veritatem que clare probari non poterit. ait. Afferte mihi gladium ⁊c̃. iij. Regum. iij. ca. in cauſa illarũ meretricum contendentium de filio mortuo.

¶ Quantũ ad ter- .§. iij. tium dꝫ archiepũs vt potẽtiſſimus in v̓tute mẽtis accingi gladio occiſiõis vitiorũ ſup femur ſuũ. i. ſenſualitatẽ. vt feriat illicitos motus ſeu paſſiones eiꝰ. Ut eni dicit Simachus papa. Uiliſſimus cõputãdus eſt ſi ſcia ⁊ ſctitate nõ ꝓcellat: qui eſt honore ꝓſtãtior. j. q. j. viliſſimus. In cuius figurã legiẽ. ꝙ cũ Saul factus eẽt rex domini nutu eminebat ſup pplm ab humero ſurſũ. j. Reg. x. c. q: qui regit alios dꝫ v̓tute multũ eos ꝓcellere. Nomẽ ergo epĩ ꝯueniat actiõi: ⁊ actio rñdeat noi. Dicit eni epũs ab epi qḋ ẽ ſupra. ⁊ ſcopos qḋ eſt intẽtio. qñ ſup alios dꝫ intẽdere ad curã eoꝝ. ⁊ ꝓmo ſui. vt dicit. viij. q. j. qui epatũ. Archiepũs dicit quaſi ꝓnceps epoꝝ. q: permaxime dꝫ intẽdere ⁊ virtutibus eminẽ. Rñdeat ergo actio nomini. ait Amb. in paſtorali. ne ſit nomen inane: honor ſublimis: ⁊ vita ꝓcliuis: deifica ꝓfeſſio: ⁊ illicita actio: religioſus amictus: ⁊ irreligioſus ꝓfectus: gradus excelſus ⁊ deformis exceſſus: cathedra ſublimior ⁊ ꝯſcia humilior: locutio colũbina ⁊ mẽs canina. Sicut eni nihil eẽ dicimus epõ excellẽtius. ſic nihil miſerabilius ſi de vita ſancta periclitat ⁊ in crĩe teneat: q: quanto gradus epalis altior: tanto ruina grauior. Et iõ magna ſublimitas magnã dꝫ hr̃e cautelaꝫ. q: cui plꝰ credit plus ab eo exiget ſic ſcriptũ ẽ. q: optimis ꝓxima ſunt peſſima: ⁊ potentes potenter tormenta patientur. Sapien. vj. Et iudicium duriſſimũ fiet his qui preſunt. ibidem.

¶ De patriarchis: ꝓmatibus ⁊ archiepiſ quo ad eorum iuriſditionem. Caplm. iiij.

De patriarchis primatibus ⁊ archiepis quoad eoꝝ ꝑtãteꝫ ⁊ dignitatẽ. No. ꝙ ſꝫ Ray. patriarche ⁊ ꝓmates ſunt minores papa ⁊ maiores archiepis: ⁊ patriarcha ⁊ primas ſupponũt pro eodẽ. Ñã inter ꝑiarchaꝫ ⁊ ꝓmateꝫ nõ eſt realis dr̃ia ſed vocalis. vt diſtin. xcix. ꝓuincie. ꝓprie tamẽ dicunt ꝑiarche quatuor ꝓncipales. ſ. ꝯſtantinopolitanus: Alexandrinus: Antiochenus. ⁊ hieroſolymitanus. Et ſm ordinẽ hic poſitũ eſt eoꝝ maioritas ſeu dignitas attẽdẽda. vt de ꝓuile. c. antiq̃. Alij vero ꝓprie dicunt ꝓmates. vt aqlegiẽſis: grandanẽſis: bituricẽſis: ⁊ cãtuariẽſis ⁊ ſimõi. De ꝓmis quatuor ꝑiarchis ⁊ de eoꝝ prioritatibus ⁊ antiq̃tatibus hẽs. diſt. xxij. per totũ. ¶ Priuilegia aũt quatuor ꝑiarcharũ ꝓncipaliũ ſunt iſta quatuor. Primũ eſt ꝙ poſtq̃ receperint palleũ a ſede aplica ꝯferunt ipſi metropolitanis palleum qui ſunt ſub eis. Scõm eſt. ꝙ recipiũt fidelitatis ⁊ obediẽtie iuramentũ pro ſe ⁊ romana eccleſia. Tertiũ eſt. q: faciũt vbiq̃ añ ſe crucem deferri. niſi vbi papa fuerit aut eius legatꝰ vtẽs inſignijs papalibꝰ. ⁊ niſi in vrbe romana. Quartũ eſt q: appellat ad ipſos omiſſis medijs: hec omnia habent. ex̃ de priuile. c. antiqua. et tex. ⁊ glo. ꝓcipue Inno. ¶ Iuriſditionẽ aũt habẽt patriarche ſiue primates in ſubditos ſuffraganeoꝝ ſuoꝝ ſm Ray. in octo caſibus. Primus ẽ cũ appellat ad eos. di. xcix. ꝓuincie. Scḋs cũ vacat eccleſia metropolitana: ⁊ poſtulat ꝓmas vt diſponat de rebus ad metropolitanũ ptinentibus. ſ. cuſtodiẽdis. vt de of. ordi. c. ꝓñti. li. vj. Tertius ex ꝯſuetudine vel priuilegio. hoc duos hẽs. ix. q. iij. cõqueſitus. Quartus cũ ſup arduo negocio dubitat: nec põt in ꝓuinciali cõcilio terminari. tũc eni metropolitanus dꝫ conſulere. di. xviij. de ꝯcilijs. Quintus cũ metropolitanus eſt negligẽs ⁊ remiſſus: tũc põt ſupplere defectũ eius. ix. q. iij. c. cũ ſimus. Sextus ſi aliqs ꝯquereret de archiepõ ꝓmas eẽt iudex xj. q. j. ſi clericus. Septimus ſi ſubditꝰ metropolitani cõquerat ꝓmati ꝙ iniuſte eũ excõicauit. ⁊ ꝓmas remittit eũ ad metropolitanũ vt abſoluat: ⁊ ille nõ poſſit abſolutionẽ obtinere poterit abſoluere ꝑiarcha: ita ꝙ precipiat ei ꝙ metropolitano ſatiſfaciat. alr̃ reducat eũ in eãdeꝫ ſñiam. de offi. or. c. ad reprimendaꝫ. Octauus ꝙ ſi archiepũs vel epũs fecit mãdatum iniuſtũ vl̓ illicitũ. ⁊ ſubditus appellauit ad papã. põt ꝑiarcha determinare ꝙ ſubditus legitime appellauit. de appel. c. ſollicitudineꝫ. ¶ Archiepũs et metropolitanus ſynonima ſunt ⁊ oino pro eodẽ ſupponũt. Sꝫ archiepũs dicit ab archos qḋ eſt princeps ⁊ epos. quaſi ꝓnceps epoꝝ. Metropolitanus v̓o a metros qḋ ẽ mẽſura ⁊ polis qḋ eſt ciuitas. q: ſub certa mẽſura. i. nũero ciuitatũ ꝯſtituit. vj. q. iij. ſcitote. non tñ eſt neceſſe ꝙ hẽat illũ tantũ numerũ ſub ſe. ſ. deceꝫ epoꝝ. vt ibi dr̃. Archiepũs non põt cõpellere ſubditũ ſuffraganei ſui ad ſuſcipiẽdas cõmiſſiones eiꝰ in cauſis niſi ſit ꝯſuetudo. de fo. cõpe. c. romana. li. vj. ⁊ extra de offi. or. ca. paſtoralis. Sup quo c. di. Hoſti. ꝙ cũ epũs ſubſit archiepõ q: pinguius ius hꝫ in eũ q̃ʒ in ſubditũ ipſius põt archiepũs epm cogere. vt cõpellat ſubditum ad ſuſcipiendũ. Et ſi epũs itra certũ tp̃s ſibi aſſignatũ hr̃ facere neglexerit nec aliqḋ iuſtũ pretẽderit. demũ põt cogere vtrũq̃ʒ. ar. e. ti. de of. or. c. quãto. in fi. ⁊ c. irrefragabili. §. exceſſus. Cõcor. Ber. etiã ſi ab epõ appellatũ fuerat. ¶ Sed hic ſcie.

Priuilegium patriarcharũ.

Metropolitanus.

pum ꝙ iure nouo archieṗs cauſas que per ap/
pellationē vel alio iure metropolitico deferunt
ad ipſum nō pōt audire ſeu cōmittere alubi ꝙꝫ
in ſua ciuitate vel dioceſi aut in eis in qbus ap
pellatū extitit. vel cauſe ipſe ꝯſiſtunt niſi aliud
ſibi cōpetat de ꝯſuetudine. ex̄ de of. oꝛdi. c. vt li
tigantes. li. vj. ¶ Archieṗs non hꝫ iuriſditio/
nez in ſubditis ſuffraganei ſui niſi in qbuſdaꝫ
caſibus qui notanſ ex̄ de of. oꝛdi. c. paſtoꝛalis.
Pꝛimo quidem cū deuiāt in diuinis officijs a
ꝯſuetudine metropolitane eccl'ie. xij. diſtin. de
his. Itē qñ ſubditus epi delinquit in dioceſi ar
chiepi. vj. q. iij. placuit. In hoc enī caſu efficit
aliqs de iuriſditione cuiuſlibet alterius. Iteꝫ ſi
hꝫ pꝛediū in dioceſi ſua. ex̄ de fo. cōpe. ca. ſi. Et
iſte etiā caſus pertinet ad quēcūqꝫ aliū. Itē ſi
cā defert ad eū per appellationē. ex̄ de offi. leg.
c. j. ⁊ de of. oꝛ. duo. Itē cum abſolutus ab archi
eṗo nō vult parere eṗo. ex̄ de offi. oꝛdi. ad repꝛi
mendā. Itē ſi crialis cauſa ſit inter eṗm ⁊ cleri/
cum ſuū dꝫ deduci ad ſynodū in qua pꝛeeſt ar
chieṗs. vj. q. ij. c. j. Item ſi clericus hꝫ ciuilem
cauſaꝫ cōtra eṗm ſuuꝫ. xj. q. j. c. ſi clericus. Iteꝫ
quādo eṗs negligens eſt in eo qđ facere dꝫ. ix.
q. iij. cū ſimus. extra de ſen. excō. c. per tuas. et
de appel. c. qua fronte. Itē qñ defuncto eṗo ec
cleſia idoneos clericos non hꝫ. xij. q. ij. nō lice
at. Item cū euidens eſt ſnīam epi eſſe iniuſtaꝫ.
extra de appel. c. ſollicitudinem. Iteꝫ cum deſi/
tat pꝛouinciam. extra de pꝛeſcrip. c. cum ex offi
cij. ⁊ de cen. c. ſopite. ⁊ c. cum nuper.

¶ Per ſolam va/ .§. i.

cationē eṗalis ſedis. non archieṗs ſed capitu/
lum ſupplet vices epi. extra de ſup. ne pꝛela. ſi
eṗs. ⁊ c. eccleſie. lib. vj. Similiter ſi eṗs ſit excō
municatus extra de ſup. negli. pꝛela. romana.
lib. vj. aut captus a paganis. vt in. c. pꝛedicto. ſi
eṗs. ¶ Sed nunquid archieṗs poteſt eccleſie
cathedrali vacanti dare viſitatoꝛē. Rñdeo nō.
niſi foꝛte caplm in ſpūalibus ⁊ tpalibus negli
genter vel male adminiſtret: tūc enī vocato ca/
pitulo ⁊ cauſe ſup hoc agnitione pmiſſa viſita/
toꝛē ſeu miniſtratoꝛē poterit deputare: q quā/
uis habeat legitimā adminiſtrationē in ſpūali
bus ⁊ tpalibus tamē illa bñficia que ad ſolam
epi collationē pertinent conferre non pōt ſi ab
alio ꝙꝫ a romano pontifice fuerit deputat᷑. ex
tra de ſup. negli. pꝛela. c. eccleſie. lib. vj. ¶ Ar/
chieṗs poteſt ꝓuinciā ſuaꝫ viſitare. lꝫ non ſint
eius ſuffraganei negligētes ⁊ iterare viſitatio/
nes ⁊ ꝓcurationes recipere non obſtante ꝯtra/
ria ꝯſuetudine ⁊ duꝫ viſitat pōt ꝯfeſſiones ſub
ditoꝛum ſuffraganeoꝝ ſuoꝝ audire ⁊ abſolue/
re ⁊ pniam iniungere. extra de cenſi. ꝓpꝛemo. li
bꝛo. vj. Sed vtrū aliqđ poſſit recipere. vide in/
fra. c. pꝛimo de eius viſitatione. Archieṗs pōt
ꝯcilium celebꝛare irrequiſito pꝛimate. diſ. xcij.
ſigs eṗs vacans. ⁊ ix. q. iij. c. ij. ⁊ iij. Archieṗs
tranſiens per queuis loca pōt facere añ ſe cru/
cem poꝛtari: benñdicere ꝑplo: in pontificalibus
celebꝛare ⁊ huiuſmodi. Sil'iter eṗs etiaꝫ in lo/
cis exemptis ſue dioceſis. c. archieṗs. in cle.

¶ De palleo quo .§. ij.

vtunſ papa patriarche ⁊ archiepi. Et papa quī
dē ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ vtitur eo. Patriarche aūt ⁊ ar
chiepi ſolū eo vtunſ infra miſſarū ſolēnia in q̄/
libet eccleſia ſue ꝓuincie non aūt ſi egrediaſ ec
cleſiaꝫ vt in pceſſione. vt de vſu. pal. ca. j. ⁊ hoc
in diebus in qbus cōcediſ in ꝑuilegio ſuo alſ
non pōt. Sed bene pōt qñcunqꝫ ſine palleo ce/
lebꝛare. eo. ti. c. ſi. Eſt aūt palleū illud quoddaꝫ palleū ē
oꝛnamentū ad modū ſtole ſacerdotalis cuꝫ qui
buſdā crucibus nigris intextis quod deferſ ſu
pꝛa alia oꝛnamēta circūdās pectus ⁊ humeros
ad modū coꝛone añ dependens: ſignificat autē
plenitudinē pontificalis officij. eo. ti. c. niſi. De
bet aūt peti a papa infra tres mēſes a tpe conſe
crationis vel ꝯfirmationis ſi añ fuerat cōſecra/
tus: alſ ſi petitū non fuerit infra dictū tps legi/
timo impedimēto ceſſante. poterit de hoc accu
ſari: ⁊ etiā de dignitate remoueri. vt diſ. c. qm̄.
Et debet peti cū inſtantia diſt. c. pꝛiſca. Et dꝫ pe
tens pꝛeſtare ſacꝫ fidelitatis ⁊ obediētie roma
ne eccleſie. diſ. c. optatū. ⁊ de elec. c. ſignificaſti.
Itē in datione pallei dꝫ dari nouuꝫ pꝛiuilegiū
vel antiquū cōfirmari. di. c. ſcriptoꝛū. Itē rece/
pto palleo ⁊ non añ pōt ſe archieṗm notare. e.
ti. niſi. Nec ante pōt ꝯuocare cōciliū: nec ꝯfice/
re chꝛiſma: nec dedicare baſilicas: nec oꝛdiare
clericos: nec eṗos cōſecrare. vt extra de elec. c.
ꝙ ſicut. Item non poteſt archiepiſcopus palle/
um ſuum alteri cōmodare: quia palleum eius
in perſonam non tranſit: vnde debet cum eo ſe
peliri. eodeꝫ titu. ad hoc. ⁊ c. ex tenoꝛe. ¶ Dies
autem in quibus poteſt archiepiſcopus vti pal
leo ⁊ ſolum in miſſarum ſolemnijs pꝛeparatus
ſunt hi. ⁊ nota. ſuper capitu. ad honoꝛem. extra
de aucto. ⁊ vſu pal. Natiuitas ſaluatoꝛis feſtū
ſequens beati Stephani ⁊ ſancti Ioannis euā
geliſte: circūciſio domini ⁊ epiphania in ramis
palmaruꝫ ⁊ in cena domini: in ſabbato ſancto
in tribus diebus reſurrectionis dñice ⁊ pēthe/
coſtes: natiuitas Ioannis baptiſte in feſtis om
nium aploꝝ: in feſtiuitatibus ſancte Marie: in
feſto omniū ſctōꝝ: in dedicatiōe eccleſiarum: in
pꝛincipalibus feſtiuitatibus eccleſie ſue: in oꝛ
dinationibus clericoꝛum ⁊ in die anniuerſaria
ſue conſecrationis.

¶ De viſitatione fienda per epiſcopos et alios pꝛelatos. Capitulum. v.

INtende ad viſitan/
das oēs gentes.⁊ nō miſerearis om
nibus qui operant̄ iniquitatem. Lo/
quitur pſ̄.ad dñm deum poſtulans
per aſſumptionē humanitatis eius viſitatiōeʒ
dum dicit. Intende ad viſitandas om.gen.qd̄
alubi aptius loquens ait viſita nos in ſalutari
tuo. Sc̄do prenūciat defectum participationis
ſalutis ſue incarnationis cū ſubdit:non miſe/
rearis.i.non miſereberis omnibus qui operā/
tur iniquitatē.ſ.qui perſeuerant in malis. Nā
vt ait Hierony.aſſidue peccantiū non miſeret̄
deus. Exaudita aūt fuit oratio ꝓphete.quando
in viſceribus viſitauit nos oriens ex alto. Illu/
minare his qui in te.⁊ in vm.mor.ſe.ad di.pe.
no.in viam pacis. Luc.j. Unde notat̄ ex ipa vi
ſitatione ſui per incarnationē intima miſatio.
q: per viſcera miſericordie ⁊c̄. Uñ Hiere.xxxj.
c. In charitate perpetua dilexi te ꝓpter ea attra
xi te miſerās.ſ.ſuſcipiens humanitateʒ. Et nr̄a
illuminatio q: viſitauit :illuminare his qui in
tenebris ⁊c̄.ſ.ad illuminandum. Et affectum ⁊
actuū noſtroꝝ rectificatio:q: ad dirigēdum pe
des noſtros in viā pacis.ſm illud Eſa.lxvj. po
nam viſitationē tuam pacē. Cum igitur epiſco
pus quilibet vices teneat ſummi pōtificis Ihu
chriſti dʒ ipſum viſitando imitari in viſitatiōe
gregis ſibi cōmiſſi:⁊ lʒ xp̄s tantū ſemel viſita/
uerit per incarnationē. viſitat tamē pluries et
frequēter fideles ſuos ⁊ per grārum munera ⁊
per diuerſa bn̄ficia ⁊ multa flagella. Sic ⁊ ep̄s
debet viſitare plebem ſibi cōmiſſam pluries:⁊
ad minus ſemel per annū vt iura ſtatuunt. Uñ
dicitur.x.q.j. Decernimus vt antique cōſuetu/
dinis ordo ſeruetur:⁊ annuis vicibus ab ep̄o
dioceſes viſitent̄. Et ſi qua forte baſilica fuerit
reperta deſtituta ordinatione eius reparari ꝓci
piatur. Quod ſi non poſſet impeditus infirmi/
tate vel alia cā iuſta:per alios viſitare dʒ. Unde
in ſequē.c.dicitur. Ep̄m per cunctas dioceſes
parrochiaſqʒ ſuas per ſingulos annos ire opʒ:
vt exquirat quo vnaqueqʒ baſilica:in repara/
tione ſui indigeat. Quod ſi ipſe aut languore
detentus aut alijs occupationibus implicatus
adimplere nequiuerit pſbyteros ꝓbabiles aut
diacones mittat qui ⁊ redditus baſilicarū ⁊ re/
parationes ⁊ miniſtrantiū vitā inquirant. Ubi
dicit archi. ꝙ hoc verbū opʒ aliquādo eſt neceſ
ſitatis:aliquādo honeſtatis verbū. Sed hic nō
videtur ꝙ ſit neceſſitatis verbū.vt.ē.c.q.ca.re
genda. Et quāuis glo.dicat ꝙ cuʒ ſubeſt cauſa
neceſſaria tunc ſingulis annis poteſt viſitare:
aīs ſi non eſt neceſſitas de triennio in trienniuʒ
viſitabit vt de oſſi.archid.c.vt archidiaconus.
Sed addit archidiaconus ad glo.dicas ordina/
rium eſſe vt ſemel viſitentur eccleſie annuatim
ſiue ſit neceſſitatis ſiue nō.vt in predicto.c.de/
cernimus. Sʒ ſi fuerit neceſſitas.viſitabit quo
tiens fuerit oportunū.extra de here.c.ad abolē
dam. Et ſic intelligas omnia iura dicētia pluri
es poſſe viſitare in anno.ſm Goffr. Nec obſtat
de cen.c.cū venerabilis.vbi dicit̄ ꝙ bis in an/
no ep̄s ꝓcurationem accipiat que datur pro vi
ſitatione:q: illud intelligo cuʒ a fundatiōe mo
naſterij onus bine procurationis fuit illi impo
ſitum vel forte monaſteriū illud conſueuit bis
viſitari in anno ab illis epiſcopis. Iteʒ dicit ar/
chidiaconus ſuper verbo vnaqueqʒ baſilica.ꝙ
pro hoc ſoluta eſt queſtio:an dioceſanus habe/
at viſitationē in eccleſijs non habētibus curaʒ
aīaruʒ:⁊ eſt dicendū ꝙ ſic.vt pʒ per ꝑdicta ver
ba. Nam videbit an eccleſia ſit ornata vel coop
ta ⁊ hmōi. Et ſi non poterit ad vnūquēqʒ locuʒ
declinare archiep̄s:vt q: ſunt niues vel inūda/
tiones aquarū vel alia iuſta cauſa:ad vnū ſaltē
locum congruū clericos ⁊ laicos ſtudeat cōuo/
care.vt de cen.c.romana.li.vj. Ad ipſum ergo
ep̄m poteſt dirigi verbū.pō.intēde ad viſi.⁊c̄.
Ubi tria poſſunt notari circa viſitationeʒ. Pri/
mo ꝙ fiat affectualiter ⁊ cū ſubditoꝝ vtilitate.
ibi. Intēde ad viſitādas. Sc̄do ꝙ fiat vl̄r ⁊ cum
modoꝝ varietate.ibi oēs gē. Tertio ꝙ fiat miſi
cordit̄ ⁊ cū flagelloꝝ ſeueritate.ibi ñ miſearis.

¶ Quantuʒ ad pri/ .§.i.
mum dʒ viſitatio fieri ex affectu charitatiuo et
pro vtilitate non ſua ſed ſubditoꝝ.q: dicit̄. In
tende ad viſitandas.non dicit ad dñanduʒ vel
ad epulandū vel ad lucrandū ſed ad viſitādū.
Aliqui enim viſitāt ſubditos cum multis eq/
taturis ⁊ famulis ac ſi ſint dñi vel potius tyran
ni.de qbus dñs per Ezechielē ait. Uos cū auſte
ritate imperabatis ⁊ cuʒ potētia. Cum tñ dicat
Petrus apl's ep̄is. Nō quaſi dñantes in clero.
ſʒ forma facti gregis ex aīo. Ex ↄcil.cabiloñ.dī
x.q.iij. Cauēdū ſane eſt ne cū ep̄i ꝑ ꝓchias ſu
as pagrāt quidā nō ſolū erga ſubditos:ſed er
ga ſocios tyrānidē exerceāt.ne qd̄ abſit nō cuʒ
charitate:ſʒ cū qdā iactātie temeritate ſtipēdia
ab eis exigāt. Et dic̄ ibi glo.ꝙ ſbditos appellat
laicos ⁊ ſocios clicos. Alij vō viſitāt ad epulan
dū ꝓcurātes ſibi pari lauta ↄuiuia.⁊ ſic lōgi tē/
poris victū breuis hora ↄſumit.vt dic̄ Inn.ex
de cē.c.cū apl's.vñ ibi dī. Nec ſūptuoſas eplas
q̄rāt:ſʒ cū grāꝝ actiōe recipiāt qd̄ honeſte ⁊ cō
petēter fuerit ill' miſtratū.x.q.iij.illd̄.dī ꝙ ep̄i
nō dñt cōpellē pſbr̄os aut clerū ꝓchiaꝝ ſua/
rū ſupra vires ſuas eis ↄuiuia ꝓparare. Ubi di
cit glo.ꝙ comedet ep̄s carnes veruecinas vel
vaccinas vel porcinas vel tria oua cū aceto. Et
in.d.c.cauēdū.dicit glo.ꝙ ea q̄ domi cōſueuit

expendere:expēdet dū eſt in via.ſ.in viſitādo.
vt in aut.de man.pꝛin.§.illud.coll.iij.Alij vi/
ſitant ad lucrandū pecunias cuꝫ tñ dicat apl's.
ꝙ nō debēt filij parentibꝰ theſaurizare: ſed pa
rentes filijs.Et huic prouiſuꝫ eſt p.c.romana.
cen.li.vj.vbi pꝛecipitur ſub interminatiōe ma
ledictionis eterne.vt epi viſitantes nihil reci/
piāt p̄ter ꝑcurationē victus cuꝫ familia ſua ab
eccleſijs quas viſitāt:⁊ nō viſitātes nihil ꝑcipiāt
rōe viſitatiōis nec ēt ꝑcuratiōeꝫ.Que ꝯſtitutio
infra ponit ad l'ram cum ſua declaratiōe.Intē
dant ergo nō ad iſta:ſ; ad viſitandū.Uiſitat ſi/
quidē medicus egrū ad curādū.Math.xxv.
Infirmus fui ⁊ viſitaſtis me.Uiſitat amicus ſo
ciū tribulatū ad ꝯſolandū ſicut tres amici Job
cū viſitauerunt afflictū Job.Uiſitat paſtoꝛ gre
gē ad ꝯgregandū ⁊ ōſenſandū.Ezech.xxxiiij.
dicit dñs.Uiſitabo oues meas ſicut paſtoꝛ viſi
tat gregē ſuum.Sic p̄lati debēt ſubditos viſi/
tare ad curādas infirmitates vitioꝝ ad ſuble/
uādas neceſſitates miſeroꝝ ad vniēdū ⁊ regu
landum actiones ſubditoꝝ.⁊ ſic vtiliter viſitēt
ꝓut docet.x.q.j.vbi d̄r.Placuit vt p ſingulas
eccleſias epi ⁊ p dioceſes ambulantes p̄mū diſ
ſcutiant clericos:quō oꝛdinē baptiſmi teneant
vel miſſarū ⁊ qualr quecūqꝫ officia in eccleſia
pagant.Et ſi recte quidē inueniāt deo gratias
referāt.Si aūt minime docere d̄bent ignaros.
⁊ hoc modis oībus pꝛecipere:ſicut antiqui ca
nones iubēt.⁊ poſtea in eo.c.d̄r.ꝙ debent etiā
populū docere vt vitia fugiāt ⁊c̄.vt infra dice
tur.vbi glo.ſuper verbo ignaros.ar.contra il/
los epiſcopos qui ſtatim ſuſpendunt ſimpli/
ces ſacerdotes.vt.xxxviij.diſ.ſedulo.

Quantum ad .§.ij.

ſecundū p̄ncipale.ſ.ꝙ viſitatio dꝫ fieri vſr ⁊ cū
modoꝝ varietate.Innuit hoc cum d̄r.ad viſi/
tandas o.gen.i.quoſcūqꝫ ſibi ſubditos cuiuſ/
cunqꝫ ſtatus:⁊ laicos ⁊ clericos ⁊ religioſos ⁊
eccleſias collegiatas ⁊ non collegiatas:parro/
chiales ⁊ regulares:ſimplices ſubditos ⁊ p̄la
tos hoſpitales ⁊ oēs de ſua dioceſi.niſi ſint exē
pti a ſua iuriſditiōe:qui de hmōi nō dꝫ ſe itro/
mittē:iudicare:vl' viſitat.Et qꝛ hmōi gētes va
rie ſunt ꝯditiōis ⁊ ſtatus:⁊ ideo vario modo
ſe dꝫ habere ad eos in iudicando.In ipſa autē
viſitatione tria habꝫ facere.ſ.docere per p̄di/
cationē vel collationē inquirere illoꝝ moꝛes ⁊
conuerſationē coꝛrigere illoꝝ tranſgeſſioneꝫ.
Et quoad pꝛimū.nam de alijs duobus.j.dice/
tur.Pꝛedicare dꝫ populo in cōmuni ad eccle/
ſiam cōuenienti per ſe vel per aliū.Unde d̄r in
di.ca.placuit.x.q.j.ꝙ poſtquā epi clericos ſu
os diſcuſſerint vl' docuerint:ꝯuocata plebe illi
us eccleſie doceant illas vt erroꝛes idoloꝝ fu/
giant.vel diuerſa crimina.ſ.adulteriū:periuri
um:falſum teſtimoniū:⁊ reliqua pctā moꝛtife/
ra:⁊ qḋ nolūt ſibi fieri alteri ne faciāt.Et vt cre
dāt reſurrectionē oīum ⁊ diem iudicij in quo
vnuſqſqꝫ ſm̄ opera ſua recepturus ſit:⁊ ſic po/
ſtea eps de eccl'ia illa ꝓficiſcat ad aliā.Pꝛedica
tio aūt cōis ⁊ apta ad pp'lm pōt eſſe.vel de duo/
decim articulis fidei vel de ſeptem vitijs capi/
talibus.vel de deceꝫ p̄ceptis.vel de.vij.ſacris.
vel de.vij.virtutibus.vel de.vij.donis.vel de
beatitudinibꝰ.vel de alijs materijs moꝛalibus
pꝛout videt expedire ſm̄ qualitatē ⁊ capacitatē
audientiū.viij.q.j.opꝫ.Si eccleſia eſt collegia/
ta hñs plures clericos vel canonicos ipſis capi
tulariter ꝯgregatis dicat per modū collatiōis
que p̄tinēt ad ſtatū eoꝝ agendū et ſi ſunt religi
oſi vel moniales.ſimiliter in capitulo faciat ex/
hoꝛtationē de pertinentibus ad religionē.de q
bus habes ſupꝛa multa in ti.de religioſis.

Quantū ad ter/ .§.iij.

tium p̄ncipale qḋ eſt in coꝛrectiōe defectuū qui
reperiunt in viſitatiōe.Sciendū ꝙ in hmōi dꝫ
vti miſericoꝛdia ⁊ ſeueritate.qḋ innuit in h' qḋ di/
cit.Nō miſerearis oībꝰ qui operant iniqtateꝫ.
Debet eñi miſereri delinquētibus ſed nō om/
nibus.Nā recognoſcētibꝰ defectū ſuū ſine ac/
cuſatiōe ⁊ ſe humiliātibꝰ eſt miſerendū.Unde
Hie.Ubi peccatoꝛ intelligēs vulnus ſuuꝫ tra/
dit medico ſe curandū illi nō eſt virga neceſſa/
ria.ſed ſpūs lenitatis.de pe.di.j.ippꝛtuna.Et ſi
militer in hijs que cōmittunt ex fragilitate:nō
ex habituata malitia que nec ſunt ſcādaloſa poſ
ſunt etiā ⁊ dñt miſericoꝛditer puniri.vt di.l.c.
qꝛ.Cōtumacibꝰ vero ⁊ ex ſupbia peccātibꝰ non
eſt miſerendū.Uñ Gꝛeg.ij.q.iiij.c.quanto.ait.
In ꝯtumacia p̄ſiſtentibꝰ ſeueros eē nos conue
nit.ſm̄ illud Uirgilij.Parcere ſubiectis ⁊ de/
bellare ſupbos.Similiter nō eſt miſerendum
hijs qui operant iniquitatē poſt plures admo/
nitiōes.Uñ Siricius papa ait.Ferro neceſſe ē
vt abſcindant vulnera que fomentoꝝ nō ſuſ/
ſerunt medicinā.di.lxxxij.c.plurimos.Simi
liter qui operant iniquitatē infectiuā alioꝝ:vt
diſſemināndo doctrinā hereticā nō eſt miſeren/
dum ſed ſeuere puniendum.j.Coꝛ.v.Auferte
malum a vobiſipſis.Modicū eñi fermentum
totā maſſam coꝛrūpit.Et Hiero.Arriꝰ vna ſci/
tilla in alexādria fuit ⁊ qꝛ cito nō extincta ē.to/
tum oꝛbeꝫ depopulata eſt flāma eius.xxiiij.q.
iij.reſecāda.Silr qñ aliqḋ ſcelus reperit diffu
ſum in multos p̄cipue clericos:nō eſt miſeren/
dum:ſed ſeuere puniendū cū eſt manifeſtum:
qꝛ vt dicit lex.Multis craſſantibus opus ē exē
plo:⁊ hoc niſi timeat maius ſcādalū:⁊ malum
ex punitiōe ꝙ̄ vtilitas ⁊ bonū.ar.l.di.c.vt con

ſiſtitueref. Et breuiter vt dī de cenſi.c.romana.li bro.vj. Ad ſubditoꝝ emendationē viſitās p ſa lubꝛia monita.nūc leuia nūc aſpera iuxta datā ſibi a deo ꝓuidentiā diligēter intēdat. Corrige re aūt ⁊ punire pōt varijs modis.qa per excoi cationē ſuſpenſionē ⁊ interdictū: incarceratio/ nem: flagellationē: penā pecuniariā: relegatio/ nem. depoſitionē ſm q̄litatē exceſſuū. de quib⁹ penis habes plene infra de cenſuris eccleſiaſti cis in plib⁹ caplis: ⁊ ſic puniēdo dicē potuit il/ lud.ps. Uiſitabo in virga iniquitates eorum.

Foꝛma autem .§.iiij.

tenenda in viſitatiōe ab archiepis quoad ꝓpri am dioceſim ⁊ dioceſes ſuffraganeoꝝ. ⁊ ab epi ſcopis quoad ſubditos ſuos. ⁊ de ꝓcurationi/ bus eis ſoluēdis habef ex̄ de cenſi.c.j.lib.vj. Que hic ex integro ponef cū declaratōib⁹ doctoꝝ. ⁊ eſt hec. Romana eccīa.⁊.j. Statuimus vt q/ libet archiepūs ſuā volēs viſitare ꝓuinciā prius eccleſie ſue caplm atq̄ ciuitatē ⁊ dioceſim ple/ ne viſitare ꝓcuret propriā. Nec ſit ſolū erga ma ioꝝ ſed etiā minoꝝ eccleſiaꝝ: nec circa clerico/ rum tm̄ ſed etiā ppłoꝝ viſitationē intētus. Et ſi cōmode vel abſq̄ difficultate accedere ad vnā/ quāq̄ nō poterit de plurib⁹ locis ad vnū ꝯgru um clericos ⁊ laicos ſtudeat ꝯuocare. ne in illis viſitatio poſtponaf. Deinde liceat ei per totam ꝓuinciā vel eius ptē viſitatiōis officiū exercere ciuitates ⁊ dioceſes: ſuffraganeos ſuos ⁊ eoꝝ ſubditos cathedraliū ⁊ aliaꝝ eccīaꝝ capła: mo naſteria: eccleſias ⁊ alia religioſa ⁊ pia loca: cle/ ricos ⁊ ppłos libere viſitādo ac ꝓcurationes a locis tm̄ recipere viſitatis. Ex quo tn̄ aliquē de ipſis dioceſib⁹ viſitare ceperit. nunquā poſtea ſiue totū ſiue partē eius viſitauerit: reuertatur cū viſitationis ad illā prius ꝙ̄ oēs reliquę ipſi us ꝓuincie dioceſes in toto vel in pte q̄s ſecure viſitare poſſit: ⁊ ſua denuo fuerint viſitate. Qđ ſi forte eadem dioceſis vel aliq̄ ibi eccleſia plus alijs indiguerit viſitari: tūc aliaꝝ viſitatiōe in/ termiſſa redeat ad eandē ſi a loci dioceſano req ſitus extiterit: vel de oīum aut maioris partis epōꝝ eiuſdē ꝓuincie ꝓceſſerit ꝯſilio ⁊ aſſenſu: ad qđ idē ſe ꝓnos exhibeāt ne animaꝝ ꝓfectus aliquatin⁹ negligaf. Si vero malicioſe in his difficultatē aliquā exhibuerint: archiepūs licen tiā ſup hoc a ſede aplica poſtulet ꝯfidēter. Poſt quam autē ſemel oēs ꝓuincias ſue dioceſis viſi tauerit: licitū ſit ei poſtea prius tn̄ ſuffraganeo/ rum ſuoꝝ reqſito ꝯſilio: ⁊ ipſius diſſinitiōe ſu/ per hoc habita: coꝛā eis que in ſcriptis redigi volumus: vt poſſint alijs eſſe nota: viſitationez per eādē reiterare ꝓuinciā iuxta modū ſuperi⁹ annotatū etiā ſi non īteruenīat in hoc ſuffraga neoꝝ ipſoꝝ aſſenſus: illā ſemp ꝓuidentiā adhi bendo: vt in poſterioꝛib⁹ viſitatiōibus illas ec/ cleſias: eoſq̄ cleros ⁊ ppłos prius viſitet: q nō fuerant ab eo in prioꝛib⁹ viſitati niſi magis ſit alijs viſitatiōis officiū opoꝛtunuz. Sane huiōi impēſurus officiū ꝓpoſito verbo dei q̄rat de vi ta ⁊ ꝯuerſatiōe miniſtrātiū in eccleſijs ⁊ locis alijs diuino cultui deputatis: ac ceteris que ad officiū ipm ſpectāt: abſq̄ coactiōe ⁊ exactione q̄libet iuramēti ad ipſoꝝ emēdationē per ſalu/ bꝛia monita: nūc leuia: nūc aſpera iuxta datā ſi bi a deo ꝓuidētiā diligēter intēdens. Qđ ſi de aliq̄bus oꝛta fuerit infamia ꝯtra eos oꝛdinarij ſeu ipſoꝝ vt ſup his diligēter inq̄rant: denūciet ſi viderit expedire. Notoꝛia vero crimina que examinatiōe nō egēt. cū ſup his merito notare poſſit oꝛdinarioꝝ negligētiā eoꝛūdē libere cor rigat. penā pꝛo illis debitā infligēdo. Procu/ ratiōes aūt recipiat ſm qđ eſt in canonibus cō/ ſtitutū nullā tn̄ pecuniā ipſe vel aliqs de ſua fa/ milia occaſiōe alicuius officij vel ꝯſuetudinis ſeu quolibet alio mō eaꝝ nomine: ſed in victua libus tantū expēſas recipiat moderatas. Caue/ at inſup ne ipſe vel q̄ſquā ſuoꝝ aliqđ mun⁹ qđ/ cūq̄ ſit ⁊ q̄litercūq̄ offeraf ꝓſumant recipe vt non que ſua ſunt videaf q̄rere ſed que ieſu xp̄i. Qđ ſi fuerit ꝯtra ꝓſumptū. recipiēs maledicti/ onem icurrat: a qua nūquā niſi duplū reſtituat liberef. Uolumus eni in his fraudez q̄mlibet penitus euitari. Hic aūt viſitādi foꝛmā ab vni uerſis etiā epis aliiſq̄ ꝓlatis oꝛdinario iure ſu ditos ſuos viſitātib⁹ plene obſeruari ꝓcipim⁹. Saluis ſup hec rōnabilib⁹ ⁊ approbatis religi oſoꝝ ꝯſuetudinibus ⁊ regularibus inſtitutis. Hec Inno. Greg. x. in cōcil. lugdunē. ꝯfirmat dictā ꝯſtōnē. ⁊ addit penā in ꝯtra faciētes i ca. exigit.e.ti. vbi dī. Statuētes ꝙ vniuerſi ⁊ ſin/ guli qui ob ꝓcurationē ſibi rōne viſitatiōis de bitam exigere pecuniā vel etiā a volēte recipe/ re aut alīs ꝯſtōnem ipſam recipiendo munera ſue viſitatiōis officio nō īpēſo ꝓcurationē in vi ctualibus aut aliqd aliud ꝓcuratiōis occaſiōe violare ꝓſumpſerit: duplū eius qđ receperit ec cleſie a qua id receptū fuerit. īfra menſem red/ dere teneanf. Alioqn extūc p̄larche: archiepi epi duplum ipm vltra dictū ipſo reſtituere diſ/ ferētes ingreſſum ſibi eccleſie interdictum no/ uerint. Inferioꝛes vō ab officio ⁊ beneficio no/ uerint ſe ſuſpēſos: quouſq̄ de duplo huiōi gra uatis eccleſijs plenariam ſatiſfactionem impē/ dant nulla eis i hoc dātium remiſſione liberali tate ſeu gratia valitura. hec ibi.

Declaratio du/ .§.v.

biorum circa ꝑdicta. Nota pmo ꝙ cum nō po/ teſt viſitare per ſe. pōt viſitare p aliū. de offi. oꝛ/ di. inter cetera. et cum viſitat per alium ipſi vi/

ſitati debẽt facere expẽſas victualiũ viſitanti. Et ipſi quoq; epi ſup his quos mittũt ad viſitãdum dñt facere expẽſas de alijs neceſſarijs. vt d: de offi. ordi. c. ſi epũs. li. vj. vbi dicit glo. ꝙ neceſſaria dñr vt equi veſtes ⁊ familia ⁊ hmõi. de qbus epi dñt illis ꝓuidere. Epi aũt nõ viſitantes pſonalr nihil penit⁹ pñt exigẽ a viſitatis vt d: in. d. c. ſi epũs. ¶ Scdo nota in gl. ſup verbo plene ꝙ nulla parrochia dꝫ remanere inuiſitata dũ cõmode poſſit viſitari: ⁊ viſitatiõis cã ſbſit. ⁊ ſunt hec redigẽda ad arbitriũ boni viri. Nec ſufficit pro viſitatiõe ſinodũ ꝯuocare ⁊ plene inquirere: q: in tã breui tpe nõ poſſet ſingulorũ inquiſitio fieri. tũ etiã q: nõ veniũt ad ſinodum oẽs viſitãdi clerici ⁊ laici. tũ q: ſubijcienda eſt res oclis: ⁊ pſone pñtia multũ opaf. ē. de of. le. c. ſi. No. ſm hoſti. ꝙ nõ dicef viſitatio nõ plena: q: due vel tres vel pauce remaneãt viſitande. Allegat de ꝯſe. di. ij. reuera. ⁊. vij. q. j. õniq; Et dicit ꝙ in his iſpiciẽdus eſt modus regiõis No. tertio ſup v̈bo laicos. ꝙ ppl's viſitatus ipẽ nõ tenef ad ꝓcurationẽ ſed eccliã. vt. x. q. iij. placuit: ⁊ ſic eſt ꝯſuetudo. Et ſi nõ põt ad aliquã eccleſiã accedẽ ſine difficultate puta ſm gl. pp niues vel glacies: vel aliqd ſilẽ. tũc ad vnũ locum ꝯgruũ ⁊ honeſtũ ⁊ cõem põt ꝯuocare clericos ⁊ laicos illi⁹ eccl'e ad quã nõ põt accedẽ ⁊ ibi viſitare. ¶ Nõ q̃rto ſm gl. ſup v̈bo pia loca. per hec itelliguntur hoſpitalia ⁊ xenodochia que ſibi dñt viſitari. ¶ No. qnto ſup illud ꝓuinciã ꝙ lꝫ Ber. dixerit hoc veꝝ cũ ſuffraganei ſũt negligẽtes. tñ ꝯ̃riũ eſt veꝝ. vt pꝫ. e. ti. c. ſi. vbi dicitur ꝙ archiepũs põt ꝓuinciã ſuã viſitare. etiã ſi ſuffraganei nõ ſũt negligẽtes. Et iterare viſitationẽ eandẽ ⁊ ꝓcurationẽ recipe a locis nõ obſtãte ꝯſuetudine in ꝯtrariũ. ¶ No. ſexto ſup illud libere. gl. ſcꝫ ꝯdictione: pſcriptione vel appellatiõe nõ obſtãtib⁹ ſcꝫ põt viſitare archiepũs ſuffraganeos. eꝝ de pſcrip. c. cũ ex officij. idẽ archid. Et itelligũtur loca viſitata ſiue illa que pſonalr viſitat ſiue illa que ad viſitationẽ ꝯuocat ¶ No. ſeptimo ſup illud ꝯſilio ⁊ diffinitione. nõ dicat h de aſſenſu. q: ſiue ꝯcordẽt ſiue diſcordẽt ſuffraganei. h diffinire ad archiepm ptinet que diffinitio ſic fiet ſm Inno. dicẽdo. Diffinimus per nos ꝓcedendũ ad viſitationẽ ꝓuincie nr̃e. Et a tali diffinitiõe cũ ſit ſup executiõe ſui officij nõ poterit appellare de of. or. c. irrefragabili. idẽ archi. Dicit aũt hoſti. ꝙ id ingerif hec difficultas ꝯſilij ⁊ diffinitiõis: vt archiepũs non ſit negligẽs ad ꝯciliũ ꝯuocãdũ: cũ alr ꝯciliũ de facili hẽre nequeat: nec ſine hac diffinitiõe viſitare põt. per qd ꝯcludif ꝙ archiepũs vix vel nũquã ſecundã viſitationẽ faciet niſi ꝯciliũ celebret. Jo. an. in nouel. ¶ No. octauo ſup illd coactiõe. glo. a ꝑncipio nõ exigef iuramẽtũ p qd

occultũ ꝓponere ꝯſtringaf. ex quo tñ ſine iuramẽto referunf aliqua corrigẽda. poſtea poterit inqſitor ſup his exigere iuramẽtũ. Et quãuis nõ debeat cogere a ꝑncipio ad iuramẽtũ. bene tñ coget venire ⁊ rndere: ⁊ ſibi in his que officium reſpiciũt obedire. ſm Ber. Innoc. ⁊ hoſti. Jo. mo. vt archi. alr eni eſſet deluſoria ptãs vel iuriſditio viſitãdi: ſi nullã coertionẽ haberet. ⁊ q: cui cõmittif ꝑncipale ⁊ acceſſorium. de of. dele. c. de cauſis. Jo. an. ¶ No. nono ꝙ circa viſitationẽ clericoꝝ ⁊ pploꝝ dꝫ eẽ intentus. dicit glo. ꝙ nõ ſimul ſed ſeparatim fiet: cum illiuꝫ vita ſit ſeparata. xij. q. j. duo. ⁊ melius ꝓcedit inqſitio qñ ſit ſigillatim. c. inqſitiõis de accuſa. Et hoc veꝝ ſi q̃litas negocij hoc expoſcit. alr in gñe ſit inqſitio. Et quo ad punitionẽ dicit Jo. an. in nouel. ſup ſexto hoc itelligẽdũ ſcꝫ quãtũ ad laicos que ad crimia eccleſiaſtica matrimonia ⁊ alia que ad eccleſiã pertinẽt in aliqs corrigẽdis nõ vſurpabit iuriſditionẽ iudicij ſecularis. vt de iud. nouit. Impedietes aũt nũcios qui mittunf ad ꝯuocandũ. vel alr iuriſditionem archiepi viſitantis: per eũ pñt puniri. qd dicit. vt de penis. c. romana. li. vj. ¶ No. decimo ſup illud ciuitates. ſm hoſti. ⁊ Joan. mo. ꝙ ille ordo ſeruãdus ſit in ꝓuincia. ſcꝫ quoad eccleſiã ꝑncipalẽ ciuitatẽ ⁊ dioceſim metropolitani. In ſuffraganeis tñ difficultas ⁊ incõmoditas ſit. in h ordine ſeruãdo nõ putãt ordineꝫ neceſſariũ. ¶ No. vndecimo ſup illud coꝝ ſubditos. dicit Jo. an. in nouel. ꝙ ſi ꝯcurrãt epũs et archiepũs in viſitãdo. ſm Inno. hoſt. ⁊ Jo. mo. Alber. ⁊ archidia. ꝙ ambo admittenf cũ nõ ſit a iure ꝓhibitũ: et ſi diſcordarẽt in ſnia pro reo niſi in cã fauorabili. vt de proba. c. ex litis. Et addit hoſti. ⁊ alij. ꝙ ſi eccleſia nõ ſufficit vtriq; admittef pmo veniẽs vt de ſo. cõpe. ca. ꝓpoſuiſti. cũ cõcor. Et ſi ꝯcurrãt ſimul veniẽdo: nec apparet qs prior lꝫ videref epũs pferẽdus cui ſpẽalius ineſt cura. x. q. j. regẽda. pdictis placꝫ archiepiſcopũ pferẽdũ. xj. q. iij. qui reſiſtit. ⁊. c. ſequen. Si vero ꝯcurrat epũs cuꝫ plato ſibi ſubiecto ad quẽ etiã ſpectet viſitatio. dicit archi. pferendũ epm niſi obſtet ꝯſuetudo. allegat. c. in lateranẽſi. de pben. ¶ No. duodecimo ſm Jo. an. ⁊ Inno. ſup v̈bo viſitatio q: itelligif viſitare etiaꝫ ſi cadat cã ꝯſignandi vel chriſmãdi pueros: ſiue ꝯſecrandi eccleſias: ſiue pro quocũq; alio communi negocio. vel qd multos tangit. ar. x. q. iij relatũ ſm Inno. vel ſm hoſt. vel Joã. mo. ꝙ ſit pro ſalute aiaꝝ vel pro cultu diuino ampliãdo vel pro ſtatu eccleſie melius reformando. x. q. j. placuit. Secus ſm Inno. ſi vadit pro cauſis expediẽdis. Uñ in his debef ꝓcuratio non aũt ſi vadat pro recõciliatiõe eccleſie ſm archi. Uicẽti. ⁊ Landul. ⁊ hoſt. Itẽ ſm archi. cũ archiepũs

ad vnā dioceſim cā viſitādi accedēs:ſi tranſit p
aliam nō eſt ꝓcurandus iure viſitatiōis.q2 nō
viſitat iure aūt hoſpitalitatis nemini eſt dene//
gandū.xlij.di.§.j.hoc tm̄ ſi pōt. ¶ No.trede//
cimo ſup vbo ꝓcuratiōes ibi in victualibus ꝙ
ſi eps vel archieps viſitās pdit equū.vel ſoluit
vecturas equoꝝ ⁊ his ſimilia:nō pōt hoc exige
re a viſitatis noīe ꝓcuratiōis ſm Inno.⁊ archi
dia. Et multo minus nō pōt petere expenſas ꝗs
facit in via eūdo pro viſitatiōe faciēda. tum q2
hoc nullo iure cauet:tum q2 ꝓpter id hȝ bona
dignitatis.vt que ad dignitatis officiū ſpectāt
exerceat. Et talis ꝓcuratio hoc reſpectu potius
datur in ſignū ſubiectiōis:⁊ ꝓpter hoſpitalita/
tem ꝗȝ de neceſſitate iuris nūlus cū ſuos reddi
tus hēat ⁊ idō de illis viuat:cū paupes eccleſias
viſitat. Qd̄ ſi vna die viſitationē expedire non
pōt. Dicit Inno.ꝙ plib9 dieb9.vt oportuerit ꝓ/
curandus erit.x.q.j.placuit. Nec obſtat.x.q.iij
c.inter cetera.q2 illud intelligit cū vna die viſi
tatio pōt expediri. Idē Hoſti.addēs ꝙ in nullo
caſu eccleſia eſt grauāda. ¶ No.decimoquar//
to ſup verbo ingrāt.ꝙ eps tenet facere hāc in
quiſitionē ad denūciationē ipſi9 archiepī.ad h
ij.q.v.niennā. Et ſi eps nollet ingrere dicūt ali
qui ꝙ archieps ingrat:q2 curā eius hȝ.⁊ ad ei9
offm ptinet pp negligētiā epi.ar.ix.q.iij.cuȝ ſi
mus. Alij m̄ dicūt ꝙ ꝓpter eius negligētiā nō
deuoluit ad archiepm hec cognitio q2 in cano
nibus nō eſt expſſum.ita ponit Inno. allegās
ad hoc.ar.x.q.iij.q2 cognouimus. Et ſi dicatur
ꝙ ꝓpter h remanebūt crimina īpunita.ꝯtra il
lud de ſen.excō.c.vt fame. Rn̄.ꝙ archieps co/
get epm vt pcedat ⁊ puniet qd̄ pōt rōne negli/
gentie pcti.xxxiij.di.quorūdā. ¶ Nota deci/
moquīto ſup vbo notoria. Dicit Inno.ꝙ ſi du//
biū eſt iudici an crimina ſint notoria. Primo
de hoc ingret nec videt ꝙ hēat aliud ꝓnuncia/
re.niſi qd̄ ſuū eſt punire hec maleficia q2 ſūt no
toria.q2 ſolum in hoc videat cognoſcere an ſit
ſua iuriſdictio puniendi. Archi.dicit h notoriū
intelligi cui9 teſtis eſt ppls.allegat.xxxv.q.iij.
qd̄ ſcripſi.⁊ dicit illius criminis ppl̄m eē teſtē.
etiā ſi crimē eſt notum maiori pti tm̄ allegat de
de coha.cle.c.vra.⁊ ibi Hoſti.tractat de noto//
rio manifeſto ⁊ occulto. ¶ Nota decimoſexto
ſuper vbo pecuniā ſm Jo.an.in nouel. Si ve//
ri philoſophātes pecuniā cōtēnunt.xij.q.ij.ſo/
crates.multo fortius viſitātes:⁊ ſi ſm Hoſtiē.
ciuilis ſapiā ꝓcio nūmario dehoneſtari nō dȝ
ff.de varijs ⁊ extraor.co.le.l.§.eſt qdē.multo//
minus canonica deprauāda:que multū repre/
hēdit auaritiā clericoꝝ.ē.eo.c.ex pte. Hic etiā
nota ſm ꝯſtitutionē iſtā romana.⁊ ſequētē ſcȝ
exigit ꝙ nulla pecunia poterat exigi aut etiam
recipi a ſpōte dare volēti rōne ꝓcuratiōis invi
ſitatiōe epi vel archiepi:ſed tm̄ in victualib9 ex
pēſas moderatas.alr̄ incidebat in penā que ⁊ hī
in.c.exigit. Sed per ꝯſtōnē Bonifacij.viij.ꝗ
hī in.c.ſe.⁊ incipit felicis.hoc pro pte remoue
tur:q2 vȝ a volētib9 eccliaꝝ ⁊ locoꝝ viſitatoꝝ
rectorib9 ſeu pſonis pecuniā licite recipe valēt
pro ſumptib9 moderatis faciēdis in victualib9
dieb9 qb9 viſitatiōis offm̄ pſonalr̄ exercebunt.
Ex qb9 vbis pȝ ꝙ ſi viſitati ꝓcurationē in victu
alib9 ſoluē velint pecunia ab eis exigi non pōt
Sed ſi ſpōte velit ſoluē pecuniā ꝯgruentē ꝓcu
ratiōi accipe pnt. Et ſumit h pecunia nō ſtricte
pro ea que ꝯſiſtit in numero:ſed etiā pro reb9
que pnt pcio eſtimari.ſm illud.j.q.iij.totū. Uñ
ꝯcordare pnt in aliqs vel liqdis:vel de boue ⁊
pullo:vel re ſili dāda pro quātitate taxata:vel ſi
ne alia taxatiōe dūmō ſeruet moderamen. Ho
die per ꝯſtōnē bñdic.xj.que incipit.vas electio
nis taxata eſt quātitas ſȝ diuerſitatē ꝓuinciaꝝ
diuerſaꝝ:que ſoluēda eſt ſine victualib9:ſi avo
lētib9 in pecunia in qua ēt diſtinguit.an per ſe
an per alios viſitēt.que ēt reſtringit cū per ali/
os viſitāt. ¶ No.decimoſeptimo ſm Joā.an.
ſup vbo de familia ſua occaſiōe officij aut ꝯſue
tudinis. Per familiā itelligit cleric9 vel laicus
eqſter vel pedeſter.ſ.qui eſt de domo ſua. No//
mine officij itelligit ſcriptor:ſigillator:⁊ ſilēs.
ſm glo.ibi. Et addit in nouellis.hoc eſt verū ſi
petatur rōne viſitatiōis:ſed nō itēdit grauare
clericū ſi faciat lr̄as.ſ.ſcriptor ⁊ aliqd hēat ꝓ la
bore.ar.xij.q.ij.ecclīaſticis. Hoſt.⁊ Inno.⁊ hoc
niſi de publico reciperet ſalariū:quo caſu ſtipē
duo dȝ eē ꝯtentus.xxiij.q.j.militare. Nec excu
ſat ꝯſuetudo in talib9:q2 cenſet irrōnabilis ex
quo per ſedē aplicā reprobat.xj.di.qs neſciat:
⁊ per ꝯñs pſcribi nō pōt de ꝯſue.c.ſi. ¶ Nota
decimooctauo ſup vbo victualib9.ſm Joā.an.
in nouel.hoꝝ noīe ꝯtinet eſus:pot9:veſtis:ſtra
mēta ⁊ oīa hoī neceſſaria ad viuēdū:⁊ hoſpitiū
⁊ calciariū.⁊ hec nō videnf remiſſa:ēt ſi de ali/
mentis trāſactū ſit niſi ſpecificent. Uideāt tm̄
ne vltra facultatē grauēt ecclias. Et dicit Hier.
ad epm. Coꝛnute ꝯſidera:ne ſimilaȝ ⁊ mella fa/
ſtidias:qui nat9 in paupe domo ⁊ tugurio ru//
ſticano rugientē ventrē vix milio ⁊ cibario pa//
ne poteras ſaturare.xij.q.ij.glīa. ¶ Nota deci
monono ſup vbo aliquod munus quodcunqȝ
ſit.ſm Jo.an.in nouel. Btūs qui excutit man9
ſuas ab oī munere.j.q.j.ſunt nonnulli. Excipit
Hoſt.eſculentum ⁊ poculentum ⁊ exenia:que
non extendunt ad muneꝝ qualitates.ff.de offi.
procon.l.ſolent. Dicit demum ꝙ mens huius
littere innuit ꝯtrarium. Conſultius ergo facit
a talib9 abſtinēs.m̄ hmōi recipiēs modica gar
ſias:nō credit ꝙ incidat in penaȝ. Et ſi dicatur
quō exeniaiā eſculentū ⁊ poculentū vt recipi.

at ꝓcurationē in victualibus. Rñ. Jo. mo. cū. ſ.
viſitatus aliquid excellens. tale vltra cõcos expē
ſas exxeniat. puto ꝙ piculū ſit recipere victua/
lia portanda: ſi portat aliquos capones caſeos
vl̄ flaſcos vini. ſʒ victualia ibi comedēda quā/
tūcunqʒ excellentia recipere: nō eſt periculū pe
narū infra poſitarū. exigere tñ poſſet eſſe pctm.
¶ Nota vigeſimo ſuper verbo maledictionē
ſm Jo. an. in nouel. i. penam eternā que debe
tur illi pro mortali ex quo ſequit̄ hanc trāſgreſ
ſionē eſſe mortale nec talis poteſt abſolui: niſi
duplum reſtituat illi dat a quo recepit. ¶ No/
ta vigeſimo primo ſup verbo ordinario ſʒ Joh.
an. delegatus ſeruet formā mādati de reſcrip.
c. cū dilecta. etiaʒ ſi datus ſit ab alio q̄ꝫ a papa.
ita qñ ꝙ delegatus qḋ nō pōt non cōmittat. de
iurepa. ca. qḋ aūt. Nō putat ſit hoſtieñ. ⁊ Joh.
mo. hoc in legato locū habere triplici ratione:
qꝛ vices pape gerit. xcix. diſt. c. ſi. Secunda qꝛ
maior eſt epo. de offi. dele. c. ſane. qui nō inclu/
dit̄ ſub clauſula generali. ex̄ de ſen. excō. ca. qꝛ
piculoſuʒ. li. vj. Tertia qꝛ romana eccleſia ꝯtra
ſe ⁊ ſuos priuilegiare nō conſueuit. de cenſi. c.
cū inſtantia. ¶ Nota vigeſimoſecūdo ſup ver
bo inſtitutis. Hoſtieñ. dicit. ꝙ regularis denū/
ciatio. i. pclamatio. in. c. nō requirit glo. qꝛ nō
ſm iuris ſubtilitatē. ſed ſm obſeruantias regu
lares ⁊ ſm diuerſas religioſoꝝ ꝯſtitutiōes de
plano. ⁊ ſimpliciter expedit̄ in qua nec eſt ap/
pellatio admittēda ſupra ḋ appel. c. ad noſtrā.
Dicit aūt nō omittēdū. ꝙ ſi prelat' quāuis reli
gioſus in mortali cōſtitutus notorius vel infa
matus incorrigibilis ſit. ⁊ ꝓpter hoc a ſuo ſub
dito appellet̄. aut appellationi ďferet: aut p tan
to exceſſu ſatiſfacere cōpellet̄. ē. de appel. c. de
priore. qꝛ nec ad talē ptinet iudicialis correctio.
ij. q. vij. iudicet. Itē religioſi lʒ ſint ſm regulā
corrigendi miſericorditer tñ nec paſſim more
latronē i grauē carcerē ďtrudēdo ſʒ morē pra
ue ꝯſuetudinis. que quaſi ꝓ lege in qbuſdā ec
cleſijs inoleuit. ex̄ de ſta. regu. c. ea q̄. Iteʒ lʒ ad
abbatē ſpectat correctio ſi tñ nimio eſt grauis
de conſilio ꝯuentus. i. capli ſui tēperāda eſt. ē.
de his que ſi. a pla. c. nouit. Uult ḡ ſinis huꝰ
conſtitutionis ꝙ ꝯſuetudines p quas fiūt viſi/
tationes ⁊ correctiōes religioſoꝝ: ſint rōnabi/
les ⁊ approbate. ¶ Nota vigeſimotertio ꝙ mo/
naſteria monialium etiam ſi ſint exempta. de
bēt per ſuos ordinarios ſingulis annis viſita/
ri. vt de ſta. mo. c. attendentes. in cle. qḋ veruʒ
eſt niſi habeāt ex priuilegio. ꝙ nō poſſint viſita
ri ab ordinarijs qḋ ꝓuilegiū hñt ꝑdicatores ⁊
minores. de mōaſterijs ſibi ſubditis ⁊ plures
alij de qb' ignorat̄. Uñ ⁊ cū ſi allegāt ꝓuilegiū
dñt oñdere. ¶ Nota vigeſimoq̄rto ꝙ Hoſtieñ.
dicit locū incōgruū ad quē nō tenet̄ ire ad viſi/
tandū. ſed dʒ rectorē talis loci: ⁊ pplm congre/
gare ad aliū locū ꝯgruū. qñ. ſ. non ſufficit ille
locus ad ꝓcurationem archiepi. Sed archi. cō/
tradicit: ⁊ dicit ꝙ oēs contribuent. ſ. alie ecclie.
Dicit ergo archi. ꝙ iuſta cā ꝯuocationis nō eſt
paupertas eccleſie. Na ſi pōt ad locū accedē te/
netur ad id ⁊ ſi eccleſia eſt pauper: nihil exiget
vel recipiet. j. q. ij. placuit. ſuis ergo viſitet ſum
ptibus. qꝛ ad hoc ſunt ſibi redditus epales de/
putati. ſic etiā notat Ber. eo. ti. cū apls. ⁊ Jo.
Goff. Uincen. ⁊ Hoſt. eo. titu. cum inſtātia. Uñ
penitus impotētē euidens pauptas excuſat ad
tribuēdū. Decretalis aūt ꝯquerēte. de of. ordi.
que dicit moderate poſſe exigi: loqtur de eccle
ſia que cū tribuere pōt. lʒ nō in totū ꝓcurare ha
beri eni ſemp dʒ ratio: ne miniſtri ecclie egeāt.
ar. de re. iu. in ꝯdēnatiōe. ¶ No. vltimo ſuper
v̄bo ingreſſum eccle ie interdictū. ⁊ ſup verbo
ſuſpēſos. i. c. exigit. Dicit glo. ꝙ ſi durāte inter/
dicto iſti moriant̄ non ſepelient̄ in cimiterio. ⁊
ſi interiʒ celebrēt in eccleſia in officio ſuo ſicut
prius efficiunt̄ irregulares. de ſentē. excō. c. is
cui. li. vj. inferiores v̄o ſuſpēſi ꝓpter hmōi trāſ/
greſſionē. ſi interiʒ celebrēt vt ꝓus ſunt irregu/
lares nec poterunt ab alio q̄ꝫ a papa abſolui. de
ſen. excō. c. cū medicinalis. lib. vj. glo. ſup v̄bo
quouſqʒ. dicit facta ergo reſtōne dupli ci ſtatim
ſunt abſoluti ſine alia ſnia. de ſpō. c. non eſt. qḋ
intelligēdū ſi ſeruauerūt interea aū reſtōneʒ fa
ctam iterdictū vel ſuſpēſionē. alꝛs ſi nō ſuaſſent
icīdiſſent ⁊ īdigerēt diſpēſatiōe ſeu abſolutiōe.
¶ De quibus ſint fiende inquiſitiones in viſi/
tationibus ad diuerſos ſtatus. Capitm. vj.

Quia dictuʒ eſt ſupra
ꝙ poſt predicationē ad pplm vel col
lationē ad capitulū clericoꝝ ſeu reli
gioſoꝝ fieri dʒ inquiſitio in viſitatione. Nūc vi
dendū eſt pticulariter quō ⁊ quo ordine fiet in/
quiſitio. Qñ epus intrat eccleſiā: rector ecclie vel Primo
ꝑncipalis in cathedrali offert ei crucē oſculādā
⁊ aſperſoriū aque bñdicte ⁊ facta aſperſiōe inci
pit cātare ipſe rector antiphonā. Ecce ſacerdos
magnus. ⁊ poſtea antiphonā de ſancto cui inti
tulata eſt ecclia: ⁊ poſt v̄ſiculū epus cātat oroneʒ
de illo ſctō. Et ꝑmo accedēs ad eccliaʒ cathedra Sc'do
lē poſt oroneʒ vt dictū eſt dʒ ire ad locū venera/
bilis ſacri. ⁊ videre quō ⁊ q̄ꝫ honorifice ſit recō
ditū: ⁊ bñ firmū ⁊ clauſuʒ ⁊ ꝙ ſepe mutet̄ ne ge
neret̄ aliq̄ corruptio vel v̄miū coroſio ex āntiq̄ta
te. Et eode ſacrʒ extreme vnctiōis ac ēt baptiſ/ Tercio
mū ⁊ chriſmatis ⁊ olei cathecuminoꝝ ſi ſūt re/
nouata illo āno ⁊ fōtes baptiſmales: qñ ecclia ē
baptiſmalis: ⁊ ſi vaſa ſunt mūda ⁊ corpalia ꝑci
pue ⁊ calices ⁊ palle altaris. Et cū repit in hmōi
defectū dure increpet ⁊ puniat plus ⁊ minꝰ ſm

Quarto. qualitatem exceſſus. Ingrat ſi viſitās eſt archi/
epus de vita epi viſitari ſuffraganei ſui quoad
honeſtatē ſui ⁊ familie ſue: ⁊ q̄lr ſe hēat in gu/
bernatiōe epatus ⁊ eccle ſue ⁊ aliaꝝ ecclīarum
ſibi ſubditaꝝ tā in ſpūalib⁹ q̄ȝ in tpalib⁹: ⁊ per
maxime in collatiōe ordinū vel būficioꝝ q̄uō ſe
hēat ſi indignis ɔferat: puta ſi ante etatē legiti/
mam vel illr̄atis vel infamib⁹ ⁊ ſi pro hmōi pe
cuniam recipiat. Si bona epatus bū gubernat
nō diſſipādo ſed paupib⁹ diſpēſando ꝑut valȝ
ſi alienauit aliq̄ imobilia vel alienatiōes in ali/
is eccleſijs ſine debita cā ⁊ forma fieri pmiſit.
Interrogeſ nō qdē ipſe epūs: q2 teſtimoniū fer/
ret de ſeipſo: ſed alij maturi ⁊ diſcrete pſone q
credunſ ſcire ɔuerſationē eius ⁊ vitatē dicere
būt: ſi eſt negligēs circa diuinū cultū vt diligē/
ter exerceaſ in ecclīa maiori ⁊ in alijs: ⁊ q eccle
ſiaſtica ſacra tpe loco ⁊ mō debito pplo mini/
ſtrenſ ⁊ predicatiōes in eccleſijs iuxta laudabi/
lem ɔſuetudinē tpib⁹ debitis faciat: per ſe vel
per alios ingraſ. Si eſt diligēs vel negligēs in
corrigēdo exceſſus clericoꝝ ⁊ alioꝝ quoꝝ corre
ctio ſpectat ad eū de iure ꝑuilegio vel ɔſuetudi
ne. Si viſitat ecclīas ſue dioceſis nō recipiēdo
niſi ꝓcurationē vict⁹. Si ɔfert ſacrm ɔfirmati/
onis tpe ſuo. Si eſt rect⁹ in iudicando vel iudi
care faciēdo per vicariū: ita q vnicuiq; ad ipſi/
us tribunal recurrenti miniſtret iuſtitiā: ⁊ ſi iu
diciū gratis reddat: ſi ɔſtōnes ſinodales aliq̄s
hȝ ⁊ ſeruat ⁊ ſeruare facit. Quoad ſubditos ec/
cleſie cathedralis q̄raſ ab archiepo vel epo ſi p
poſitus vel ali⁹ prelatus ⁊ canonici ⁊ alij clerici
ſunt eidē epo obediētes ⁊ q oēs portēt tonſu/
ram ⁊ habitū clericalē ⁊ ſi pacifice ⁊ qete viuūt
Et ſi aliq ex ipſis ſunt rixoſi ⁊ ſcādaloſi ⁊ q ſūt
iſti. Itē ſi canonici ⁊ alij capellani ⁊ clerici obe/
diāt prepoſito ſeu alteri prelato ipſi⁹ eccleſie in
hijs in qb⁹ teneNſ. Si faciūt caplm ⁊ vbi ⁊ quo
tiens ⁊ que ibi tractāt. Et ſi bene gubernāt ⁊ cō
ſeruāt iura ⁊ iuriſditionē ecclie. Et qui ibi audi
unt ɔfeſſiones ⁊ ſi ſunt ſufficiētes ad illud: et ſi
canonici ⁊ alij clerici viuūt honeſte ⁊ dicūt offi
ciū ⁊ ɔfitenſ de lnia epi vel eius qui poſſit dare
Si prebēde ſunt cōes vel diſtincte. eq̄les vl diſ
ſimiles. Qui ⁊ eq̄les ſunt reddit⁹ ⁊ ꝓuent⁹ ſa/
criſtie canonicoꝝ: ⁊ ecclie in qb⁹ ɔſiſtūt ⁊ ad cu/
ius manus ꝓueniāt ⁊ q̄uō diſpēſanſ. Si in dcā
ecclīa offm diurnū pariter ⁊ nocturnū dicatur
ɔtinue debitis tpibus ⁊ debito mō. Et quot in
die ex canonicis ⁊ capellanis in dicta eccleſia ce
lebrāt. ¶ Deinde q̄rat de inuētario ſi hȝ: ⁊ hȝ ea

Quinto. que habenſ in inuētario ibi collata in acceptiōe
ecclie vel officij ſacriſte ſic reſignet oīa. Quod ſi
aliqd notabile defuerit ſeu pditū fuerit culpa
ſua ſupplere teneſ: ſecus ſi caſu ⁊ ſine defectu
ſuo. Et pmo videat de reb⁹ ſacriſtie: per quātita

tem ⁊ q̄litatē ⁊ ſigna diſtinctiua: calices cū cor
poralib⁹: caſulas cappas ſericas: ſeu pluuialia
dalmaticas: tunicellas albas: amictus: ſtolas ⁊
manipulos: cingulos: ſuppellicia: ſeu coctas
dorſalia: altaria: pallas: toballias ⁊ alia hmōi.
Et ſi ſunt ɔfracta faciat reparare. Miſſalia an/
tiphonaria: omeliaria ⁊ alios libros: ⁊ iſſuta fa
ciat reformare. Itēȝ ſi eſt ecclīa cathedralis vel
alīs collegiata: ingrat quot dñt ibi eē canonici
vel alij in eadē ecclīa ſeruiētes ⁊ qs eſt in ea ꝑla
tus. Et in ecclīa cathedrali. que ſint ibi dignita
tes ſcȝ archipſbyterat⁹ vel prepoſitatus: aut ar
chidiaconat⁹: ⁊ qs hȝ in ea curā pncipalr: ⁊ q
ibi pñtialiter reſidēt ⁊ deſeruiūt ⁊ ſi ecclīa hēt
aliq̄s ɔſtōnes ab epo approbatas: ⁊ q̄uō ſeruan
tur ⁊ ſi fidelr danſ diſtributiōes intereſſentib⁹
officijs. ¶ Itē ingraſ quot ſunt ibi capelle et ſi Sexto.
ſint intitulate: ⁊ qbus ⁊ quot reddit⁹ hūt ⁊ ſi of
ficiantur ſm obligationeȝ quā hūt: vel alr̄ ſine
obligatiōe cōpetēter ſm quātitatē reddituum
⁊ ſi pronos hūt qui nō cōmittāt fraudes circa
reddit⁹ capelle. Si hūt debita fulcimēta ad ce/
lebrandū ⁊ hmōi. Ingranſ non ſolū clerici ſed
etiā laici aliq de pplo maturi ⁊ diſcreti. Si eſt
in populo aliqs hereticus: vſurarius: ſymonia/
cus: ſortilegus: ɔcubinarius: malefic⁹: public⁹
adulter: vel obſtinat⁹ in excoicatiōe: vel in ini/
micicia mortali: vel in nō ɔfitēdo annuatim et
coicādo: ⁊ precipue qñ omiſit per plures ānos
⁊ alia hmōi: quoꝝ correctio ſpectat ad epm. Et
circa hmōi admoneat: corrigat: puniat: pacem
cōponat ꝑut dñs dederit. Et ſi eſt aliqd legatum
ad pias cās nō mādatū executiōi faciat imple/
re. In viſitatiōe ecclīaꝝ parrochialiū que non
ſunt collegiate. Primo viſo ſacro eucharīſtie
⁊ alijs ſacris ſi diligēter teneātur vt dcm̄ eſt. ō.
fiat inqſitio: ⁊ ſi lumē ɔtinue teneſ ante ſacrm.
Exinde q̄raſ ſi ecclīa hȝ pronū. ⁊ quē vel quos
⁊ ſi bene ſe hūt ad ipſam vt nō exto:queant bo Septimo
na ei⁹ vel grauēt in prādus exenijs ⁊ hmōi.
vltra id ad qđ tenētur. Et ſi rector ipſe canoni/
ce inſtitutus eſt in illa ecclīa. Et ſi cōmiſſa eſt ali/
qua ſymonia cū prone vel ɔfirmatore. Et ſi ali
quis detinet aliqua bona ipſi⁹ ecclie. Itē ſi hēt
ſolū illā eccleſiā parrochialē vel plures: ⁊ ſi plu
res: ſi ſunt vnite vel non: ⁊ ſi nō ſunt vnite ſi hȝ
ſup hoc diſpēſationē a papa. Nā alīs tenere nō
pōt. Vñ diſpēſationē ipſam oñdit per modum
ſufficiētē. Itē ſi in dicta ecclīa ſunt alique capel
le dotate: ⁊ ſi hūt capellanos deſeruiētes ſm de
bitū ⁊ de quātitate redditumū ipſi⁹ eccleſie: ⁊ ip/
ſaꝝ capellaꝝ. Et ſi hūt calices: libros vl alia pa
ramēta per ſe dicte capelle. Itē que i dicta ecclīa
hēanſ ornamenta calices: cruces: corpalia: thu
ribula: planete ⁊ alie veſtes ſacre palle. tobalee
⁊ hmōi. de qbus habes. ō. ⁊ ſi bene ⁊ nitide re/

ſetur. Itē ſi reliquie ibi habētur ⁊ q̄les. Item ſi
habent ibi aliqua inſtr̄a ⁊ p̄uilegia ⁊ ſi bene cu
Octauo. ſtodiunt. Itē ſi eccleſia vel altaria ſunt ꝯſecrata
Singulariter aūt interrogetur ipſe ſacerdos re
ctor eccleſie in abſētia tn̄ ppli: ſed in p̄ntia alicu
ius de ſocijs epi q̄uo ſe habeat circa ſacra: quia
multi errores cōmittunt ex ignorātia que ma
xime regnat in clero in ptib⁹ italie. Singulari
ter ergo iterrogetur q̄ ſint v̄ba ſb̄alia ad ꝯſecrati
onē eucharistie: ⁊ ſi ea mētetenus dicit vel in li
bro ⁊ faciat eū dicere ⁊ videat ſi in aliquo v̄bo
deficit ei declarādo. q̄ ſi aliqd omitteret nō cō
ſecraret ⁊ p̄cipue de forma ꝯſecrationis ſangui
nis que plixior eſt: nā durat vſq₃ hec quotienſ
cunq₃ feceritis. Et ſilr interrogetur de forma ex
treme vnctionis ⁊ q̄uo ſe hēat in collatiōe ei⁹:
⁊ multo magis de forma baptiſmi ſi baptizat.
Ingrat etiā ſi hz breuiariū ſi dicit officium. ⁊ ſi
ſit bene legē ⁊ ordinate: ⁊ ſi dicit miſſam ante
matutinas: qđ p̄hibitū eſt. ⁊ q̄ nō dicat offm̄ ali
qd manuale faciendo. Si eſt luſor: negociator
vel frequētator taberne. Precipue aūt fiat dili
gens inqſitio circa audientiā ꝯfeſſionū: q₃ ibi
v̄ſat periculū ⁊ ſalus aiaꝝ. Vn̄ iterrogetur ſacer
dos cū audit ꝯfeſſiōes: quē ordinē tenet inter
rogādo petōrē. Et ſi iterrogat de decē p̄ceptis
⁊ que ſunt illa: ⁊ quō iterrogat ſup̄ quolibet il
loꝝ ⁊ q̄n in eis peccat mortalr̄ vel venialr̄. vel
de ſimplici fornicatiōe: ſi facit ꝯſciam ꝯfitētib⁹
de mortali eūdo. ſ. ad meretrices ⁊ hm̄oi. ⁊ de
p̄ctis cogitationū q̄n eſt ibi mortale vel venia
le: ⁊ de ſeptē vitijs capitalib⁹: ⁊ ſi ſcit ea diſtin
cte exprimere: ⁊ q̄n ſunt mortalia vel venialia:
⁊ de p̄ceptis coib⁹ eccleſie: vt auditiōe miſſe et
hm̄oi: ⁊ ſi in hm̄oi errat doceat: ⁊ admoneat et
p̄curet hr̄e aliquē libellū vel ſummā talia docē
tem: ⁊ ab alijs etiā ingrat. Interrogetur etiā ſi au
dit alios q̄ ſuos parrochianos ſine licētia q₃ non
pōt. Et ſi ſcit caſus reſeruatos epo. Demum de
forma abſolutiōis ſi ſcit exprimē iterrogetur etiā
ipſe ſi hz licētiam ꝯfitēdi p̄ctā ſua q₃ alr̄ nō poſſet
niſi religioſis expoſitis ad audiendū ꝯfeſſionē
ſm̄ cle. dudū. de ſepul. Et q̄uo frequēter ꝯfiteat
ad qđ admoneat. ⁊ quo frequēter celebrat: in
terrogetur etiā quātū pplm̄ hēat: ⁊ ſi viſitat infir
mos ⁊ ſacra exhibet tpe ꝯgruo: vt ſine eis non
decedāt. Si annuatim ꝯfitent ⁊ coicant. ⁊ quot
ſint qui remaneāt: ⁊ per quot ānos. Et ſi eſt ali
quis in parrochia maleficus vel incātator: vel
notorius: ſeu manifeſtus petōr: vel inimicicias
Nono. graues ꝯtinuās. Si admonet pplm̄ p̄cipue die
bus feſtiuis. Interrogētur etiā laici parrochia
ni aliq magis antiq ⁊ diſcreti de famā ⁊ vita ip
ſius ſacerdotis. Si eſt ꝯcubinari⁹ vel alr̄ inho
neſtus luſor vagabūdus. Si facit debitā reſidē
tiam ſi officiat bn̄ eccleſiā. Si eſt ſcādaloſus et
litigioſus cū pplo. Si qui etiā volūt ponere q̄
relam ꝯtra ipm̄ parrochialē de quacūq₃ re ſpua
li vel criminali audiat eos: ⁊ examinet ⁊ iuſtitī
am adminiſtret. Si aūt reperit epo in hm̄oi in
qſitiōe ſacerdotē defectuoſū corrigat ⁊ puniat
plus ⁊ minus ſm̄ q̄litatē defectus: ⁊ p̄maxime
cum deficit in formis ſacroꝝ baptiſmi ⁊ eucha
riſtie: nō dimittat īpunitū nec p̄mittat celebra
re: niſi bn̄ ſciat ea. Et cautū eſt etiā ordinare vt
ipſi ſacerdotes rurales hēant v̄ba ꝯſecrationis
litteris groſſis ante ſe deſcripta ⁊ ipſa legāt. Vide
antur etiā nō ſolū eccleſia ſed etiā ⁊ dom⁹ quaꝫ
inhabitat: ſi indiget reparatiōe: ⁊ operam det
ad hoc cū ſacerdote ⁊ pplo prout fieri pōt. Vi
deat ēt īuentariū de rebus tā eccleſie q̄ ſuppel
lectilibus dom⁹: ⁊ ſi ꝯſeruauit ſibi ꝯſignata: vl̄
diminuerit: q̄ ex cā ⁊ ſi aliqd īmobile aliēauit.

De viſitatione .§.i.

aūt eccleſiaꝝ ſine cura ⁊ oratoriū habētiū alta
re ⁊ campanā. Primo ingrat qs fundauit di Primo
ctā eccleſiā vel oratoriū ⁊ a quāto tpe citra ⁊ ad
quē ſpectet īſtitutio vel deſtitutio ei⁹: ſeu refor
matio ⁊ ꝯfirmatio q̄n vacat. Ingrat etiā in cu Scđo.
ius eccleſie parrochia fundatū eſt dictū oratori
um: ⁊ ſi fuit fundatū de ꝯſenſu ſacerdotis paro
chialis ⁊ auctoritate epi. Itē ingrat ſi dicta ec
cleſia vel oratoriū tenet ad aliquem cenſū vel
onus: ⁊ qđ ſit illud ⁊ cui dz ſoluē ſi eccleſie par
rochialis vel alteri: ⁊ ſi ſoluit de tpe in tempus Tertio.
Querat etiā q̄uo ⁊ q̄liter ſe hēat rector in offici
ando dictā eccleſiā vel oratoriū: cū qđlibet bn̄
ficium etiā ſine cura det p̄pter officiū plus vel
minus exercēdū quo. ſ. ad officiationem eccle
ſie ſm̄ quātitatē reddit⁹. Nā quantū ad horas
quātūcūq₃ minimū ſit bn̄ficiū ad ipſas tenetur
vn̄ ⁊ de hoc iterrogetur ſi dicit. Itē ingrat de quā quarto.
titate redditnū: ⁊ in qb⁹ ꝯſiſtāt ⁊ q̄uo diſpēſen
tur: ⁊ ſi poſſeſſiones bn̄ gubernent: aut aliquid
ſit alienatū ſine legitima cā. Itē de paramētis Quito.
calicib⁹ ⁊ alijs ornamētis eccleſiaſticis ⁊ libris
quot hz vel calices ⁊ q̄lia. Item ſi hz p̄ſonas ⁊
quos hz. De eccleſijs curatis ⁊ nō curatis ⁊ re
ctorib⁹ eaꝝ ⁊ p̄ſonis: ⁊ qđ ptineat ad eos ⁊ de
ꝯuerſatione ⁊ moribus clericorum ⁊ de modo
cure ⁊ confeſſionibus audiendis. habes ſupra
titu. de confeſſionibus per totum.

De viſitatione .§.ij.

monaſterioꝝ ⁊ eccleſiaꝝ regularium tā mona
chorum q̄ monialiū ⁊ inqſitiōe. Primo inter
rogandus eſt abbas ⁊ prior vel abbatiſſa ⁊ pri
oriſſa quoad moniales ſoli in p̄ntia tn̄ aliquoꝝ
de familia epi qui ſunt pſone mature ⁊ mode Pri
ſte vt vicarius eius: ⁊ alijs ex canonicis vel ca
pellanis: qui defectus quos audiunt occultos

Scdo. alijs nõ reuelẽt. Deinde interrogent ſigillatim ſingulos monachos vel moniales in caplo vel alio loco honeſto. Primo ergo q̃rat a maiori/bus quot ſint monachi in dicto monaſterio: vl' canonici regulares vel moniales: ⁊ quot debẽt eſſe: ⁊ ſi numerus eſt ibi ↄſtitutus: quã regulaꝫ ꝓfitenſ: quot ſunt ibi profeſſi vel ꝓfeſſe ⁊ noui/tij vel nouitie: ⁊ ſi habitus ꝓfeſſoꝝ eſt diſtinctꝰ ab habitu nouitioꝝ vel indiſtinctꝰ. Si faciunt ꝓfeſſionẽ tpe ↄgruo. Si obſeruãt regulã quaꝫ ꝓfeſſi vel ꝓfeſſe ſunt: ⁊ ꝑcipue quoad ſubſtan/tialia vota: vt paupertatẽ caſtitatẽ ⁊ obediẽtiaꝫ Si obſeruãt eam quoad cerimonialia: vt ſilen/tiuꝫ: obſeruatio ieiunioꝝ: abſtinẽtia ab eſu car nium extra infirmitatẽ: ⁊ vſu laneoꝝ in camiſi is ⁊ linteaminibus nõ lineoꝝ ⁊ alia hmõi. Si hñt aliquã diſpenſationẽ ſuper his ex ↄſtitutio nibus ſuis approbatis vel a papa. Et ſi hñt ali/quas ↄſtõnes vltra regulã approbatas: ⁊ ſi eas obſeruãt. Nã ꝓfitentes regulã btĩ Benedicti tenenſ ad ꝑdicta cerimonialia obſeruãda. Sed ꝓfitentes regulã Aug. canonici regulares ſeu monache ad illa nõ tenenſ cerimonialia que ſu pra dicta ſunt. ſcꝫ abſtinẽtia a carnibꝰ ⁊ lineis: niſi ex ↄſtõnibꝰ ad regulã additis ad hoc obli/garenſ. Si eccleſia dicti monaſterij hꝫ curã ani maꝝ inquiraſ ſi diligẽter exerceſ talis cura: ⁊ ꝑ quẽ vtrũ per monachũ vel pſbyteꝝ ſecularem qđ fieri dꝫ ſcꝫ per ſacerdotẽ ſecularẽ magis q̃ꝫ per monachũ vel regularẽ niſi exercitiuꝫ talis cure haberẽt a papa vel epo ⁊ abbate. Et inqui ratur ſi deputatus ad talẽ curã ſcit ea que ad ip ſam ꝑtinent vt dictũ eſt ſupra in corpe huius ca

Tertio. pituli. ¶ Itẽ inquiraſ ſi hore canonice ⁊ miſſe debitis tpibus celebrenſ cantando vel legẽdo ⁊ debito modo ſine diſſolutionibꝰ ⁊ cõfabulati onibꝰ: ⁊ ſi oẽs ↄueniũt ad offm̃ vel remanẽt ex negligẽtia: et qui vel que ⁊ q̃ꝫ frequenter. Et ſi omittũt offm̃. Si hñt officiales diſtinctos: vt ca merariũ ſacriſtã: cellerariũ. Et tales iterrogenſ de officijs ſuis ſi diligẽter exercent ⁊ fidelr tra/ctant bona monaſterij. ⁊ ſi teneſ cõpetẽs introi tus ⁊ exitus ⁊ reddiſ rõciniũ pluries in anno ꝑ camerariũ ſeu ꝓcuratorẽ corã prelato ⁊ aliqui/bus ex ſenioribꝰ monaſterij. ¶ Interrogentur

Quarto etiã de quãtitate redditiuũ monaſterij ⁊ in qbꝰ ↄſiſtant: ⁊ ſi bñ diſpenſanſ: ⁊ ꝙ nullus vel nul/la det aliqđ ↄſanguineis vel alijs ſine licẽtia ſu perioris. ſed nec etiã ipe ſupior abbas vl' prior vel abbatiſſa det bona monaſterij mobilia vel ĩmobilia ſine ↄſenſu capli ⁊ rõnabilr. Itẽ ſi ſũt aliqua alienata ex bonis imobilibus ſine cã rõ nabili ⁊ forma debita: ⁊ ↄſenſu capli ⁊ epi. Si ſiũt reparatiões neceſſarie in monaſterio ⁊ do mibus eius: ⁊ cultiuatiões poſſeſſionũ. ¶ Itẽ

Quinto. inquiratur de libris calicibꝰ: ⁊ paramentis or/namentis ⁊ alijs ꝑtinẽtibꝰ ad eccliam: ⁊ ſi dili/gẽter ⁊ mũde teneanſ ⁊ reſarciãſ ⁊ alia hmõi ꝓut dictũ eſt. ſ. in corpe capituli. Item ſi abbas ſeu prior vel abbatiſſa corrigit defectꝰ delinq̃n tium ⁊ ſi tenet caplm ⁊ q̃ꝫ ſepe. de quo dñt iter/rogari magis ſubditi ⁊ ꝑcipue ſeniores q̃ꝫ ipe ꝓlatꝰ vel ꝓlati. Sed a ꝓlato iq̃ri dꝫ quõ ſbditi vl' ſbdite ſint ⁊ obediẽtes ſeu reuerẽtes. Et ſi ibi ẽ aliquis vel aliqua ꝓprietarius vel ꝓprietaria: ⁊ ſi ſint ibi aliqui ſcãdaloſi vel rixoſi. Si ꝓuide tur infirmis in neceſſarijs ⁊ in viſitatiõibꝰ ⁊ ſa cramẽtis. Et ſi oĩa hñt in cõi. ad qđ iducat quã tum põt. Et ſi dormiũt oẽs in eodẽ dormitorio

Sexto. ⁊ comedunt in eodẽ refectorio. ¶ Interrogeſ etiã de fama eoꝝ ⁊ honeſtate: ⁊ ſi hñt aliq̃s fa/miliaritates ſuſpectas. Si iniſta iura ⁊ priuile/gia monaſterij bene cuſtodiunſ. Et de debitis quanta ſint. De religioſis ⁊ que pertineant ad debitam conuerſationem eorum et vitam. ha/bes diffuſe titulo. xvj. per totum.

¶ De viſitatione .§.iij.

monialiũ. Quoad monaſteria monialiũ inqui rẽda ſunt abbatiſſa: prioriſſa ⁊ moniales pene de oĩbus de qbus dictũ eſt in. §. ꝑcedẽti. Sꝫ vl tra illa interrogandũ eſt ſi facta eſt abbatiſſa ꝑ aliquã ſimoniã vel prioriſſa ⁊ ſi electa eſt cano/nice ⁊ ↄfirmata. Si cõmiſſa eſt ſimonia in rece/ptiõe monialiũ faciẽdo expreſſas pactiões cuꝫ ↄſanguineis ingreſſe pro ipſa receptiõe. Si ali qua coactio facta eſt alicui ad faciendũ profeſſi onem. Si monaſterium habet debitã clauſurã vt ex nulla parte poſſet aliq̃s ingredi. Unde et circumire debet totũ monaſteriũ vt bene vide/at diſpoſitionẽ edificioꝝ cũ decẽti tñ ſocietate: puta duobꝰ ex ſenioribus vel tribus cum aſſo/ciantibus: cũ qbus ſolus ingredi debet mona/ſterium oĩbus alijs remanẽtibus extra ⁊ cũ ab batiſſa ſeu prioriſſa ⁊ vna vel duabꝰ antiquio/ribus interroget. ſi oſtia monaſterij ſub clauibꝰ clauſa tenentur: quas claues ipſa vel alia hone/ſta ⁊ probata antiqua teneat. Si aliq̃s ingredi tur vel aliqua extra caſum neceſſitatis: vel ſi ali qua egrediſ ſine licẽtia in quo exceſſu ſunt gra uiter puniẽde. Si tenẽt habitũ ↄtinue extra cel las: ſi vtunſ põpa in veſtibꝰ ⁊ velis ⁊ hmõi ad modũ ſeculariũ. In qbꝰ exercitijs ſe occupant honeſtis vel vanis puta faciẽdo reticellas: bur ſas vanas ⁊ hmõi. Si comedũt ſimul habẽtes lectionẽ in mẽſa. Sup oĩa ſi hñt aliquã familia ritatem cum religioſis clericis ⁊ laicis non cõ/ſanguineis que deprehẽdiſ ex frequẽti eoꝝ ad inuicem locutione ſine cauſa vrgenti ⁊ ex lite/rulis ⁊ ambaſiatis ⁊ muneribꝰ: que omnia de/bent abſcindi ⁊ ordinari: vt monialis preci/pue iuuenis non ſola loquatur ad crates ſed in

ꝑſentia ꝛ auditu alicuiꝰ honeſte monialis ſm
ordinationē ſuperioꝝ. Inquiraſ etiā quis ſit
ꝯfeſſor earū ꝛ q̄lis ſi bone ſame ꝛ ſufficiens ad
directionē eaꝝ quis etiā ſit ꝓcurator earum: in
tp̄ibus quotiēs in anno confitentur ꝛ cōmu/
nicant: ꝛ ſi que remanent ꝛ huiuſmodi.

De viſitatiōe .§.iiij.

hoſpitaliū. Queraſ primo ſi habeat patronuꝫ
vl' patronos ꝛ quos. Quantos redditꝰ habeat
ꝛ ad qd ſit deputatū ad gubernādū infirmos:
vel ad ſuſcipiendū ꝑegrinos. Si hoſpitalariꝰ
eſt inſtitutus a patronis ꝛ ꝯfirmatus ab ep̄o: ſi
ei ſubditū eſt. Si aliqd alienatū ē ex bonis im/
mobilibꝰ hoſpitalis indebite. Si aliqs vſurpa
uit vel detinet bona ipſius qḋ aliqñ faciunt pa
troni vel vicini: ſi reddit̄us bene diſpenſanſ. ſ.
pro infirmis vel ꝑegrinis: ꝛ videaſ quot ſunt
ibi lecti ꝛ q̄les: ꝛ cū quibus fulcimentis lintea/
minibus ꝛ hmōi: ſi teneat ea munda. Si hone
ſtā ꝯuerſationē tenet ipſe hoſpitalarius: ꝛ piꝰ
ad infirmos ꝛ pauperes adiuuādos. Si res hꝫ
per inuentariū ꝛ vetuſta innouat de tēpore i tē
pus. Si iſtrumēta ꝛ alia eiꝰ bona ꝯſeruat. Si
eccleſiā vel capellā hꝫ. ꝛ quis eā officiat: ꝛ cū q̄
redditu: ꝛ ꝙ ꝓuideaſ infirmis de ſacramentis
cum expedit: ꝙ ſi notabiliṫ d̄ficeret remoueaſ.
De hoſpitalarijs habes ſupra. ti. xj.

De ſocietati .§.v.

bus laicoꝝ que reperiunſ in multis eccleſijs.
Queraſ p̄mo ſi habenſ aliqua capitula ꝛ ſi ſūt
approbata per dioceſanū: ꝛ illa examinenſ. vt
ſi qua ſupſtitioſa vel incōgrua ibi habenſ: qḋ
aliqñ accidit puta in faciendo miſſas cātare de
mortuis diebus dñicis ꝛ feſtiuis: vel faciendo
congregationē qñ celebranſ diuina officia in
eccleſijs ꝛ hmōi. Et ſi exigiſ iuramentū pro ob
ſeruatione illoꝝ bonoꝝ oīa talia remoueātur.
Inquiraſ ſi hꝫ aliquos redditus ꝛ q̄les ꝛ quan
tos: ꝛ ſi eos bene diſtribuūt pro reparatione ec
cle vel luminaribꝰ vel elemoſynis vel ſibi vſur
pāt. Vñ ꝛ faciat vidē cōputū ſinglis ānis itroi
tus ꝛ exitus coram ſacerdote eccleſie. Iteꝫ ſi di
cta ſocietas habet calicem m' ſale: ꝛ alia orna/
mēta: et ſi bene ꝯſeruat ꝛ hmōi. Poſtq̄ viſita
uit eccleſiaꝫ epiſcopus recedens dicat in eccle
ſia: de profundis pro defunctis aſpergendo ſe
pulchra aqua benedicta cum verſ. conſuetis.
ꝛ Pater noſter. ꝛ oratiōe abſolue. aliqui tamē
hoc faciūt in ꝑncipio viſitatiōis ſed nō eſt vis
ſm q̄dā eſt ꝯſuetudo loci. De his iterrogatorijs
tractat Hoſti. in ſūma. ꝛ plenꝰ Guil. i ſpeculo.

Circa materiā .§.vi.

viſitationis ꝛ procurationis. Inno. in. c. vene/
rabili. ex. de cen. diffuſe proſequiſ materiam. ꝛ
Hoſt. in. c. ꝓcurationes. que no. Ioā. an. in no/
uellis ponēs caſum. ſup quo format q̄ōnem ꝛ ē
talis. Epiſcopus educen. acceſſit ad monaſteriū
ſancti Martini in ſua dioceſi ſitū: mandās ab/
bati ꝛ ꝯuentui ꝙ pararent ſe ad ipſum recipiē/
dum ꝛ ꝓcurandū q: intēdebat eos viſitare. Re
ſpondit abbas. ꝙ nullo mō ſe ad viſitationē et
ꝓcurationeꝫ pararet: q: ipſe ꝛ monaſteriū ſuuꝫ
ſunt exēpti a ſua iuriſditiōe: ꝛ appellauit ad ſe
dem ap̄licam ſi aliquo mō monaſterium graua
ret hac occaſione adduc̄ēs ꝙ corā ipſo vel coraꝫ
papa ſi ei magis placeret: paratus erat probare
ſuā exēptionē. Epiſcopus v̄o non obſtantibus
ꝑdictis excoicauit abbatē ꝛ interdixit ꝯuentū.
Poſtea venit abbas ꝛ egit ꝯ̄ ep̄m de iniuſta ex
coicatione: vel potius nulla ꝛ petit abſolui ad
cautelā. Arguiſ multū diffuſe pro ꝛ ꝯtra abba/
tem ꝛ ep̄m. demū ſic ſoluit. Si ep̄s exequēs of/
ficiū ſuum. vt diciſ in themate: vadat ad aliqḋ
monaſteriū viſitādū in cuius poſſeſſiōe ſit viſi
tandi quātumcūqꝫ abbas monaſterij allegat ſe
exēptum. ꝛ hoc ipſuꝫ offerat ſe ꝓbaturū: dūmō
ep̄s ſciat ſe quaſi poſſeſſionē habere: que nō po
tuit amitti ſine animo eius. ꝛ eo ſciēte ſi per ſe
poſſidebat. ff. de acq. poſ. l. ꝑegre. et quātūcūqꝫ
ꝯ̄dicat vel appellat abbas: ſemꝑ viſitabit ep̄s.
Et ſi ꝑtinaciter renuat: materialibus armis de
fendat ep̄s poſſeſſioneꝫ ſuā. de hoc no. de imu/
eccle. c. j. ꝛ etiā ſpūalibus armis. i. cēſuris. vt ḋ
preſcrip. c. cū ex officij. Idem videſ ſi incōtinen
ti ep̄s recuperet poſſeſſionē. vt de reſti. ſpol. ca.
olim. Nam ſm iura ciuilia lꝫ vnicuiqꝫ ſibi ius
dicere in his caſibus ꝛ in q̄buſdā alijs qui no/
tanſ in glo. generali. C. qñ lꝫ cuiqꝫ ſibi ius di/
cere. ſi aūt eſſet in quaſi poſſeſſione talis iuris q̄
potuiſſet amitti etiā ignorāte ep̄o. vt ſi aliquod
ius per ꝓcuratorem poſſidebat q: id bñ amit/
teret ep̄s etiā ignorās tūc bene pōt differre vti
iure ſuo ſi vult: ꝛ ſi nō vult vteſ illo iure ꝛ ꝯ̄di/
ctores excoīcabit. Et ſi poſtea apparebit corā il/
lo iudice corā quo agitur de iniuſta excoicatio
ne ꝙ adhuc tp̄e excoicationis erat in poſſeſſio/
ne viſitādi vel alterius iuris rata manebit ſen/
tentia. Si v̄o apparebit ꝙ nō poſſidebat tp̄e ex
coicationis reuocabiſ ſnīa. ꝛ tñ nō punieſ ep̄s
de iniuſta excoicatione vel nulla. ar. ad hoc de
offi. deleg. c. ex l̄ris. niſi appareat de eius mali/
cia vel craſſa ignorantia que ſatis apparet hinc
ſi abbas ſeriatim modū amiſſe poſſeſſionis di/
cebat: ꝛ hoc ei oſtēſurum offerebat. Nec obſtat
huic opi. ꝙ dr̄: q: ſnīa excoicationis nō dꝫ ferri
ſine cauſe cognitiōe ꝛ ſine monitiōe: q: illḋ hꝫ
locū qñ ꝓcedit vt iudex. hic aūt ꝓcedit vt pars q̄
iura ſua defendit mucrone ſuo ſpūali. nā ꝛ alſ
ſine cāe cognitiōe ꝛ monitiōe ꝓcedit vt iudex.
hic autem

hic aũt pcedit excoicatio. vt de offi. or.c.ſi ſacer
dos.ꝛ.v.q.j. qdẽ.ſemp tñ mũitio vr neceſſaria.
vt de ſen.exco.c.ſacro. Immo vt dicebat Hoſt.
iuſta cã ſubeſt.q:.ſ.non admittit eps ad viſita
tioné que ſibi ex iure debetur.nec eſt neceſſaria
monitio.ex quo abbas dicit ꝙ nõ ſuſcipiet euz
cũ per hoc pbet ei ɔtumacia. Nã in certis nõ i
icertis locus eſt ɔioctuſio.ff.de re.iur.l.ɔtuma
cia. Et p hoc ꝙ eps exequẽs officiũ ſuũ viſitãdi
nõ admiſſus põt ſine alia monitione excoicare
rebelles.vt de pſcri.c.cũ ex officij. Sz ſi nõ exe
quẽs offm ſuũ viſitãdi.ſz in iudicio vult agere
eps ɔ abbaté ius ſibi eẽ viſitãdi monaſteriuz il
lud.dz eligere arbitros cũ abbate qui hãc cãm
dirimãt.xj.q.j.ſi clicus. Et eps coget abbaté ad
arbitros eligẽdos.xj.q.j.pueniſt.ꝛ de of.deleg.
c.ſuſpitioſis. Si aũt ɔ aliũ ageret qui dic̃ ſe viſi
tationẽ epalez hẽre in dicto monaſterio: conue/
nire eũ corã iudice rei.ff.ad munici.de iur ꝛ cu
rato.l.j. Itẽ corã metropolitano monaſterij.ſm
Hoſt. Si aũt valet excoicationis ſnia.qñ cõſtat
monaſteriũ in dioceſi epi eſſe ſitũ.ſic vt dicẽdũ
qñ monaſteriũ in alia dioceſi eẽt ſitũ.dũ tñ eps
faciat ꝙ ſit in qſi poſſeſſione iuris viſitãdi illiũ.
qḋ ſi hoc corã ſupiore nõ pbet:facilis erit ſupe
rios ad credẽdũ.ꝙ mala fide tulit excoicationis
ſniam:ꝛ ad ipſuz epm puniẽdũ qḋ nõ eẽt ſi in
ſua dioceſi ſitũ eſſet pſumptione iuris epz reue
lante. Et hoc no.de vb.ſi.c.ex pte pmo. Ex pdi/
ctis pz.ꝙ eps cui iura epalia que poſſidet dene
gant:caute ꝛ prudẽter agit ſi vt pars:ꝛ nõ vt iu
dex pcedat:q: ſic nõ aſtringit ad iuris ordinez
obſeruandũ. Itẽ q: ex hoc ſe reũ ɔſtituit ꝛ con/
ſeruat ꝛ aduerſariũ actorez facit qui neceſſe hz
cõqueri de iniuſta excoicatiõe.vel nulla.vt de
of.or.c.ad reprimẽdaz.ꝛ ſic in dubio abſoluet
eps.q: fauorabiliores ſunt rei ꝙ̃ actores.ff.de
re iudi.l.fauorabiliores. Ubi vero eps nõ tan/
quã ordinarius vel ius ſuũ pſequens.ſed qua/
ſi delegatus a papa vel alio.deſcendit ad aliqḋ
monaſteriũ viſitãdũ quãtũcũqꝫ ſit delegat᷒.in
veritate tñ nũqꝫ eſt admittẽdus de neceſſitate
iuris.niſi fidẽ faciat de ſua delegatione nec aſt
tenet excoicationis ſnia ab eo lata.vt.C.de mã
da.pn.l.vnica.imo ꝛ reſiſti poteſt.ꝛ pbat in eo
qḋ nota.de of.dele.c.cũ in iure.excipe legatuz
aplice ſedis de latere mãſe quãtũ ad pcuratio/
nẽ.di.xcvij.c.nobiliſſimus qui ꝛ in multis pri
uilegiatus exiſtit.vt pz in eo qḋ legitur de offi.
dele.c.officij.li.vi. Sz qd ſi delegato ab epiſco/
po vel metropolitano dicat abbas.ego ſum ex/
emptus ꝛ in poſſeſſione libertatis. Rñ.ſi dele/
gatus videat ꝛ ſentit delegantẽ a quo cãm ha/
bet viſitãdi eſſe in poſſeſſione viſitãdi.non ob/
ſtante hoc viſitabit ꝛ excoicabit.vt ar.ſi.pẽ.c.j.
¶ Sed qd ſi eidẽ delegato vel ordinario viſi
tare volẽti obijciatur ꝙ eſt excoicatus ꝛ proba/
tio ſuper hoc offerat:ꝛ q: non admittit. appel/
latur. Rñ.iuſta eſt appellatio.vt de ap.c.interpo
ſita. Et per ɔñs ſnia excoicatiõis poſt appellatõe
lata nulla eſt.de offi.deleg.c.cũ olim. Et ex his
pz.ꝙ viſitans non tenet admittere exceptionẽ
exẽptionis.ꝛ tamẽ tenetur admittere exceptio
nem excoicationis.quãuis aũt quidã dixerint
ſupradicta tm̃ locũ habere vbi quis exequit of
ficiuz ſuũ vel exigit ſibi debitũ iure ſcripto vel
ɔſuetudine. Alij tamẽ dicunt ꝛ forte melius.ꝙ
vnũ ſqſqꝫ eps id qḋ iuſte poſſidet.quodcũqꝫ ſit
illud põt defendere per excoicationis ſentẽtiã.
quãtũcũqꝫ ꝛ qualitercũqꝫ alius ɔdicat:ꝛ de iu/
re ſuo pbationes offerat. Verbi grã. Aliqs eps
poſſidet aliquem fundũ.vult colligere fructus
eius.aliquis ſe opponit:dicẽs. Dñe nõ colliga
tis iſtos fructus.q: fundus eſt meus nõ veſter.
vel q: ego poſſideo nõ vos. Et hoc coraz vobis
me offero pbaturũ. Uriqꝫ ppter aſſertionẽ:vel
ɔdictionem:ſeu pbationis oblationẽ vel appel
lationẽ:ſi ppter hoc fieri ɔtingat non dimittat
eps quin fructus colligat:ꝛ qui excoicet oppo
nentẽ:ſi ipſuz in ſua poſſeſſione pturbet vel in/
quietet.ꝛ tenebit excoicationis ſnia.dũmõ vez
ſit ꝙ eps ſit in poſſeſſiõe ipſius fundi.ſecus eẽt
ſi eps non poſſideret ſed alius.lz in veritate ad
epm pprietas fundi ptineret. Tunc enim lz poſ
ſeſſori ɔdicere ꝛ appellare ꝛ etiã armis reſiſtere
epo violẽto. Et eſt rõ.q: poſſeſſor nõ eſt violen/
ter eijciẽdus de poſſeſſione ſua qui põt ɔ̃ſende
re ꝛ vim vi repellere.C.de rei vẽ.l.ſi. Sed ꝛ ſua
quãuis de pprietate liqueat tñ per viz recupa/
re nõ lz.C.vñ vi.l.ſiqs in tantã.ꝛ.xvj.q.iij.pla/
cuit. Sz quõ adaptabit iuri ꝙ eps petat aliqd
tanqꝫ pars.ꝛ excoicet renuẽtez. Si enĩ dicis ꝙ
excoicat vt pars ꝛ puatus ſicut etiã petit.ſic nul
la eſt ſnia.q: vt puatus excoicare nõ põt. Si au
tem excoicat vt iudex ſic ſnia eſt iniuſta q: non
dz in ppria ꝛ priuata re iudicare.vt dictũ ẽ.ẽ.
Tum etiã q: ꝛ qualitati ꝛ forme dz ſnia ɔueni/
re.vt no.de or.cog.cũ dilectus. Dicendũz igit
ꝙ vt eps põt petere ꝛ pcedere in his que notori
ria ſunt ꝛ vt eps excoicare.ſup quo vide qḋ no
ta.de in.ca.c.ſi.ꝛ de teſtib᷒.c.inſup.vſ.inſtitua
tur cũ remiſſis ſuis. No.in ſi.glo.circa ſi.dr.ꝙ
eps etiã cũ viſitat ecclias ciuitatis vel monaſte
ria.ꝛ reuertit ad domuz ſuã.puta q: ppinquat
illis eccliis debet ei pcuratio ſm Hoſt. Et eſt ra
tio ſm Hoſt.q: qui ſeminat ſpũalia:carnalia.i.
tpalia:dz metere.ꝛ q: pcuratio eſt annexa viſi/
tationi vt ex̃ de cen.c.cum venerabilis.

¶ De procura/ .§.vij.

tionibus fiendis legitimis nũcijs aplicis ꝛ ali/
is platis ſic dr ex̃ de cẽſi.c.cũ inſtantia. Cũ ode

eccleſie legatis ⁊ nūcijs ſedis aplice ꝓcurationes impēdere teneant᷑. ab earū preſtatione nullam volumus hṁōi excuſationē. niſi forte ꝑ ſpāle priuilegiū ſedis aplice. qḋ nō credimus ſint exēpte etiā ſi longo tpe ꝓcurationis obſequiū nō impēderint. cū in talib᷒ pſcriptio ſibi locū nequeat vēdicare: q: nos a ꝓuiſione paſtoralis ſollicitudinis circa oēs ecclias nūq̄ aſpicē mētis oculo ceſſamus. Inno.iij. idē in ꝯcilio gīnali. Procuratiōes que rōne viſitationis debētur epis. archidiaconis vel qbuſlibet alijs. etiā ſedis aplice legatis aut nūcijs: abſq̄ manifeſta ⁊ neceſſaria cā nullaten᷒ exigant᷑: niſi qñ pſonaliter officiū viſitatiōis ipendūt. ⁊ tūc euectionū ⁊ ꝑſonarū mediocritatē obſeruēt in lateran. concilio. diffinitā hoc adhibito moderamīe. vt cum oportuerit eos apud aliquē locū aliquā morā facere neceſſariā: ne locus ꝓpter ipos nimiū aggrauet᷑: ꝓcuratiōes recipiant moderatas ab alijs eccleſijs vel pſonis que nōdū fuerūt de ſuis ꝓcurationib᷒ aggrauate. de cē. c. ꝓcuratiōes. vbi dicit glo. ſup ṽbo viſitatiōis ⁊ hoc iō dicit: q: triplex eſt ꝓcuratio. Una que debet᷑ viſitatori rōne viſitatiōis. vt hic. ⁊. c. cū venerabilis. Alia rōne ꝯſuetudinis. xvij. q. ij. ſeruitiū. Tertia rōne pacti facti: qḋ appoſitū fuit in fundatiōe eccleſie capelle vel monaſterij. puta ꝙ det rectori eccle prandiū vel enxeniū cere. vel comeſtibilium pſonis ⁊ hṁōi. xvij. q. ij. Eleutherius. Addi pōt ⁊ q̄rta que. ſ. dat᷑ legatis ⁊ nūcijs aplicis etiā cū non viſitāt vt dicet᷑. Et hoc tangit᷑ ſuper ṽbo pſonaliter. glo. vel ēt per aliū cū ipſe interesse nō poſſit ꝓpter latā ⁊ diffuſā diocesim. vt dicit᷑ de of. or. ¶ Circa legatos ingt Jo. an. in nouel. ſup iſto. c. ⁊ ꝙ poſt multa dicit Hoſtiē. ⁊ ſic ſeruat᷑ ꝙ legati ſedis aplice: ſiue ſint de latere ſiue nō de tota legatione ſua leuāt ꝓcurationem ſuā. Nec leuāt illā rōne viſitatiōis: ſ; rōne cōis oneris. vt de ꝓcu. c. cū pro cā. Et legatis nō de latere ⁊ nūcijs curie certā quātitatē taxat ꝑ die. Et hoc facit tā in ſtādo q̄ in itinerādo. Legatis vero de latere taxare ſolet itinerādo. xl. florenorū: ſed nō in ſtādo. Cū eni ſunt in legatiōe ſolēt recipe. xxv. reddituū. vt dī. Et ſic olim illa recipiebāt vbi vna ſola ꝓuincia decreta erat ſic. hodie recipiūt quotcūq̄ ꝓuincias regant. Super ṽbo numerus ꝓcurationū. De his que ꝯſiſtunt in victualib᷒. Nā ſi velit accipe veſtes vel emēda equoꝝ mortuoꝝ. vel expēſas factas in eundo ad locū vel ſilia. hec oīa ꝓter ſupra rōnē exꝑenſaꝝ ad dies. Inno. ſup ṽbo numerū dieꝝ. vt ſi expēdat centū ſolidos in die: ⁊ morat᷑ per decē dies leuet cētū ꝓcuratiōes. ⁊ ſic qnquaginta libras ⁊ nō vltra: ſ; interdū ꝯtra fiat ⁊ recondat᷑ ad ditādū parenteſq; qñq̄ exortis diſcordijs depauperant᷑: imo etiā occidunt᷑ ſm Hoſt.

Procuratio triplex.

eſt vna eccleſia eſt potēs per ſe ſoluere vnā integrā ꝓcurationē. puta cētū ſolidos ſoluat. ſi nō pōt ſoluere niſi qnquaginta iungat᷑ ſibi alia: q̄ ſibi ſit equalis. ⁊ ſic vtraq; faciēt ſimul vnā procurationē integrā legato. Sed qd ſi rector eccl'ie dicat ſe ipotentē. legatus dicat eū potentē. Rñdet Hoſt. aut euidēter liquet de potētia ſm cōmunē famā. arg. ff. de ſtu. l. j. ⁊ tunc cōpellatur. Aut euidēter liquet ꝙ eget. ⁊ ſic nō cōpellatur. Aut dubitat᷑. ⁊ tunc arg. de ſolu. c. Odoardus. Aut dubitat᷑. ⁊ tunc ꝓlatus ſi vult pōt ab eo exigere iuramētū ꝙ dicat veritatē: ⁊ ſtabit᷑ dicto ſuo. de iureiurā. c. ſi. Aut pōt illū excoīcare: ſi habeat ipſū ſuſpectū ſub hac ꝯditione. ſi in fraudē veri habeat ipſum ſuſpectū. ⁊ relinquet eum ꝯſcie ſue. de iureiur. c. mulieri. cū ſuis ꝯcor. ¶ Sed quid de legatis vel nuncijs metropolitani. ſm Hoſtiē. videt᷑ ꝙ ſint traſeundo per ꝓuinciam ꝓcurandi. allegat de iureiur. c. ego enī. Unde dicebat Innocē. ꝙ qñ archieps pro negocio totius ꝓuincie in aliquo loco morā trahit. erit continue ꝓcurandus. ad hoc de elec. vt preterite. Eadē enī ratio que ⁊ in loco ergo idē ius. Sed diceres. vbi eſt eadē ratio iuris cōis: ⁊ idem ius cōe ſequat᷑. non tñ vbi eſt eadē ratio priuilegij eſt ⁊ idē priuilegium niſi a pncipe impetret᷑. vt de priuile. c. ſi me. Sed rñderi poſſet aliud in ꝓuilegio nō corpore iuris clauſo q̄ clauſo. extra de cen. per totum. abſoluta habentur. lib. vj. vt. c. romana. et ſequentibus de procuratione prelatorum que ſupra declarata ſunt. §. precedenti.

Titulus. xxi. de ſtatu cardinalium ⁊ legatorum.

¶ Cardinales quid ſint reſpectu pape. Cap. j.

d Omini ſunt cardines terre. ⁊ poſuit ſup eos orbē. j. Regū. ij. Et dicit᷑ in catholicō. Cardo dicit᷑ illud in quo mot᷒ oſtij firmatur in claudēdo ⁊ aperiēdo. Un̄ dicit᷑ Prouerb. xxvj. Sicut oſtiū vertit᷑ in cardine ſic piger in lecto. Et dicit᷑ cardo a cardian qḋ eſt cor: q: ſicut cor holem mouet ⁊ regit: ita illḋ regit ⁊ mouet ianuā. Et ꝓpter hoc etiam q̄tuor virtutes dicunt᷑ cardinales: q: per eas vertit᷑ cor humanū: vt claudat᷑ vitijs ⁊ aperiat᷑ virtutibus: q̄ ꝓmaxime virtutes debēt in cardinalibus relucere inherētes firmiter oſtio qui eſt xp̄s. vt. Jo. x. ego ſum oſtium. ac etiā pape qui eſt vicarius xp̄i: vt per ꝯſilia ⁊ ſancta opa eoꝝ aperiat᷑ fidelibus regnū celoꝝ. Sūt ergo pape ſunt cardines terre. q: ſ. cardinales hṅ aſſiſtentes ſibi. Moraliter terra eſt eccleſia ſancta ⁊ ꝓpter ſui firmitatem. Eccle. j. terra in eternū ſtat. Et ꝓpter bonorum operū multiplicē fertilitatē. Gen. j. Germi

net terra verbā virentē ⁊c̄. Et pᵖpter ſui humili
tatē celū ſurſuȝ ⁊ terra deorſuȝ ab oībus cōcul
cata ⁊ ſubdit̄ī influxui celoꝝ. Cardines huius
terre ſunt cardinales. q2 ſicut in cardine vertiť
totū oſtium: ita in cardinalibus vertunť nego
cia conſultabilia eccleſie vel mundi. aſſunt enī
pape vt familiares ⁊ ꝯſiliarij: oſtēdunt eni pa
pe cardinales diuerſas vias ſup negocijs ꝓpo
ſitis ſup q̄bus ꝯſiliū vult accipere: ⁊ poſtea ad
ipm papā ſpectat eligere ⁊ determinare: quod
magis eccleſie videtur expedire. Dicuntur au
tem eſſe domini tripliciter.

¶ Primo q2 ſunt domini vel peculiares per
perfectam bonitatem.

¶ Secundo quia ſunt domini pape fratres et
familiares per eximiam dignitatem.

¶ Tertio q2 ſunt dn̄i mundi gubernatores ꝑ
conſultabilitatem. ⁊ ſic cardines. i. cardinales
eccleſie ſunt domini: ⁊ poſuit dn̄s ſuper eos or
bem. ſ. ad gubernandū per eorum conſilium.

¶ Quantū ad pri . §. i.

mū cardinales ſunt. i. debēt eſſe dn̄i vel amici
ſingulares per vite ꝑfectionē: vt ſicut ꝓcellunt
alios in dignitate: ita excellāt in ſctitate. Et q̄s
virtutes ⁊ ſctitates debent hr̄e ponit Bern̄. ad
Eugeniū. iu. dicēs. Ueniamus ad collaterales
tuos ⁊ coadiutores: hi ſeduli tibi hi intimi ſūt
quāobrē ſi boni ſunt: tibi potiſſimū ſunt: ſi ma
li eque plus tibi ne te dixeris ſanū dolentē late
ra: hoc eſt ne te dixeris bonū malis innitētem.
De cardinalibus. Aut ſi bonus ſis bonitas tua
ſolitis quē fructū afferre pōt: ⁊ hi q̄dē quos tu
nō elegiſti ſed ipſi te: ꝑtātez nō habēt niſi quaȝ
tu eis aut tribueris aut ꝑmiſeris. Tibi imputa
q̄cq̄d patieris ab eo: qui ſine te pōt facē nihil.
His exceptis de cetero nō incōſiderate eligēdi
quicq̄ ſeu colligēdi ſunt in opus miniſterij hu
ius. Sane huic negocio nō ſe ingerat rogans
ꝯſilio nō prece agendū eſt: adulantē ⁊ ad placi
tuȝ cuiuſcū ꝑloquētēȝ vnū de rogātibus puta
etiā ſi nihil rogauerit. Pari pōdere exiſti aue
ris eius humilitate: qui timet ⁊ eiꝰ qui ſperat.
Itaq̄ non volētes nec currētes aſſumito ſȝ cun
ctantes ⁊ renuentes etiā collige illos: ⁊ cōpelle
intrare. In talibꝰ vt opinor: requieſcet ſpūs tuꝰ:
qui nō ſunt attrite frōtis: ſed verecūdi ⁊ timo
rati: preter deū nīl timeant nihil: nihil ſperēt ni
ſi a deo qui aduentātiū nō manus attentāt ſed
neceſſitates qui ſtent viriliť pro afflictis: ⁊ iudi
cēt in equitate pro māſuetis terre. Qui ſint cōpo
ſiti ad mores ꝓbati ad ſanctimoniaȝ parati ad
obedientiā: māſueti ad patientiaȝ: ſubiecti ad
diſciplinā: rigidi ad cenſurā: catholici ad fidē:
fideles ad diſpenſationē: ꝯcordantes ad pacem:
ꝯformes ad vnitatē. Qui ſunt in iudicio recti:
in ꝯſilio ꝓuidi: i iubēdo diſcreti: i diſponēdo
induſtrij: in agēdo ſtrenui: in loquēdo modeſti:
in aduerſitate ſecuri: in ꝓſperitate deuoti: in ze
lo ſobrij miſericordia nō remiſſi: in ocio nō ocio
ſi: in hoſpitio nō diſſoluti: in ꝯuiuio nō effuſi:
in cura rei familiaris nō anxij: rei aliene nō cu
pidi: ſue non ꝓdigi: vbiq̄ ⁊ oībus circūſpecti.
Qui legatiōe pro xp̄o fungi quotiēs opus erit
nec iuſſi renuāt: nec nō iuſſi affectēt. Qui quod
verecūde excuſant: obſtinatiꝰ nō recuſent. Qui
miſſi poſt aurū nō eant: ſed xp̄m ſequanť. Qui
queſtu legatiōe eſtimēt: nec requirant datū ſed
fructū. Qui regibꝰ Iohānem exhibeāt: egyptijs
Moyſen: fornicātibus phineen: Helyaȝ idola
tris: Heliſeū auaris: Petrū mentiētibꝰ: Pau
luȝ blaſphemātibus: ⁊ negociātibus xp̄ȝ. Qui
vulgus nō ſpernāt: ſed doceāt. diuites non pal
pent ſed terreāt. pauperes nō grauēt ſed foue
ant. minas ꝑncipū nō paueāt ſed ꝯtēnant. qui
eccleſias nō ſpoliēt ſed emēdent. qui marſupia
nō exhauriāt ſed corda reficiāt ⁊ crimina corrigāt:
fame ꝓuideāt ſue nec inuideāt aliene. Qui ordi
di ſtudiū gerant ⁊ vſuȝ habeant: ac de re omni
plus fidant orōni q̄ȝ ſue induſtrie vl̓ labori: quo
rū ingreſſus pacificus modeſtus exitus ſit. quo
rum ſermo edificatio ſit vita iuſta pn̄tia grata
memoria in bn̄dictione. Qui ſe humiles cum
humilibꝰ: ⁊ cū innocētibꝰ inocētes: duros du
re redarguāt: malignātes coerceāt reddant re
tributiōeȝ ſupbis. Qui nō de dote vidue vl̓ pa
monio Ieſu xp̄i ſe vel ſuos ditare feſtinēt: gra
tis dātes q̄d gratis acceperūt: gratis facientes
iudiciū: iniuriā patiētibus. vindictā in natiōi
bus: increpationes in ꝑplis. Qui ad te redeūt
fatigati quidē: ſȝ nō ſuffarcinati ſimul ⁊ gloriā
tes. Nō q2 curioſa ſeu ꝑcioſa q̄ȝ terraꝝ attu
lerit: ſȝ q̄ reliq̄rit pacē regnis leges barbaris
getē monaſterijs: eccliijs ordinē: clericis diſciplinaȝ
deo ꝑplm acceptabilē: ſectatorē bonoꝝ opeꝝ.

¶ Quantum ad . §. ij.

ſcōȝ dicit Aug. de ancho. in li. de ꝑtāte ecclie. q2
cardiāles aſſiſtūt pape: ſicut apli xp̄o. Apli enī ſūt
nūcupati xp̄i frēs. ſȝ illō ps. Narrabo nomen
tuū frīb9 meis ⁊ ꝑncipes mūdi. ſȝ illō ps. Cō
Tertia opinio. ¶ Tertij dicūt q̄ de neceſſitate ſacri pnie eſt iuriſditio. ſed illa eſt iuriſditio vt dicunt: eſt arbitraria ita. ſ. q̄ in arbitrio pctõris eſt ſubijcere ſe: cui voluerit ſe ſubijcef. ita q̄ quātū eſt de neceſſitate ſacri qlibet a quolibet ſacerdote põt abſolui. Qđ aūt non põt abſolui qlibet a quolibet. hoc eſt ꝓpter p̄ceptū eccleſie. Unde quicūq̄ vadit ad aliū pro abſolutione qnaz deputet papa vel p̄latus peccat. vñ nō conſequif remiſſionē pctoꝝ. Qđ aūt illa iuriſditio ſit arbitraria. ꝓbāt per hoc: q: papa nō põt habere iudicē arbitrariū. Et per hoc q: qlibet in articulo mortis a quolibet ſacerdote põt abſolui. Hāc etiā vt erroneā reprobat. q: ſequeref ex hoc. q̄ ptās iuriſditionis non plus deſcēdit ad inferiores poſitiue loquendo a ſede apłica ꝗ̄ ecõtrario. q: ẽm hāc poſitionē ptās iuriſditionis per ſe loquendo eſt in arbitrio pctõris quātum ad illud qđ eſt ſibi poſitiuum: q: papa vel alij p̄lati per ſe loquēdo nullā curā cõferūt: ſed tollūt impedimēta qbus peccator impedif ab eo: qđ ſibi de iure diuino cõpetit. ſ. ad hoc q̄ eſt poſſe ſubijcere ſe cui voluerit. Ad rõnes aūt dicendū eſt. q̄ papa nō eſt aſtrictus alicui determinato iudici iure diuino vel hūano. lz de iure diuino ſit aſtrict⁹ ſeſe ſubijcere alicui ſi vult habere effectuz ſacri. Uñ ipſe põt ſe ſubijcē cui vult. Omnes aūt alij ab eo in vtroq̄ foro ſunt ſibi ſubditi: ſicut ſuo iudici. Et ideo nullus põt ſe ſubijcere alicui alteri extra periculū mortis: niſi de lnia ſui. ſ. mediate vel imediate.

Quarta opinio. ¶ Eſt ergo q̄rta opinio quā tenet vt verā q̄ de neceſſitate ſacri pnie eſt miniſter habens ptātem iuriſditionis qua confitens ſit aſtrictus ſnie confeſſoris. quaz ptātem debet habere miniſter vł imediate a deo ſicut papa hʒ ſup totā eccleſiaz. Omnes aūt miniſtri alij habēt hoc a papa. vł ab ipſo ſuſcipiēte ſacrm: vel ſubijciēte ſe quantū ad illū qui de iure diuino nulli determinato iudici eſt ſubiectus. ſicut pʒ de pa. Eſt ergo de neceſſitate ſacri pnie iuriſditio miniſtris ſuper

confitente. Hoſti. ¶ Et hoc eſt de neceſſitate diuini precepti nõ eccleſie tm̃: ita q̄ papa hoc tollere non poſſet: nec in ſua pſona nec in alia. Uñ papa nõ põt abſolui ab illo cuius ſñie ſtare nõ eſſet obligatus: ppter qḋ ſi vellet confiteri alicui: vt ſocio aut ſubiecto: ⁊ non vt iudici ſuo: quantũ eſt de effectu ſacri nihil fieret. Sed in hõ differt de papa ⁊ de alijs. q2 vt dictum eſt omẽs alij a papa habent iã iudicẽ determinatũ cui a deo ſunt oẽs alij ſubiecti. ſ. papam vel alium ex diſpoſitiõe pape: mediate vel imediate: ⁊ ideo ſine lnia eius mediata vel imediata non pñt ſe ſubijcere alij. Quod autẽ ſi fiat hmõi ſubiectio ſeu cõfeſſio in articulo mortis cuicũq3 ſacerdoti cũ deeſt ꝓprius: ⁊ hoc intelligitur fieri de licẽtia interpretatiua pape. Sed papa qui nulli eſt pſone dermiate ſubiect⁹: põt i illo foro ſe ſubijcẽ cui vult ad quã ſubiectionẽ tenet ex pcepto diuio ſi ↄtigat eũ peccar̃ mortalr̃. Hec herue⁹.

¶ De ptate eccleſiaſtica ſignata per claues vbi ponunt ſeptem poteſtates. in quibus Petrus precesſit alios apoſtolos. Capl'm. iij.

DE ptãte iuriſditionis. Nota ſm Herueũ in lib. de poteſtate pape q̄ poteſtas iuriſditiõis videtur importare quãtum apparet ex interpretatione ptatem dicendi ius ſiue ſtatuẽdo ſiue ſententiãdo. Nam dicere ius vel iuſtũ põt contingere dupliciter. Uno mõ ſine quacũq3 obligatione ſicut qñ aliquis ſcholaſtice: puta determinando in ſcholis. dicit aliqd eſſe iuſtu3. Et iſta ptãs dicendi ius per hunc modũ nõ eſt illa de qua nũc agit. Alio mõ põt vocari ptãs ius dicendi: vel qñ aliquis h3 ptãtem ſuper aliquos: ſic q̄ poſſit obligare eos ad tenendu3 pro iuſto hoc qḋ dicit: ſiue ſtatuendo ſiue ſñiando. Statuendo quidẽ ſicut qui h3 ptãtem talẽ: ſtatuat ex cauſa rõnabili: vt ieiunet in quadrageſima ipſo facto. q̄ hoc ſtatuendo dicit: h3 rõnem iuſti ſiue debiti fieri: ita q̄ ſubditi illius qui habz talem ptãte3 tenent adherere huic dicto tanq̄ iuſto. Et idẽ eſt in prohibitis. q2 ſubditi tenent vitare ꝓhibitionẽ ab iſto tanq̄ iniuſtũ. Sñiando aũt vt ſi aliqs hñs talem ptãtem aliquẽ ſubditum ſentẽtiet eſſe reũ vel innocẽtem. dictum ſuu3 in tali caſu tenent ſubditi hr̃e pro iuſto vl' pro iure. ⁊ talis ptãs ius dicendi eſt ptãs quam vocamus iuriſditionẽ: ita q̄ ptãs iuriſditiõis põt ſic deſcribi. ¶ Poteſtas iuriſditionis eſt q̄ preſidens alicui reipub. põt dicere ius ſtatuendo vel ſñiando cum obligatione ſubditorũ ad habendũ illud qḋ dicitur pro iuſto. Contingit aũt in his ſtatuendis vel ſñiandis aliqñ poteſtatem iuriſditionis determinari dupl'r. Uno mõ quantũ ad cauſas. ita. ſ. q̄ ipſa poteſtas nõ ſe extendit ad omnes caſus ſed ad quoſdam. Alio modo quantũ ad populum ſubiectũ. ſ. q̄ ſe extendat tm̃ ad populum ⁊ non ad plus.

Dicere ius fit dupl'r.

Ptãs iuriſditionis.

¶ De iuriſditione ſeu poteſtate pape in declarando dubia circa ius diuinũ vel naturale. .§. i.

Sciendũ q̄ quedã ſunt de iure diuino vel naturali. quedã de iure humano poſitiuo. ¶ Quantũ vero ad illa que ſunt de iure naturali vel diuino. iuriſditio ſeu poteſtas papalis nõ ſe extẽdit: ſic videl3 q̄ iſta poſſit mutare: vel etiam dare eis vim obligandi. Et ratio eſt q2 inferior non põt mutare leges ſuperioris: deus autẽ eſt ſuperior ad papa3: ea aute3 que ſunt de iure diuino vel naturali: ſũt a lege dei ſcripta vel menti indita. Unde nõ poteſt eam mutare. xxv. q. i. Sunt quidã. Uerum eſt tamen q̄ in talibus que ſunt de iure diuino vel naturali: ſi eſt aliqḋ dubiũ ad papa3 ptinet auctas declarãdi. Et ſic põt exponi illud. ſ. tibi petro ⁊ cuilib3 ſucceſſori tuo dabo claues. i. poteſtatẽ ad aperiendũ. i. declarandũ regnũ celorũ. i. ſcripturã. ſ. ſanctã. ¶ Ubi ſciẽdũ q̄ declarare dubia in aliqbus põt ↄtingere dupl'r. Uno mõ inq'ſitiue ſeu opinatiue: ſicut põt qlibet ex ingenio vel habitu ingrendo de dubijs alicuius ſcie. Et iſto mõ declarare põt ptinere ad quẽlibet ſciẽtẽ vel doctũ in aliq̃ ſcia. Alio mõ pt̃ accipi declarari cũ auctẽ aliqua. ſic. ſ. q̄ declaratio ſua dẽat hr̃i prova ⁊ firma. ita q̄ ñ liceat oppoſitũ tenere vel opiari. Et iſto mõ ptãs vl' auctas declarãdi pdicta dubia eſt ſolũ apud ſũmũ põtificẽ. Hoc aũt ſic pbat. Op3 eni in eccleſia ponere vnum caput: ad qḋ pertineat declarare illa que ſunt dubia circa q̃cũq3 ad fidẽ ptinẽtia. ſiue ſint ſpeculatiua ſiue agibilia. Cuius rõ ẽ. q2 op3 ponere eccleſiã ſic diſpoſitam. q̄ tota cõmunitas vlis eccleſie maneat in vnitate fidei ⁊ in vna ſñia de fide. Sed hoc nõ poſſet eſſe niſi tota cõitas eccle hẽret recurſum ad vnũ caput ſ. pſidentẽ. apud quẽ eſſet auctas declarãdi dubia. Conſtat aũt q̄ in eccl'a nõ poſſet eſſe aliqḋ tale caput niſi ſolus pap. g̃ ad ipm ptinet hmõi declarare dubia. Et ſi obiciat ↄ hoc q̄ cũ papa ſit ſingularis pſona potẽs peccar̃ ⁊ errare. apḋ aũt ptãte3 errantẽ nõ d3 eẽ auctas ↄ quã non liceat opinari. Rñdendũ. q̄ l3 papa vt ſingularis pſona ⁊ ꝓprio motu agẽs poſſit errare. ſicut dr̃ de illo leone ↄ quẽ iuit Hylarius pictauieñ. ad ↄciliũ generale. tñ papa vtẽs ↄcilio ⁊ requirens adiutoriũ vlis eccleſie deo ordinãte q dixit Petro. Pro te rogaui vt nõ deficiat fides tua nõ pt̃ errare. Nec põt eſſe q̄ vlis eccl'a tãq̄ vera3 recipiat aliquod erroneũ. Nec tamen papa ſic vt ſingularis perſona ſñiam erroneã teneat. ſequit q̄ auctas eius obliget ad illã ſñiam tenẽ

Dubia declarat

dam nec ꝙ auctoritas illa ſibi erranti ſubtraha
tur. ſʒ etiã ꝙ auctas ſua nõ hẽat locũ obligãdi
in tali caſu. ſ. q2 eſt obiectum aptũ natũ autenti
cari. ſicut non ſequiť ꝙ careat viſu ille qui non
videt ſaporem qui non eſt obiectum viſus.

¶ De iuriſditiõe .§.ij.

ſeu poteſtate pape circa poſitiua ꝑcepta. Scien
dũ ꝙ quãtuʒ ad ea que euidẽter valet ad ordi/
nandũ hominẽ in deũ ſm ꝑcepta diuini iuris
vel naturalis ſiue ꝑcipiẽdo ſiue ſtatuẽdo. vt ꝙ
ſemel in anno quis ↄfiteať ad minꝰ ſiue ꝓhibẽ
do que retrahũt homines a predictis: ſiue ta/
xando penas ↄ trãſgreſſores. quãtuʒ ad penas
vite p̄ñtis papa hʒ plenariã p̄tãtẽ in talibꝰ oibꝰ
abſqʒ exceptiõe alicuiꝰ caſus ad talia ꝑtinẽtis.
Et hec ſunt illa que ꝑtinent ad ius poſitiuũ ꝑti
nẽs ad eccleſiaſticã iuriſditionẽ. Et ſic põt intel
ligi illud. Tibi dabo claues. i. poteſtatẽ ligan/
di ꝑ precepta ⁊ ſtatuta. ſoluẽdi ꝑ abſolõnẽ vel
diſpẽſationẽ. q̃cunqʒ. i. in oi materia poſitiua.
⁊ regni celoꝝ. i. militantis eccleſie. Qđ aũt pa/
pa in hmõi habeat plenitudinẽ poteſtatis. pro/
bať ſic. In oi republica bñ ordinata opʒ pone//
re aliquẽ q p̄ſit reipublice: q poſſit totã cõitatẽ
mouẽ ad oĩa illa que cõferũt ad bonũ reipubli.
⁊ ad finẽ ad quẽ ordinať reſpub. ⁊ ꝑcipue đ his
q̃ ſic ↄferũt. vt ſine eis nõ bñ ordiareť cõitas ⁊
bonũ reipub. Sʒ preſidẽs vlr reſpub. in cõitate
xp̄iana eſt papa. g papa põt ꝑcipe talia q̃ ↄferũt
ad bonuʒ reipub. in cõitate xp̄iana. Dico aũt q̃
ↄferũt ad bonũ reip. ſic ꝙ ſine eis reſpu. nõ at/
tingeret ad finẽ debitũ. q2 nõ oẽ ↄferens ad bo
nũ cõe põt precipere. ſicut nõ põt precipere ↄti
nentiã monachaleʒ. vel ieiunare in pane ⁊ aq̃
ꝑ totã quadrageſimã niſi hoc faceret ꝓpter cul
paʒ puniendã vel aliud ſimile. Sic ergo in ſta
tuendo poteſtas pape ſe extẽdit ꝑcipiendo vel
ꝓhibẽdo oĩa illa q̃ ↄferũt ad obſuãdũ ea q̃ ſũt
iuris diuini vel nãlis eo mõ q̃ dictũ eſt: in quo
rũ obſuantia cõſiſtit bonũ reipubli. chriſtiane.

¶ De iuriſditio/ .§.iij.

ne ſeu poteſtate pape in ſententiãdo de ſubdi//
tis. ⁊ ꝙ debeant haberi pro talibꝰ ꝓut ſententi/
at: ⁊ quãtuʒ ad p̄tãtẽ ligandi ⁊ ſoluẽdi eos ſiue
in foro iudiciali exteriori ſiue in foro penitẽtia
ry. Sciendũ ſm Herueum in dicto libro. ꝙ pa
pa hʒ plenitudinẽ p̄tãtis quãtũ ad oẽs caſus ⁊
quãtũ ad oẽm ꝑſonã exiſtentẽ de eccleſia militã
ti. ⁊ hoc ꝓbať ex illa auctẽ. Tibi dabo cla. re. ce.
ꝑ id qđ ſequiť. qđcũqʒ ligaueris ⁊c̃. ſ. ſententiã
do ꝑ abſolutionẽ vel ↄdẽnationẽ in vtroqʒ fo/
ro. Probať etiã iſtud rõne tali. Opʒ ponere in
tota cõitate exp̄iana aliquẽ p̄ſidentẽ ad quẽ ꝑti
neat ꝑ ſe vel ꝑ aliuʒ ſententiare de q̃libet qualr

debeat regi ſm id qđ egit vel omiſit quantum
ad oĩa que ꝑtinẽt ad hoiem ordinandũ in deũ
ſiue ꝑtineant ad notitiã ↄſcie ſiue ad iudicium
exterius. Sed quãtũ ad ea que ꝑtinent ad ordi
nandum hoiem in deum: nullus eſt talis preſi/
dens niſi papa. ergo ⁊c̃. Maior pʒ. q2 opʒ po//
nere ꝙ ille qui preeſt reipu. ⁊ alicui coitati poſ/
ſit ſup quemlibet de coitate dare ſnĩam. quo dʒ
regi in ordine ad finẽ reipub. ⁊ mõ quo reſpu.
debet ordinari ad illũ finẽ. Sed ad hec ꝙ quili
bet de coitate xp̄iana ordineť in finẽ debitũ rei
pub. xp̄iane: ⁊ ſic mõ quo debʒ ordinari: opʒ ꝙ
ſit aliqs qui de quolibet poſſit ſententiare qua/
lis ſit et qualiter regatur ſm illud quod egit vel
omiſit: nõ ſolum in foro iudiciali exteriori. ſed
etiam quãtũ ad ea que ꝑtinent ad forum cõſci/
entie q2 vtroqʒ modo opʒ hoieʒ ordinari in de
um ſm modũ ↄuenientem coitati xp̄iane: q2 ta
li modo inſtituit deus ꝙ hõ ſubdereť iudicio p̄
ſidentis ſm p̄tãtem eccleſiaſticã. papa ergo ha
bet poteſtatem ſententiandi de omni hoie per/
tinente ad cõmunitatem chriſtianã in omni ca
ſu: ⁊ quantum ad forum iudiciale ⁊ forum peni
tentiale. Et cum hoc etiam ꝙ talem poteſtatem
poteſt conferre alij. vt dicetur infra.

¶ Iſta aũt iuriſ/ .§.iiij.

ditio ⁊ p̄tãs vlis pape eſt inſtituta a xp̄o. vt pa/
tet ex illa auctẽ. Tibi dabo cla. ego ſcʒ xp̄us. Et
qđ ꝓmiſit tunc ipleuit: cũ ait. paſce oues meas
Joan. vl. Probat hoc Herueus in dicto trac. ta
li rõne. Inſtituere iuriſditionẽ ſm quã aliq̃ cõ/
munitas dʒ regi. ꝑtinet vel ad ipſaʒ coitatẽ vel
ad dñm illiꝰ cõmunitatis ſed cõmunitas q̃ de/
bet regi per p̄tãtẽ papalẽ eſt coitas xp̄iana quã
tum ad eccliam militantẽ. huiꝰ aũt coitatis nõ
eſt dñs niſi xp̄s vel papa. ergo iſta p̄tãs dʒ inſti
tui vel a xp̄o vel a papa vel a tota coitate xp̄ia//
na: ſed nõ eſt inſtituta a papa vel a coitate chri/
ſtiana. ergo a xp̄o ſolo. Quod aũt p̄tãs papalis
nõ ſit inſtituta a papa ꝓbať ſic. Ad vicariũ non
ꝑtinet iſtituere p̄tãtẽ qua vtiť vt vicarius alte/
rius cuʒ ſibi cõmittereť: q2 ꝑus eſt p̄tãtem inſti
tuere q̃ʒ eam alicui vicario cõmittere. Item q2
papa talẽ p̄tãtẽ papaleʒ nec reſtringere nec am
pliare põt: q2 nullus papa põt facere ꝙ ipſe vel
alius papa habeat maiorẽ p̄tãtem q̃ʒ illa quam
habet. Sed qui põt aliquaʒ p̄tãtem inſtituere.
põt eam reſtringere ⁊ ampliare. ergo ⁊c̃. Item
q2 ipſe idẽ conferret ſibi p̄tãtem qđ eſt inconue
niens dicere in poteſtate ordinata. non ergo a
papa eſt inſtituta talis poteſtas. Quod aũt iſta
p̄tãs nõ ſit inſtituta a cõmunitate xp̄iana ſeu ec
cleſia ꝓbať ſic q2 aut hoc factũ eſt auctoritate ſi
bi ab alio cõmiſſa. aut auctoritate ꝓpria. Sed
ꝙ nõ ſit iſtituta ab eccleſia ꝑ auctoritatẽ ſibi ab

Prima ratio.

alio cõmiſſã pꝫ.q: nec a xp̃o cõmiſſa legiť talis
auctoritas cõitati xp̃iane:cum nõ habeať hoc ĩ
aliq̃ euãgelio.ꝙ xp̃s eccleſie cõtulerit auctori
tatem inſtituẽdi ſedẽ aplicam.Sꝫ nec a pa.fa/
cta eſt talis cõmiſſio nec fieri potuit.q: minus
eſt inſtituere aliquã ptãtẽ ꝗꝫ eius iſtitutionem
cõmittere.Sꝫ papa nõ põt p̃rimũ vt dictuꝫ eſt.
ergo multo min⁹ poteſt ſcõm.Qꝺ non ſit inſti
tuta ab eccleſia pt.is papalis auctoritate ꝓpria
ꝓbatur p̃mo ex parte obiecti ipſius poteſtatis
ſic.Illa ptãs non poteſt inſtitui a cõitate xp̃ia/
na ꝓpria auctoritate q̃ includit illꝺ qꝺ excedit
oẽm auctoritatẽ humanã.ita ꝙ per ſe nulla au
ctoritas hũana ad hoc ſufficit ſine cõmiſſione
alterius.Includit eñ in ſe ptãs papalis ligare
⁊ ſoluere in foro conſcientie q̃ dici poteſt actio
dei.Includit etiã abſoluere a pena debita ĩ fo/
ro dei.vt p indulgẽtias ſit.hec aũt excedũt au
ctoritatẽ humanã.ita ꝙ ad hoc non ſufficit ſi/
ne alia ergo a cõmunitate xp̃iana nõ potuit in
ſtitui auctoritas ⁊ pt.is papalis ꝓpria auctori
tate.¶ Scꝺo ꝓbať hoc idẽ ex pte finis vel ptã
Scꝺa ratio. tis pape ſic.Finis iuriſditiõis eccliaſtice q̃ poſt
xp̃m p̃ncipaliter reſidet apud papã:eſt ordina
re cõitatẽ xp̃ianã ad impendẽdũ deo debitum
cultũ ⁊ ſibi acceptũ: ⁊ p ꝯñs vite eterne meri/
toriũ.Sꝫ ad nullã cõitatẽ ptinet poſſe inſtitue/
re iuriſditionẽ ſm quã impẽdat cõitas ip̃a de
bitũ dño p̃ſidenti cõitati tali:cuius dñiuꝫ vel
regimẽ in nullo dependet ab ip̃a cõitate.Et rõ
eſt.q: ad inferiorẽ nõ ptinet iudicare de eo:qꝺ
competit ſup̃iori.Sed ſic ſe hẽt cõitas xp̃iana
ad xp̃m ſiue ad deũ.ꝙ xp̃s dñatur tali cõitati:
taliter ꝙ dñiũ eius ⁊ regimẽ in nullo depẽ/
det ab ip̃a cõitate:ergo ad cõitatẽ xp̃ianã non
ptinet inſtituere iuriſditionẽ ꝓpria auctorita
te:ſm quã cõitas xp̃iana ordineť ad impendẽ
Tertia ratio. dum debitũ cultũ deo.¶ Tertio hoc idẽ ꝓbať
ex parte modi hñdi talẽ ptãtẽ ſic.Illam ptãtem
inſtituere ꝓpria auctẽte qua quis vtiť.vt vicari⁹
alicui⁹ dñi:ad nullum alium ptinet niſi ad illũ
dñm cui⁹ qui ſic tali ptãte vtiť eſt vicarius.Sꝫ
ptãs pape de qua loquimur eſt ptãs qua ip̃e pa
pa vtiť vt vicarius xp̃i.in terris:ergo iſtam inſti/
tuere ad nullũ aliũ pertinet niſi ad xp̃um.Et ſi
papa vicarius xp̃i. dicatur ꝙ oẽs p̃ncipes terreni ſunt etiã vicarij
xp̃i.q: oĩs ptãs a dño deo eſt.Ro.xiij.lꝫ non ſit
a deo abuſus ptãtis.⁊ tñ principes poſſunt in/
ſtituere iuriſditionẽ ſuper pplm quẽ regunt ꝓ
pria auctẽte:vel auctẽte cõitatis cui p̃ſunt.Reſpõ/
detur ꝙ aliter ſunt principes vicarij dei ⁊ aliter
papa.Principes enim nõ ſunt vicarij dei exp̃ſ
ſe ⁊ explicite.per expreſſam inſtitutionẽ ⁊ expli
citam eius niſi aliqui reges qui fuerũt inſtitu/
ti reuelatione diuina:vt Saul ⁊ Dauid.Poſ/
ſunt tñ principes dici vicarij dei implicite.in/
quantum ſcꝫ deus dedit nature humane ratio/
nem naturalẽ:qua poſſet iudicare eſſe bonum
aliquã poteſtatẽ eſſe in republica que preeſſet
oĩbus in cõmunitate que poſſet reſtringere ma
los ⁊ ꝯſeruare bonos circa ea que ptinẽt ad bo
num humanũ.Sed Petrus cui ſuccedit papa
non ſicut ſimplex ep̃s:ſed ſicut generalis vica/
rius ſuper totã eccleſiã factus eſt generaliter et
expreſſe a xp̃o vicarius modo predicto cum di
xit:paſce oues meas.Et hoc ſibi ꝓmiſit cuꝫ ait.
Tibi dabo claues regni celoꝝ ego ſcꝫ xp̃s non
eccleſia vel alia ꝑſona.Et nota ſm Iſido.debẽt
iuuare eccleſiaꝫ principes ſeculi qñ infeſtať ab
alijs.vñ.xxiij.q.v.ſic ait.Principes ſeculi non Princi
nunquã intra eccleſiã poteſtatis adepte culmi/ pes dñt
na tenẽt:vt per eandẽ ptãtẽ diſciplinã eccleſia/ iuuare
ſticam muniant.Ceterum intra eccleſiã ptãtes eccleſiã.
neceſſarie non eẽnt niſi vt qꝺ nõ preualẽt ſacer
dotes efficere per doctrine ſermonẽ ptãs hoc
imperet per diſcipline terrorem.Sepe p regnũ
terrenũ:celeſte regnum proficit:vt qui intra ec
cleſiã poſiti ꝯtra fidẽ ⁊ diſciplinã agũt rigoreꝫ
principũ ꝯterantur.Et paulopoſt.Cognoſcant
principes ſeculi deo rationem ſe debere eẽ red
dituros pro eccleſia quã pro xp̃o tuendaꝫ ſuſci/
piũt.Nam ſiue augeať pax ⁊ diſciplina eccleꝑ
fideles p̃ncipes ſiue ſoluať:ille ab eis rõnẽ exi
git:qui eoꝝ poteſtati ſuã eccleſiã tradidit.Hec
ille.ſ.ad defendẽduꝫ ⁊ iuuãdũ nõ inuadendũ
⁊ vſurpandũ bona ⁊ iura ſua:⁊ ad obediẽdũ:
nõ imperandũ ei vt faciũt frequenter.Conclu
dit herueus tria.Primũ eſt ꝙ collatio iuriſdi
tionis vel ptãtis papalis ptinet ad ſolum xp̃ꝫ.
Scꝺa eſt ꝙ p̃ma collatio ptãtis papalis fuit fa
cta ſingulari ⁊ determinate ꝑſone petri dicẽte
xp̃o ipſi:tibi dabo ⁊ paſce oues meas.¶ Ter/
tiuꝫ ꝙ alie collationes facte alijs papis iuriſ/
ditiõeſqꝫ papales ſunt facte a xp̃o ꝑſone electe
ab eccleſia:vel ab hñte vices eccleſie in hoc ſicẽ
habent modo cardinales.

¶ De plenitudine .§.v.

poteſtatis papalis ⁊ iuriſditiõis erga alias po
teſtates inferiores.vt patriarchas:archiep̃os:
ep̃os:⁊ parrochiales curatos.Ubi ſciẽdũ ſm
herueũ in dicto tractatu:ꝙ oĩs ptãs ecclaſti
ca alia a papali ſubeſt ei quoad tria.

¶ Primo quãtum ad correctionem abuſus.

¶ Secundo quantum ad inſtitutionem ⁊ col
lationem ipſius poteſtatis inferioris.

¶ Tertio ad ſubſidiũ adminiculatiuũ ideſt ꝙ
teneť iuuare eam ſi aliquo modo indigeret.

¶ Primũ probat ſic.ꝓuidẽtia principis in om
ni p̃ncipatu ordinať ad hoc ꝙ ipſe moueat oẽs
ſubditos illi⁹ p̃ncipat⁹ ad bonũ ſeu fineꝫ reipu/
blice.vñ ad eũ ptinet quãtũ ĩ eo eſt ꝯferre ⁊ or/

dinare ea que ↄferūt ad tēdēdū in bonū reipu blice.i.ea que ſunt virtuoſa ⁊ tollere ea que tol lunt motionē ad tale finē vt vitia ⁊ abuſiones. Ad candē enī ptātē ptinet mouere aliquos ad aliquē finē:⁊ tollere ea que impediūt motionez ⁊ ꝓfectū coītatis. Hec aūt ſunt vitia ⁊ abuſiōes que inordināt hoīez a deo. Tota aūt reſpu. ſeu coitas xp̄iana ad h̄ ordinaṫ vt ad ſuū finē debi tum.ꝙ ↄiūgaṫ deo per opera v̄tuoſa:⁊ q: h̄ im pediṫ per vitia ⁊ diuerſas abuſiōes.iō ad papā qui eſt p̄mus p̄ſidēs ⁊ ꝑncipalis:q: pōt ⁊ debꝫ hm̄ōi vitia corrigere ⁊ tollere erga oēs inferio res ptātes quātū in eo eſt. vt tota coītas xp̄iana tēdat in debitū finē. Et ad h̄ poſſet induci illud Hiere.j. Ecce ↄſtitui te ait dn̄s ſup gentes ⁊ re gna vt euellas:deſtruas diſſipes:⁊ diſꝑdas ſcꝫ quoad vitia edifices ⁊ plātes quoad virtutes. Nullus ꝑlat⁹ eccleſiaſtic⁹ eſt ſup regna niſi pa pa. Et in ſignū huius zacharias papa depoſuit Ludouicū a regno frācie.q: inutilis erat. vt hr̄ xv.q.vj. Alius. Et Inno īperatorē Federicum ab īperio. ¶ Quātū ad ſcd̄m ſcꝫ ꝙ oēs ptās in ferior: papa eſt ſubdita ei quātū ad īſtōnē ⁊ col lationē eius ⁊ remotionē ꝓbaṫ ſic.oēs ptātes ī feriores a papa ſunt limitate ⁊ determinate vt apparet de facto. Aut igiṫ ſunt inſtitute a chri ſto īmediate ab vlī eccl̄ia:aut a xp̄o mediāte pa pa vt vicario gn̄ali eius. Sed nō a xp̄o īmedia te nec ab eccleſia vlī ergo a papa vicario chriſti Qd̄ nō ſint inſtitute a xp̄o īmediate tales pote ſtates īferiores ꝓbaṫ ſic.q: ſi ſunt īſtitute a xp̄o īmediate ita determinate vt ſunt quātū ad po pulū ⁊ quātū ad territoria:⁊ quātū ad ea q̄ ſunt in foro ↄtentioſo vel pn̄iali ptās patriarchalis archiep̄alis:ep̄alis ⁊ parrochialis. aut xp̄s fecit hoc ante aſcēſionē aut poſt:ſed neutro iſtoꝝ mo doꝝ fuit.ergo nō a xp̄o inſtitute īmediate. Qd̄ nō fecit hoc xp̄s ante vel poſt aſcēſionē.oſtendi tur ex hoc:q: ſi feciſſet in euāgelio habereṫ ex preſſe vel īplicite:ſed nihil de h̄ in eo hr̄ nec de terminatio ⁊ diſtinctio hm̄ōi ptātū:nec quātū ad caſus nec quātū ad territoria: nec quātū ad noīa.ſ.p̄t̄iarchaꝝ archiep̄oꝝ ⁊ hm̄ōi.ꝙ ⁊c̄. Pro baṫ ⁊ alia rōne q: ſi a xp̄o eēt īmediate īſtitut⁹ ordo qui eſt īter papaꝫ p̄t̄iarchas : archiep̄os ⁊ alios.ep̄s nō poſſet īmediate īſtitui vel confir mari a papa. Et rō eſt q: illud qd̄ ptinet ad ius īmediate inſtitutū a deo.nō pōt īmutari ab ho mine. Sed cū oppoſitū quotidie fiat de cōī con ſuetudine eccleſie:q: nō ſolū papa īmediate cō firmat ep̄os omiſſo archiep̄o qui eſt medius ſꝫ etiā ſibi retinet ꝓuiſionē de eo faciendā ꝑut ſi bi videṫ.ꝙ nō a xp̄o īmediate ſūt īſtitute hm̄ōi ptātes īferiores. Qd̄ nō ſint īſtitute ab vlī eccle ſia vt a dāte auctē ipſi īſtitutioni.qd̄ iō dico.q̄a q̄uīs ꝫ in aliquo ↄcilio aliq̄ ſtatuuntur tota au ctoritas dans vigorez ſtatutis eſt in ſolo papa.

papa ꝑt corrigē abuſus cuiuſli bet pote ſtatis.

papa ꝑt inſtituē oēs ptā tes.

Scd̄a ratio.

aliq̄ pn̄t facere ad directionē ↄſulēdo ⁊ orōnib⁹ iuuare.ꝙ in dubijs a dn̄o dirigātur. Probaṫ ꝙ ꝙ nō ſit hm̄ōi īſtitutio ab eccl̄ia ſic. Illa ptās q̄ nō pōt īſtitui niſi a xp̄o vel habēte ptātē ab eo. nō pōt inſtitui ab eo qui nō eſt xp̄s nec habens auctem īſtituēdi ab eo. Sed ptās iuriſdictionis ſp̄ūalis ptinētis ad eccleſiā eſt talis.ſ.ꝙ nō po teſt īſtitui niſi a xp̄o vel hn̄te auctem in hoc ab eo. Et rō eſt:q: ptās ordinādi hoīem in deū ſꝫ dei acceptionē nō pōt īſtitui niſi a deo vel ha bēte auctem ab eo ergo nullus alius pōt īnſti tuere talē ptātem. Sed eccl̄ia vlīs nō eſt de⁹ nec xp̄s:nec ſup hoc hꝫ auctem ab eo.q: collatio ta lis in ſacro canone nō hr̄.tum etiā q: ſi talis fie ri nō poſſet a papa ſine coītate xp̄iana papa nō haberet plenitudinē ptātis. qd̄ eſt falſum. Ex q̄ igiṫ inſtitutio ptātum inferioꝝ nō eſt facta īme diate a xp̄o.nec ab vlī eccleſia. vt ꝓbatū eſt. ſeq tur ꝙ ſit facta a papa vt a vicario xp̄i gn̄ali. Qd̄ etiā pꝫ ex hoc q: frequēter papa creat nouas ſe des ſeu ep̄at⁹:⁊ mutat ⁊ ꝑuat:⁊ iura dicūt ex preſſe hoc facere poſſe. Et ad hoc facit qd̄ dicit Dionyſius papa.xiij.q.j. Eccleſias ſingulas ſin gulis p̄ſbyteris dedimus parrochias ⁊ cimite ria eis diuiſimus ⁊c̄. Termini ep̄atuū fuerint diſtincti tp̄e apl̄oꝝ.vel paulopoſt.⁊ de hac diſti nctiōe ſediū ep̄alū archiep̄alū ⁊ patriarchaliū hr̄ di.lxxx.c.j. Sic igiṫ īſtituere ⁊ ↄferre ptātes oēs eccleſiaſticas īferiores papatu quoad iuriſ dictionē pertinet ad papā. ¶ Quantū ad tertiū etiā pꝫ ꝙ oēs ptātes īferiores etiā ſeculares de bent ⁊ tenētur iuuare papā in eo qd̄ expedit ad bonū regimē eccl̄ie. Et quātū ad hoc ei ſubſunt qd̄ ſic ꝓbat. Reſpublica teneṫ ad ↄſeruationez illius ptātis a qua depēdet reipublice bonum. Sed bonū reipublice xp̄iane potiſſime depen det ex ptāte eius cuius eſt ordinare totam eccle ſiam:⁊ ordinare gradus ⁊ ſtatus in ea.ergo ⁊c̄. Huic etiā ↄcordat ph̄us.xij.metaphiſice dicens ꝙ bonū exercit⁹ dependet ex ordie vni⁹ ptātis ad aliā ⁊ potiſſime ex ordie exercit⁹ ad iudicē. Et ſic ēt totū bonū eccl̄ie depēdet ex ordie vni⁹ ptis ad aliā.puta curatī ad ep̄m.ep̄i ad archi ep̄ꝫ.⁊ ſic vſq ad papā:ꝑcipue tn̄ bonū eccl̄ie de pēdet ex ordine totius populi ad papaꝫ ꝓpter qd̄ oīs ptās dꝫ ei adminiculari. Et ſi ↄtra hanc ptātē aliq̄ ſeculares vellent:ipſi ꝑncipes ſecula res dn̄t ſubditos cōpeſcere ⁊ rebelles ei ſubijcē

¶ De poteſtate .§.vi.

pape ponit Herueus in dicto tractatu.v.erro res exortos ab aliq̄b⁹. Primus eſt ꝙ ptās p̄la torum īſerioꝝ pape ſiue ſint ep̄i ſiue ſint curati eſt īmediate a deo ſicut ptās pape. Scd̄s ꝙ in hierarchia eccleſie militātis infimi.i.parrochi ani.nō pn̄t reduci in deū per pn̄iam.niſi medi antibus curatis ⁊ parrochialibus ſacerdotib⁹

termini ep̄atuū

oēs ptā tes ſecu lares d̄ bent iu uare pa pam

errores circa exoꝝ.

Tertius ꝙ licet papa ⁊ epi ſint pncipalioꝛes re/
ſpectu parrochianoꝝ non ſunt tñ imediate cu/
rati coꝝ:ſiue nõ imediate hñt curã eoꝝ.Quar
tus erroꝛ eſt ꝙ nec papa nec epĩs pñt audire cõ/
feſſiones parrochianoꝝ quin teneãtur cõfiteri
eadẽ pctã ſuis ſacerdotibus parrochialibus.

Quintus erroꝛ eſt ꝙ dato ꝙ ꝯfeſſi pape vel epi
ſcopis nõ teneãtur eadeꝫ peccata ꝯfiteri parro/
chialibꝰ ſacerdotibꝰ tñ papa vel epi nõ poſſent
dare gñalẽ auctẽꝫ audiẽdi ꝯfeſſiones aliquibꝰ
vt fratribꝰ ⁊ hmõi quin ꝯfeſſi talibꝰ.teneantur
ꝯfiteri eadẽ pctã ſacerdotibus parrochialibus.

Ponit rõnes ⁊ auctes quas idducũt ad iſta pro
bãdum ⁊ eas oĩs efficaciſſime euacuat:⁊ aucto
ritas ab eis male intellectas ſane declarat in dĩ
cto tractatu que oĩs cã breuitatis omitto.Et cõ
cludit ꝙ iſti erroꝛes nõ ſolũ ſunt iudicãdi erro/
res ſed hereſes.qđ ꝓbat per dictũ pelagij.diſt.
xxj.Quãuis.vbi dicit.ꝙ qui detrahit ius ſuuꝫ
alijs eccleſijs iniuſtus eſt.Qui aũt detrahit ius
ſuum romane eccleſie hereticus eſt cenſendus
Sed ponẽtes dictos erroꝛes detrahũt ius ſuuꝫ
romane eccleſie ſeu aplice ſedi.q̃ſi non ſubſint
⁊ ſint alie eccleſie ſibi ſubiecte.⁊ ptãtem iuriſdi
ctionis ab ea accipiẽtes.cum tñ xp̃s Petro dixe
rit.Tibi dabo claues.ergo ⁊c̃.ergo ſunt hereti
ci.Quibꝰ etiã daſ licẽtia alicui a papa vel epi/
ſcopis ꝯfitendi vel audiẽdi ꝯfeſſiones alioꝛum
nõ opꝫ ꝙ petãt lĩiam a ſuis parrochialibus ſa/
cerdotibus ꝯfitendi vel audiẽdi ꝯfeſſiones vt
dicit quedã glo.Ber.que reprobata fuit p̱ Cle
mentẽ.iiij.vt falſa in extuagãti que incipit.qui/
dam temere.Quinimmo eis inuitis ⁊ ꝯtradi/
centibꝰ pñt ex dicta licẽtia ꝯfiteri:nec ſi confeſ
ſi tenentur iteꝝ ſuo curato cõfiteri quod etiam
notat Joannes andreas extra de peni.⁊ remiſ/
ſi.c.Si epiſcopus libro ſexto.

De poteſtate .§.vij.

iuriſditiõis tẽpoꝛalis ⁊ ſpiritualis que eſt in ec
cleſia.Sciendum ſm Augu.de ancho.in ſum.
de ptãte pa.ꝙ eſt tripler ptãs ⁊ variata.

Prima.eſt imediata ſcꝫ a deo ⁊ hec eſt ſum/
moꝛum pontificum.

Secunda eſt deriuata ſcꝫ a deo per pa.⁊ hec
eſt omnium inferioꝛum p̱latoꝛum.

Tertia eſt in miniſteriũ data:⁊ hec eſt impe/
ratoꝛis ⁊ principum terrenoꝛum.

Quãtũ ad pmũ ptãs iuriſditiõis plene ſpi/
ritualiũ ⁊ tpaliũ eſt imediata a deo in papa.⁊ p
baſ tripłr.Primo ſic.Auctoꝛitas iuriſditionis
nõ ꝯcediſ niſi per claues ecclie.ſed claues eccle
ſie xp̃s nõ ꝯceſſit niſi Petro.put pmiſerat Pe/
tro dĩ.Tibi dabo claues regni ce.Sup quo ver
bo dicit glo.xp̃s ſolũ vnũ caput ⁊ vnũ vicariuꝫ
in ecclia eẽ voluit:ad quẽ diuerſa mẽbꝛa recur
rerẽt ſi foꝛte adinuicẽ diſſentirẽt.Scd̃o probaſ
ſic.qui nõ dat aliqd nõ põt illud auferre.ſed ſi
papa nõ daret epĩs ⁊ alijs p̱latis ptãtẽ iuriſdi/
tionis nõ poſſet eos deponere p̱uare ⁊ illam ſu
ſpẽdere cuius tñ oppoſitũ facit ⁊ facere põt ſm
oẽs ergo ptãs iuriſditiõis plene reſidet in ſolo
pa.Tertio ſic.in illo reſidet imediate ptãs iuriſ
ditiõis ſpũaliũ ⁊ tpaliũ.cuius auctẽ ſit p̱latoꝝ
electio ⁊ cõfirmatio:ſed hoc ſit a pa.ergo in eo
reſidet plenitudo ptãtis.Quãtũ ad ſcðm.ſ.
ꝙ ptãs epoꝝ ⁊ alioꝝ p̱latoꝝ ecclie ſit deriuata a
pa.ĩ eos mediãte papa.ꝓbaſ rõne ⁊ auctẽ.Rõ
aũt eſt talis ſicut ſe hñt riuuli ad fontẽ:radij ad
ſolẽ:rami ad arboꝛẽ.ſic ſe hñt ptãtes epoꝛum ⁊
alioꝝ ad ptãtẽ pape.nã vt dĩ in.c.epheſini con
cilij quõ multi radij ſolis ſed ſunt lumẽ vnuꝫ ⁊
rami arboꝛis multi ſunt:ſed vnũ robur:⁊ mul
ti riuuli de vno fonte defluũt.vnitas tñ ſeruaſ
in oꝛigine.ſic ecclia vna eſt que in multitudine
latiſſime fecũditatis extẽdiſ.xxiiij.q.j.Loquiſ.
ſed ꝯſtat ꝙ aq̃ riuuloꝝ nõ eſt aqua fontis imme
diata:ſic nec ptãs p̱latoꝝ eſt imediate a chri/
ſto.ſed deriuata in eis a xp̃o mediãte.pa.Patꝫ
hoc etiã auctẽ Cyrilli patriarche alexãdrini q ſic
ait in libꝛo theſauroꝝ.Sicut xp̃s accepit a pře
ducatum ⁊ ſceptrũ ecclie gentiũ ex iſrael egre/
diens ſup oẽm pncipatũ ⁊ ptãtẽ ⁊ oẽ qđcunq3.
vt ei genua cuncta curuẽtur.ſic Petro ⁊ ſucceſ
ſoꝛibus pleniſſimã ꝯceſſit ptãtẽ ⁊ nulli alij quã
Petro qđ ſuũ eſt plene.ſꝫ ſoli ipi cõmiſit totuꝫ.

Qđ ãt ptãs tpalis imperatoꝝ regum ⁊ pnci
pum ſit in miſteriũ data a deo mediãte pp̃ ⁊ ali
is p̱latis ecclie.in qbꝰ reſidet ſpũalis ptãs.ꝓba
tur triplici rõne.Prima eſt talis illa ptãs data ĩ
miſteriũ alteri ab alio:p̱ quã hꝫ iſtitui regulari
⁊ oꝛdinari ⁊ ꝯfirmari ſi bona ſit:⁊ p̱ quã hꝫ iu/
dicari ⁊ cõdẽnari ſi bona nõ ſit.ſed tal' eſt ptãs
imp̱atoꝝ:regũ ⁊ pncipũ.q2 p̱ papã hꝫ iſtitui re
gulari ⁊ ꝯfirmari ſi bona eſt:⁊ per ipaꝫ hꝫ iudi
cari ⁊ ꝯdẽnari ſi bona eſt.g̃ talis ptãs nõ eſt im
mediate a deo.ſed in miſterium ptãtis ſpũalis
data.Utrũqꝫ aũt hoꝝ ꝓbaſ.ſcribiſ enĩ diſt.xcij.
Scĩ.ꝙ ptãs pape cuiuſlibet oꝛdinis dignitatẽ
⁊ gradũ hꝫ iſtituẽ.Qđ ẽt hẽat ptãtẽ ſecularẽ iu
dicare ⁊ ꝯdẽnare:ſi nõ ſit bona pꝫ.xv.q.vj.Ali/
us.vbi dĩ ꝙ zacharias papa regẽ frãcoꝝ depo
ſuit nõ tã pro ſuis iniqtatibꝰ q̃ pro eo ꝙ inuti/
lis erat regno:⁊.xcvj.di.c.duo ſunt.dĩ ꝙ Inno
cẽtiꝰ Archadiũ imperatoꝛem excoĩcauit.q2 cã
fuit exilij Chryſo.⁊ alius Innocẽ.depoſuit Fe/
dericũ iperatoꝛẽ.Scd̃a rõ eſt talis.illa ptãs eſt
in miniſteriũ data alteri cuiꝰ iuramẽtũ fidelita/
tis p̱ſtat:ab ea recognoſcit oẽ quod hꝫ.ſed oĩs
poteſtas imperatoꝛis ⁊ ſeculariũ principũ eſt
talis.dĩ enim dĩ.lxiij.Tibi dño.ꝙ iperatoꝛ iu/
rat pape nũquã mãdatũ eiꝰ p̱terire:⁊ ſibi in oĩ/

Ptãs i/
perato/
ria ẽ da
ta a deo
p̱ papã.

bus fidelitatẽ ſeruare. ꝙ talis ptãs eſt ſolũ ĩ mi/
niſteriũ data. Et ſi inueniaẽ quoqꝫ impatores alĩ
quos aliq̃ tpalia dediſſe ſũmis põtificib⁹. ſicut
ꝯſtantin⁹ donauit ſiluestro nõ fuit hoc dare qd̃
ſuũ erat. ſed reſtituere qd̃ tyrãnice ſublatũ eſt. ⁊
eodẽ mõ ſi inueniaẽ aliq̃s ſũmos pontifices de
diſſe aliq̃ bona tpalia impatorib⁹ ⁊ principib⁹
nõ eſt hoc intelligendũ eos h̃ feciſſe in dñij re/
cognitionẽ. ſed magis in pacis eccliſtice cõſer
uationẽ. q: ſeruũ dei nõ opꝫ litigaẽ. ſꝫ mãſuetũ
eẽ ad oẽs. Itẽ ꝙ ois ptãs ſeclaris ſit ſſbdelegata
reſpectu pape pꝫ p illud. xj. q. j. qcũqꝫ litẽ. Ter/
tia rõ eſt talis. Illa poteſtas eſt ĩ miniſteriũ alũs
data que eſt reſtringẽda ampliãda ⁊ executiõi
mandãda ad imperiũ ei⁹ a quo data eſt in mini
ſteriũ. ſed talis eſt ptãs principũ terrenoꝝ. Vñ
Bern. ad Eugeniũ pa. in lib. de ꝯſideratiõe ſu
p illo v̱bo. Ecce gladij duo hic ait. Quid tu de
vno gladio vſurpare tentas quẽ ſemel repone/
re iuſſus es in vaginã. ⁊ loquiẽ de gladio tpali.
⁊ ſubdit. Quẽ tñ gladiũ qui tuũ eſſe negat nõ
ſatis mihi videẽ attendere verbũ dñi dicentis
ſic. Conuerte gladiũ tuũ in vaginã. Tu⁹ ẽ gla
dius ipſe euaginãdus eſt ad tuũ imperiũ. alio/
quin ſi nullo mõ ad te ptineret dicentib⁹ aplis
Ecce gladij duo hic. nõ rñdiſſe dñs ſatis eſt ſed
nim⁹ ẽ. Et ſic pꝫ ꝙ hmõi ptãs ſecularib⁹ pncipi
bus eſt in miſteriũ data. ſ. a papa. Hec Aug. de
ãcho. Nec obſtat his ait ipſe qd̃ dẽ. xxiij. q. iiij.
ꝙ a deo eſt ꝯceſſa ptãs impialis ⁊ in vindictã
noxiorũ datus gladius. Non eni eſt iuriſditio
impialis vel ſecularis a papa vt ab homine pu
ro: ſed a papa vt a gerente vicez xp̃i in terris.
vel ꝙ eſt a deo ſed mediãte. ſ. papa. Similiter
nõ obſtat quod dẽ di. x. Quoniã. ſ. ꝙ ptãtes ſũt
diſtincte ſecularis. ſ. ⁊ ſpũalis: ⁊ ad diſtinctos fi
nes ordianẽ. ⁊. xcvj. di. Duo ſunt qb⁹ regiẽ hic
mũdus. ſ. pontificalis dignitas ⁊ regalis ptãs.
Non. n. ſunt ita diſtincte quin vna ſubalterneẽ
alteri. ſ. ſecularis eccliaſtice: vt minor maiori. ⁊
ſicut luna ſoli in illũinatiõe. Sunt etiã diſticte:
q: nõ ꝯueniũt vni eodẽ mõ: q: ptãs iuriſditio
nis ſpũaliũ ꝯuenit pape ꝺm imediatã iſtitutio
nẽ ⁊ executiõem. ſꝫ ptãs iuriſditiõis tpaliũ cõ
uenit ei ꝺꝫ iſtitutionẽ ⁊ auctãtẽ: ſꝫ nõ ꝺꝫ imedia
tã executionẽ: niſi forte in quibuſdã caſibus
q notanẽ. qui ſi. ſnt legit. c. Per venerabilem.

❡ De ptãte eccliaſtica ſignata p claues. C. iiij.

D E ptãte eccleſiaſti/
ca ſignata p claues regni ⁊ de colla/
tione ei⁹ facta a xp̃o. vnde ipſe dixit.
Dabo. dictũ eſt. Reſtat videre quõ ſingulariter
petro ⁊ excellẽtiſſime data eſt q: dixit tibi. ſ. pe
tro. de quo prius dixerat. Tu es petrus ⁊ ſuper
hãc petrã edificabo eccliaꝫ meaꝫ ⁊c̃. Et quãuis
aplis oĩbus collata ſit ptãs clauiũ ⁊ oĩbus epi
ſcopis ꝯferatur. aliter tñ ⁊ excellẽtius Petro et
cuilibꝫ pape ſucceſſori eius. Et de aplis ait pſ.
Nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõ
fortatus eſt pncipatus eoꝝ. Ad eos aptat illud
ecclia: maiores amici q̃ alij. In nouo vel in ve
teri teſtõ: credunẽ cõiter fuiſſe apli: quibus ipſe
xp̃s ait. Vos dixi amicos: q: oia feci vobis no.
Jo. xv. Ipſi vt ait apls ad Ro. vij. pmitias ſpũ/
ritus acceperunt. ⁊ ſicut pores tpe dicit glo. ita
potiores gr̃e copia. Nimis autẽ. i. valde hono
rati ſunt a xp̃o ⁊ eccleſia ꝯſtituti iudices ſecli.
lumina mũdi: paſtores pmi eccleſiarũ. Nimis
etiã. i. valde ꝯfortatus eſt. i. roborat⁹ ⁊ ꝯfirma/
tus eſt pncipatus eorũ. i. poteſtas eoꝝ. excedit
eni oẽm principatũ terrenũ. Vñ Grego. nazan
zenus ait ĩpatoribus ꝯſtãtinopolitanis. Dedit
vobis ptãteꝫ. ſ. deus dedit ⁊ pncipatũ multo p/
fectiorẽ pncipatib⁹ veſtris. di. x. c. Suſcipitis.

❡ Principatus aũt. §. i.

iſte ſeu ptãs collata aplis eſt ſeptuplex. Primo — *Septuplex poteſtas collata aplis*
ptãs baptizandi. Scdo ptãs pdicandi ⁊ tpalia
accipiendi. Tertio ptãs ſacerdotalis cõficiẽdi:
ſoluẽdi ⁊ ligandi. Quarto ptãs epalis cõfirmã
di ⁊ ordinãdi. Quinto ptãs miracula opandi.
Sexto ptãs perfecte ꝯuerſandi. Septimo ptãs
iuriſditiõalis ſniandi. Has oẽs habuerũt apo/
ſtoli a xp̃o. ſed Petrus aliquo mõ excellenti⁹ ce
teris: ⁊ oẽs pñt dici claues regni de quibus di/
ctũ fuit Petro. Tibi da. cla. re. ce. Ptãtem qdẽ
baptizandi dedit aplis xp̃s non ſolum qñ dixit — *ptãs baptizãdi*
poſt reſurrectionẽ apparẽs eis in galilea. doce/
te oẽs gentes baptizantes eos ⁊c̃. Mat. vlti. ſꝫ
etiã ante paſſionẽ. Dicit eni Joan. iiij. ꝙ Jeſus
nõ baptizabat ſꝫ diſcipuli eius. i. apli qui h̃ non
pſumpſiſſent. ſ. baptizare niſi a xp̃o habuiſſent
ptãtem. Et lꝫ Chryſoſtomus dicat ꝙ diſcipuli
nõ baptizabãt baptiſmo xp̃i ſed Joãnis. tñ Au
gu. ⁊ Alcuinus ꝯtrium aſſerũt. ſ. ꝙ baptizabant
baptiſmo xp̃i: in quo dabatur ſpirituſſanctus.
Currebant enim tunc ſimul ⁊ legalia ⁊ euange
lica ſacramenta ꝺm virtutem vſqꝫ ad paſſionẽ.
⁊ q: nõ erat conueniens ꝙ ipſi alios baptizarẽt
non baptizati: ideo ⁊ ipſi apoſtoli primo fuerũt
baptizati a chriſto. ⁊ ſic exponitur illud Joan.
xiij. Qui lotus eſt. ideſt baptizatus: non indi/
get niſi vt pedes lauet. ideſt affectus purificet
aqua penitentie. quod etiaꝫ habetur de conſe/
cra. diſtin. iiij. c. quido a hieroſolymis. Nec eſt
inconueniens ꝙ ipſi baptizarent nondum fa/
cti ſacerdotes: cum ⁊ nunc laicus in neceſſitate
baptizat. vt de conſecratione. diſtinctione. iiij.
Conſtat. Verum vt vnitas eccleſie ſeruaretur
et a capite Petro omnis actus hierarchicus
originaretur noluit Chriſtus eos baptizare

niſi ex Petri cōmiſſione ⁊ ordinatiōe. Hec po-
teſtas pōt dici clauis regni: q: per vſum ei⁹.i.
per baptiſmū apit regnuȝ celoꝝ baptizatis. Et
q: baptiſm⁹ eſt fundamētū ⁊ pͥncipiū fidei xp̄ia
ne. cui⁹ directio cōmiſſa eſt Petro. iō xp̄s ei di
xit. Tu es Petrus ⁊ ſup hāc petrā edifi. ⁊c̄. quē
alio nomine vocauit cephas.i.caput. Jo. pͥmo
q: ab eo vt a capite poſt xp̄um oīs ſpūalis ptās
debebat deriuari aliquo modo. dixit tamen nō
ſolū petro: ſed etiā ſimul alijs cū eo. docete eos
baptizātes ⁊c̄. Ne crederet baptiſm⁹ a Petro
hr̄e v̄tutē nō ab ipo. vt eni dr̄ Joan. j. ipe.ſ. xp̄s
ē qui baptizat ſcȝ iteri⁹ mūdādo. ¶ Scd̄aȝ po-
(ptās p̄dicādi) teſtatē ſcȝ p̄dicādi dedit xp̄s aplis ⁊ ante paſſio
ne qn̄ miſit eos ad p̄dicādū iudeis dicēs. In vi
am gentiū ne abieritis ⁊c̄. Eūtes aūt predicate
dicētes: q: appropinquat regnum dei. Luc. ix.
Poſt reſurrectionē aūt apparēs ⁊ pͥcipue i die
aſcēſiōis dixit. Eūtes p̄dicate euangeliū oī cre-
ature. Mar. vl. Predicatio aūt ꝯgrue pōt dici
clauis regni: q: per ipaȝ aperit ſcriptura que di
cit regnū ⁊ dat itroitus ad v̄tutes que ēt dicū-
tur regnū celoꝝ. Et quāuis cū eēnt cū xp̄o non
eēnt ipi apl̄i adhuc ſub regimine Petri nec in
p̄dicādo: nec in baptizādo: nec in alijs. tn̄ poſt-
quā fact⁹ eſt ab ipo paſtor eccl̄ie: ⁊ in p̄dicādo ⁊
in alijs fuerūt ſub Petro. vt ſi diſſiderēt int ſe
in p̄dicādo ⁊ hmōi. ſicut fcā eſt altercatio inter
Paulū ⁊ ꝯuerſos ex iudaiſmo qui erant antio
chie ex obſeruatōe legaliū. Actuū. xv. eēt aliqs
ſupior qui eos renueret ⁊ determinaret. Un̄ cū
pͥus erat Petrus in p̄dicādo oēs ſibi deferebāt
⁊ ipſe ſermonē fecit in electiōe Mathie. Et ſi
(Actuū .i.) miſſi poſt miſſionē ſpūſſci pͥmus narrat petr⁹
ſurrexiſſe ad p̄dicandū tria milia hoīum ſua p̄
dicatiōe ꝯuertēs. Un̄ ⁊ Anacletus di. xxj. dicit
in nouo. ꝙ Petr⁹ pͥm⁹ ad fidē pplm v̄tute ſue
p̄dicatiōis adduxit. ceteri vero apl̄i cū eodē pa
ri ꝯſortio honorē ⁊ ptātē acceperūt. ipm quoqȝ
pͥncipē eoꝝ eē voluerūt. vn̄ ⁊ recte dictus eſt ce
phas q̄ſi caput alioꝝ pugnātiū per p̄dicatiōeȝ
ꝯtra mūdū: ⁊ ab ipſo ſc̄.ſ eſt ordinatio p̄dicato-
rum ⁊ p̄dicationū: lȝ aſſenſu ⁊ ꝯſilio alioꝝ aplo
rum. ſicut papa agit de ꝯſilio cardinaliū: qd̄ p-
tinet ad regimē eccl̄ie. Sic ergo pōt dici ꝙ apl̄i
⁊ alij ptātē p̄dicādi poſt pēthecoſten hūerunt a
Petro xp̄o inſpirāte ppter ſeruandū in oib⁹ ec
cleſie vnitatē. Dr̄ aūt poſt reſurrectionē miſiſſe
ad p̄dicādū. dando.ſ. eis os ⁊ ſapiam ⁊ v̄tuteȝ
v̄bi. ſed Petro ſingulari̇ dc̄m fuit. Paſce oues
meas ſcȝ per v̄bū p̄dicatōis: ⁊ tibi dabo claues
regni celoꝝ. Cū hac autem ptāte p̄dicādi dedit
aplis xp̄s ⁊ Petrus poſt xp̄m eis ⁊ alijs p̄dica-
torib⁹ metēdi tpalia.i. accipiēdi ab illis quib⁹
ſpūalia ſeminauerāt. Dixit eni xp̄s Math. x.
Dignus eſt operari⁹ cibo ſuo. Et. j. ad Corinth.
ix. di. dn̄s ordinauit his qui euāgeliū nūciant
de euāgelio viuere. Et Hiero. inqt. Apoſtolicis
viris ⁊ euangelizatorib⁹ xp̄i in neceſſarijs vſi-
bus nō retribuere ſeipſum cōdemnare eſt. xvj.
q. j. De ptāte faciēdi miracula dr̄ Luce. ix. cap.
(ptās faciendi miracula.) Dedit eis ptātē ſup oīa demonia vt languores
curarent. Hāc aūt ptātē habuerūt oēs apl̄i īme
diate a xp̄o ⁊ ante reſurrectionē ⁊ poſt nō a pe-
tro. nō enim ptās faciendi miracula pōt dari a
puro hoīe ſed a ſolo deo. qnimmo ipſe deus eſt
qui miracula operat per ſanctos ſuos: vt p in-
fra. Un̄ ps. Qui facis mirabilia magna ſolus.
Unde ⁊ ipa ptāte faciēdi miracula apl̄i aut alij
ſci vti nō pn̄t ad placitum. ſed qn̄ deo placet. vt
dr̄ de pe. di. ij. c. Querendum. Et iudas p̄ditor
hanc etiā credit habuiſſe. lȝ aūt ptātē faciendi
miracula nō habuerūt a Petro apl̄i alij habue
runt tn̄ eā ſub Petro ⁊ minorē Petro. Un̄ ⁊ in
illo vſu oēs deferebāt Petro. Sic eni ⁊ Joan.
euangeliſta qui fuit maior poſt Petrū fecit. vn
de ⁊ primū miraculū fcm̄ per aplos poſt miſſio
nem ſpūſſancti factū eſt per Petrū aſſociatū cū
Joan. dicēte claudo mēdicāti. qd̄ habeo hoc ti-
bi do. In nomine ieſu nazareni ſurge ⁊ ambu-
la. q ſubito ſanatus eſt Act. iij. Et in geſtis ma
tyru Petri ⁊ Pauli. de electiōe ſimonis magi
quē demones p aera portabāt. paulus petro le
gitur detuliſſe. nam poſt piā cōtentionē ad iuſ
cem pͥcepit petr⁹ demōibus: vt dimitterēt illū
ad terrā. quod ⁊ factum eſt. ⁊ ſic corruens ſimō
expirauit. Qd̄ aūt minorē operationē in mira
culis alij apoſtoli egerint petro. patet q: ad vm
bram petri ſanabant infirmi. Actuum. v. qd̄ de
alijs apoſtolis nō inuenit. Unde p excellentiā
quandā ei ſingulariter fuit dictum. Tibi dabo
claues regni celorū. Dicit hec poteſtas clauis:
q: p miracula patuit aditus multis ad regnuȝ
eccleſie p fidem cōuerſis. ¶ Ptātem quartā.ſ.
(Ptās recte cōuerſādi) recte cōuerſandi dedit apoſtolis nō ſolū eo mō
cōi quo dictū eſt. dedit eis ptātem filios dei fie
ri his q credūt in noīe eius ⁊c̄. Jo. pͥo. ſȝ quo
dāmodo ſpeciali cum eos elegit ad apoſtolatū
⁊ nō ſolū doctrina ⁊ exemplo: que eis familia-
ris cōmunicabat. ſed ēt gratia interiori. de qua
eis dixit Jo. xv. Sine me nihil poteſtis facere
ſcȝ aliquid meritoriū. aliā tn̄ ptātem ſeu grām
recte cōuerſandi dedit eis pleniorē ⁊ pfectiorē
in die pētecoſtes. Nam antea nō fuerūt ita ꝯfir
mati qn̄ potuerint peccare mortaliter: ⁊ de fa-
cto in hec inciderunt tempore paſſionis oēs
apoſtoli. ſm̄ Pe. de pal. fidem diuinitatis xp̄i
mente negantes: cuius tn̄ v̄tutē ⁊ inumera mi
racula cognouerant. ſed p aduentū ſpūſſancti
ptās: recte viuendi adeo fuit roborata vt mor-
taliter peccare non poſſent ſm̄ cōmunem opi
nionem. Unde ⁊ petrus ſi in diſſimulatiōe ob-

ſeruationis legalium peccauit prout vult Aug. propter quod Paulus eum reprehendit. vt habetur ad Gal. ij. c. illud tn̄ veniale fuit ſm Tho. in. iiij. ſen. di. j. q. ij. ar. v. q. iij. Iſta tn̄ poteſtas recte conuerſandi. ꝛ ſi procedat ex radice ꝛ affectu dilectionis. oſtendit tn̄ in toleratione magne paſſionis. ꝛ oēs quidem apoſtoli pfectam dilectionem habuerunt: ꝛ multa pro xp̄o libenter paſſi ſunt. Unde dr̄ Act. v. de apoſtolis. poſt flagellationē ipſoꝝ ibant apoſtoli gaudentes a ꝯſpectu ꝯcilij: qm̄ digni habiti ſunt ꝑ nomine Ieſu cōtumeliam pati. Petrus tn̄ feruentiorem dilectionē oſtendit pre ceteris. Unde ꝛ ter xp̄s ei dixit. Simon ioannis diligis me plus his. Jo. vlt. Et ex lapſu ſuo fortior ꝛ feruentior reſurrexit. Unde Amb. Fidelior factus eſt Petrꝰ poſtq̄ꝫ pdidiſſe ſe fleuit: atq̄ꝫ idō maiorem grāꝫ reperit q̄ꝫ amiſit. diſ. l. Fideliter. paſſus ēt videtur paſſione acerbiori pre ceteris. nā cū paſſio crucis ſit acerbiſſima. ꝛ ipſe hāc ſuſtinuerit verſo capite ad terrā. hinc facta fuit crudelior. ipſa aūt dilectio ꝛ martyrij paſſio apte dicuntur claues regni celoꝝ: q꞉ ꝑ eas ad celum aditus pꝫ. Unde ꝛ de xp̄o dr̄ Eſa. xxij. dabo clauem dauid ſuper humerum eius appellans clauē crucem. Et ꝑ dauid intelligēs xp̄m: qd̄ cōgrue dr̄ de petro ꝑ excellentiam. tibi dabo claues regni celorum ꝛc̄.

Ptās cōficiendi ꝛ ſoluēdi.

¶ Quantū ad quintam poteſtatem. ſ. ſacerdotalē. ſcꝫ cōficiendi: ligādi: ꝛ ſoluendi: ī ſacramenta pnīe. Chriſtus dedit oībus aplīs ī vltima cena: cum dixit. Hoc facite in meam cōmemorationem. Lu. xxij. quaſi diceret. poteſtatem hoc faciendi. i. cōficiendi accipite. tūc eniꝫ eos fecit ſacerdotes etiam iudā tunc ibi pn̄tem ſm oēs doc. preter Hylarium qui dicit iudam non cōicaſſe. q̄ꝫuis hac ptāte nō credunt vſi ante penthecoſten. ꝛ tūc in vltima cena eis data ē ptās ligandi ꝛ ſoluendi oībus ipſis in foro penitentie ꝛ non antea. Nam ꝙ antea dixerit diſcipulis. quecūq̄ꝫ ligaueritis in terra. erunt ligata ꝛ in celo. ꝛ q̄cūq̄ꝫ ſolueritis ꝛc̄. Mat. xviij fuit verbū pmiſſionis non collatiōis talis ptātis. Et ſimiliter qn̄ dixit petro. Tibi dabo cla. ꝛc̄. ſicut etiam qn̄ miſit apoſtolos ad predicandum ꝛ vngendū infirmos oleo. non dedit eis ptātem cōferendi ſacrm̄ extreme vnctiōis: cuꝫ non eſſent adhuc ſacerdotes: ſed figurauit illō qd̄ poſtea eēnt collaturi ſacerdotes: q꞉ ad ipſos non ad alios ſpectat dare extremā vnctionē. ſꝫ illud Iac. v. Infirmatur aliquis in vobis inducat pſbyteros de eccleſia vngentes eū oleo ꝛc̄. Tho. tn̄ in. iiij. dicit. ꝙ poteſtatem ſacerdotalē quantum ad ſecundariū actum qui ē ſoluere ꝛ ligare. xp̄s dedit poſt reſurrectionē cum inſufflauit in eos: dicens. Accipite ſpiritum ſanctū. quoꝝ remiſeritis ꝛc̄. quod videtur magis conſonuꝫ dictis ſanctorum. Poſſet tamen intelligi dcm̄ Tho. quantū ad oſtenſionē ſeu vſuꝫ dicte poteſtatis ſm illū modū loquendi ſcripture quo cōſueuit dicere rem fieri cū innoteſcit. vt ait Pe. de palude. De hac aūt poteſtate conficiendi: ligandi atq̄ꝫ ſoluēdi inquit antherius papa. Abſit vt quicq̄ꝫ ſiniſtrū de his arbitremur q apłico gradui ſuccedentes xp̄i corpus ſacro ore cōficiunt: ꝑ quos nos xp̄iani ſumus: qui claues regni celoꝝ habentes ante diē iudicij iudicāt. ij. q. iij. c. Abſit. Et q̄ꝫuis ſeptuagintaduo diſcipuli fuerūt ēt a xp̄o miſſi ad predicandū. nō tn̄ hr̄ ꝙ eos fecerit ſacerdotes ſicut apoſtolos. Un̄ qd̄ dr̄ di. xxj. In nouo. ꝙ pſbyteri tenent typū eorum: ꝛ in eoꝝ loco ſunt conſtituti ab eccleſia nō ex hoc hr̄ ꝙ fuerint facti ſacerdotes a xp̄o niſi in figuram. vt ſicut illi diſcipuli erant ſub apoſtolis: ita pſbyteri ſub epīs. Et ſic ēt intelligendum eſt qd̄ ait Gratianus. diſ. xxj. §. j. vꝫ ꝙ xp̄s diſcipulos. lxxij. inſtituit minores ſacerdotes. ſ. in figuram nō realiter ordinādo eos vel inſpirando apłos ꝙ poſt penthecoſten ordinarent eos in ſacerdotes. Quāuis aūt eandē ptātem ꝛ equalem in cōficiendo habuerit oēs apoſtoli ꝛ epī ꝛ ſacerdotes. tn̄ q̄ꝫtum ad ptātē ligādi ꝛ ſoluendi plenitudinē habuit petrus poteſtatis ꝛ iuriſditionis. ꝛ ſic itelligitur illud Anacleti. diſ. xxj. In nouo teſtō poſt xp̄m dn̄m a petro ſacerdotalis cepit ordo. q꞉ ipſi prio ī eccl̄ia pontificatus datus eſt dicente dn̄o ad eū. Tu es petrus ꝛc̄. ꝛ tibi dabo claues ꝛc̄. ligādi ꝛ ſoluēdi q꞉ ptātem pmus accepit a dn̄o. ſ. quo ad iuriſditionem.

Ptās epālis.

Quantū ad ſextam ptātem. ſ. epalem. Sciendum ꝙ varia eſt opinio inter doctores de ptāte ſeu charactere epali. Nam canoniſte cōiter tenent ꝙ ſit ordo diſtinctus ab alijs: ꝛ ꝙ imprimat ſpālis character. Et ad h̄ facit qd̄ ait Iſido. di. xxj. Cleros dicēs ordinē epoꝝ quadripartitū. ꝛ Leo papa di. xxxij. Omnium. vbi dicit epatū eē quartū ordinē. ſed Tho. in. iiij. dicit ſumēdo ꝓprie ordinē: ſcꝫ ꝓut ordinat ad cōficiendū eucharistiā nō eē ordinē diſtinctū nec imprimere characterē. ꝛ ꝙ in ꝓdictis ca. dicat ordo ſumi ibi large ꝓut iportat dignitatē habentē ptātem ad q̄ſdā ſacras actiōes pficiēdas que nō pōt ſacerdos: vt chriſmare: ordinare eccleſiā ꝯſecrare ꝛ hmōi. Pe. de pa. ꝛ Herueus ꝛ Aug. de ancho. in tractatibꝰ ſuis de ptāte pape dicunt ibi nō iprimi characterē ſpālem: ſed ampliat ſeu pficit ipſe character ſacerdotalis ꝑ cōſecrationem epiſcopalem. vt ſcilꝫ poſſit aliqua facere que non poteſt ſimplex ſacerdos. vt dictum eſt. ꝛ quia plene poteſt adminiſtrare omnia ſacramenta ꝛ conficere. Extenditur autem iſta ptās epalis per ſe ad chriſmādū: ordinandum: ꝛ ꝯſecrandū omne dignuꝫ ꝯſecratiōe: ve-

Di. xxiij q. iiij. ar. ij. q. ij.

Vide ī ti. xix ca. iii §. vij.

eccleſias:virgines:vaſa:tẽpla ⁊ hmõi. Et etiaȝ
ad ligandũ ⁊ ſoluẽdũ in foro exteriori per excõ
municationẽ. Uñ excõicatio dr̃ mucro epalis.
xxiiij.q.iij. Corripiant. In hac ptãte.ſ.ordinis
oẽs apli fuerunt equales ſiue fuerit facti epĩ a
xp̃o in vltima cena:vel poſt reſurrectionem ſiue
ſint ordinati a Petro ſm alios ⁊ idẽ eſt de oĩbꝰ
ep̃is ↄſecratis que ptãs auferri nõ poſſet ab ho
mine nec deleri:qꝛ a deo ↄfert:etſi mediãte epĩ
copo ⁊ inſtrũali cã. Et ſic intelligenduȝ eſt qd̃ ait
Anacletus di.xxj. In nouo vȝ q̃ ceteri apli cuȝ
eodẽ Petro pari ↄſortio honorẽ ⁊ ptãtem acce
perunt.ſcȝ quantũ ad ptãtẽ ↄſecrationis nõ quã
tum ad miniſtrationẽ ſeu iuriſditionẽ. Uerum
Pe.de palud. in tractatu de ptãte pape dicit.q̃
ſolus Petrus factꝰ eſt a xp̃o imediate ep̃s ⁊ pa
pa cũ dixit ei. Paſce agnos meos ⁊ oues meas
Joan.vl.i.do tibi ptãtẽ paſcẽdi:qui paſtus ſpi/
ritualis fit per collationẽ ſacroꝝ:⁊ per ↄfirmati
onem paſcunt agni ⁊ nouelli in fide:vt effician
tur arietes ad bellandũ publice in confeſſione
dei ſine timore:⁊ per ordinis collationẽ paſcũ/
tur oues ꝑfecti in obediẽtia ⁊ patiẽtia:vt pari/
ant filios ſpũales per baptiſmũ:pniam ⁊ predi
cationẽ que agere ſpectat ad ſacerdotes: xp̃us
ergo qꝛ per excellentiã ptãtis ſeu ptãtẽ excellẽ/
tie poterat ↄferre effectuȝ ſacrorum ⁊ characte/
rem ⁊ grãm ſine collatiõe ſacri exterioris ideſt
alicuius rei ſenſibilis:ſicut dedit aplis oẽs or/
dines in vltima cena ſine ↄtactu alicuius ſacri
⁊ ſine forma conſueta.ita dicẽdo Petro paſce
oues meas.dedit ei ptãtẽ ⁊ characterẽ epalem
poſtmodũ Petrus ↄſecratus a xp̃o in ep̃m.cõ/
ſecrauit poſt pẽthecoſten Joan.euange.vt prin
cipaliorẽ poſt eum ⁊ poſtea Jacobũ maiorẽ fra/
trem eius. Et exinde iſti tres ↄſecrauerũt Jaco/
bum minorẽ in ep̃m ⁊ patriarcham hieroſoly/
moꝝ dãtes in hoc formam eccleſie de numero
trinario ep̃oꝝ ↄſecrantiũ eos. Et ita itelligẽdũ
eſt qd̃ dr̃ di.lxvj. Porro. de ordinatione Jacobi
minoris cũ glo.ſua tñ nõ q̃ numerus trinariꝰ
ſm Pe.de palu. ſit de ſubſtãtia ↄſecrationis illi/
us.ſed de inſtitutiõe ecclie. Uñ ⁊ ipſi apli aliquã
do nõ ſeruabãt ꝓdictũ numerum cũ nõ habe/
bant in promptu.ſicut Paulus fecit Timotheuȝ
⁊ titum ⁊ Dionyſium ep̃os. Credendũ etiaȝ eſt
q̃ fecerit aliquos ſimplices ſacerdotes ex.lxxij
diſcipulis vel alijs. De diaconibus ſeptẽ.clarũ
eſt ab eis ordinatis. Actũ.vj.⁊ hi faciebant offi
cia ordinũ inferioꝝ. Habebãt etiaȝ apli ſci epi/
ſcopi ptãtẽ excõicandi fideles manifeſte peccã/
tes qd̃ faciẽtes tradebãt eos ſathane vexandos
corporaliter:vt fecit Paulus aplus erga illum
corinthum qui nouerca abutebat.i. Coꝛ.v.⁊
alios etiã. Iſtã tñ ptãtem qꝛ ad iuriſditionẽ pti
net recognoſcebãt ⁊ habebãt ſub Petro. Hec
igitur eſt clauis regni celoꝝ.i.eccleſie militan/
tis ptãs epalis collata ꝑncipalit Petro:⁊ ideo
dixit. Tibi dabo claues regni celoruȝ ⁊c̃. Nec xp̃us fe
obſtat quod Aug. dicit in lib. de q̃ſtionibus noui cit oẽs
⁊ vete.teſta.q̃ xp̃us oẽs aplos fecit ep̃os. Ad h̃ aplos
enim põt tripliciter reſpõderi. Uno mõ q̃ fecit ep̃os.
oẽs aplos ep̃os.ſed differenter:qꝛ Petruȝ per
ſe fecit ep̃m alios per Petrum. Sicut etiã dicit
ꝓpheta ⁊ xp̃s allegat in euãgelio Joan. Erunt
oẽs docibiles dei.i.a deo:ſed alij mediate vt di
ſcipuli:alij mediate vt ↄuerſi per ipſos. Scd̃o
mõ põt dici q̃ xp̃s fecit oẽs aplos ep̃os.i.ꝑſby
teros qd̃ fecit per ſe in vltima cena. Sepe enim
ep̃s ponit pro ſimplici ſacerdote.qd̃ ꝓbat Hie/
ro.per id qd̃ habet Act.xx.vbi aplus loquens
ad ſeniores ciuitatis Epheſij inqt. Poſuit vos
ſpũſſcũs ep̃os.i.ꝑſbyteros. In vna eniȝ ciuita
te nõ dȝ eẽ niſi vnꝰ ep̃us.ſicut dicit Clemẽs pe/
trum inſtituiſſe.di.lxxx.c. In illis. Idẽ etiã ꝓbat
per.c. Legimꝰ.di.xciij.⁊ ſic etiã põt intelligi il/
lud pſal. dictũ de iuda. Ep̃atũ eius accipiat alt.
ideſt preſbyteratũ vel apoſtolatũ. Fuit etiam h̃
paſſioni ↄgruũ.vt ſicut in creatiõe humani ge
neris:vt eẽt maior vnitas deꝰ fecit ex vno om/
ne humanũ genꝰ.vt dr̃ Actuum.xvij.qꝛ ꝑmo
adam ⁊ ex eo euã. Sic ad ſeruãdũ eccleſie vni/
tatẽ nõ fecit xp̃s duos vel tres ep̃os:ſeu omnes
apoſtolos a qbꝰ alij fierẽt:vt eẽnt plura capita:
ſed decuit facere vnũ ep̃m tantum a quo ceteri
fierẽt:⁊ hic fuit Petrꝰ:⁊ iõ ſibi dictũ fuit. Tibi
dabo ⁊c̃.claues ſcȝ eccleſie militãtis. ¶ Septi ptãs iu
ma ⁊ vltima ptãs in eccleſia eſt iuriſditionis iu riſditio
dicãdi ⁊ ſentẽtiãdi in foro pnie ⁊ foro ↄtentio nis.
ſo. Hanc aũt etiã apli oẽs habuerũt a chriſto.tñ
vt eẽnt ſub Petro. Ipſe aũt Petrus imediate a
xp̃o accepit oẽm plenitudinẽ iuriſditiõis:⁊ ſic
oĩs eius ſucceſſor.ideſt papa plenitudinem po
teſtatis hȝ a xp̃o:alij autẽ epĩ ⁊ ꝓlati in parte ha
bent ⁊ oẽs a papa. Uñ Gregori.inqt. Romana
eccleſia vices ſuas ita alijs ipartiuit eccleſijs:vt
in partẽ ſint vocate ſollicitudinis:non in pleni
tudinẽ ptãtis.ij.q.vi. Decreto.⁊.c.ſequẽti. Ad
quod deſignandũ papa ſemꝑ ⁊ vbiqȝ vtit pal/
leo. Alij vero prelati certis diebus ⁊ locis vt ex
tra de vſu pal.capi. Ad honorem hanc poteſta/
tem Petro contulit chriſtus cũ ait. Paſce oues
meas.ſm Petrum de palude que poteſtas ex/
tenditur ad omnia dubia iuris diuini vel natu
ralis declarando omnia iura poſitiua ſtatuen/
do ⁊ abrogando:omnia priuilegia condonan/
do de omnibus vtroqȝ foro qui ſunt in eccle/
ſia ſententiando penas omnes temporales pro
nulli caſus i qb⁹ ꝓbabilr dubitať. vtꝝ i iſto vl'
in illo caſu ſit vſura nō eſſet heretic⁹ q teneret
opi. ēt forte nō verā. vt. ō. c. nauigāti. de vſuris
pe. Et nō bꝫ Pau. i cle. q dicit ꝑtinacit'. ꝑtinax
di q valde ⁊ īpudēter aliqd tenꝫ ⁊ affirmat. vn̄
ſi ioco vel ꝑ lubricū lingue hoc diceret. nō eſſet

Nota q eccle/ſia milli/tans li/gat oīa occlta.

hereticus.xxiiij.q.j.alt.⁊ ſic ptinacia in malo. pſeuerantia in bono iudei aūt quāuis aſſirmēt vſurā nō eſſe petm̄.non tñ pñt dici heretici:nec aliter ↄtra eos pcedit. Rō eſt.q2 in eis nō cadit hereſis.que eſt idē qḋ eliſio vel diuiſio.xxiiij. q.iij.hereſis.Cū.n.nō ſint de gremio eccle.di uiſionē ab eo facere nō pñt.ſi tñ errorē dogma tizarent.etſi nō vt ↄ hereticos.tñ per alios mo dos poſſent p eccleſiā puniri.ſicut ⁊ i alijs ca ſibus qñ offendūt fidē. Pau. Nō etiā ſ3 Pau. vbi ſupra i Cle. et graui de vſuris ꝙ qui dicit ptinaciter vſuram eſſe petm̄.ſed facta reſtitutio ne nō eſſe ↄſitēdū ſicut qui ē obligat᷑ ex ↄtu li cito eſt hereticū.in ↄtu.n.obligat᷑ quis tñ ho mini.in vſura aūt offendit ⁊ obligat᷑ deo ⁊ ho mini.⁊ ideo poſt reſtitutionē adhuc tenet᷑ peni tere. Item ſm̄ eundē qui male credit ſed para tus eſt corrigi ⁊ ſequi certioratus fidē eccleſie. non eſt hereticus.xxiiij.q.iij.beatus paulus.

¶ Excoicatio contra inquiſitores ⁊ cōmiſſari os eorum illicite extorquentes pecuniam ſub pretextu inquiſitionis. Caplm̄.viij.

Inquiſitores ⁊ eo rum vel epoꝝ ſeu caploꝝ ſede va cante ſup hoc deputati cōmiſſarij. ſi pretextu officij inquiſitiōis qui bus ſuis modis illicitis ab aliquib᷒ pecuniam extorquent aut ſcienter attentant eccleſiaꝝ bo na ob clericoꝝ delictū pdicti occaſiōe officij ſi ſco eccleſie applicare.ſūt excoicati ⁊ abſolui nō pñt preterquā in mortis articulo donec illis a quibus extorſerint plene ſatiſfecerint de pecu nia ſic extorta.nullis priuilegijs pactis aut re miſſionibus ſup hoc valituris.cle.in.c. Nolē tes de here.in cle.cōmiſſarij.dant ergo inquiſi tores q̄s vicarios vocam᷒ vel ſubſtitutos.ē.c. primo. Jo.an. Cōmiſſarij.ↄ epis loq nō videt᷑ ꝗ etiā ab his debeant abſtinere pena tñ que ſeq tur nō h3 locū in ipſis. Jo.and. Pretextu.ſi er go nō eo ptextu illicite exigit.l3 faciat male.nō tñ eſt locus pene. Jo.an. Pecuniā intelligo lar ge.j.q.iij.totū. Eccleſiaꝝ.ↄ bonis ergo clerico rum ppriis nō phibet. Eccle multo minus ſibi ipſis vel offici alib᷒ vel ſiſco ſeculari cui applica ta ſunt ipſo iure bona laicoꝝ d inatoꝝ de here ſi. Jo.and. Abſolui per ordinarios cū ſibi non reſeruet papa. Jo.an. Satiſfecerint ſi habēt vñ alīs in hoc paupertas excuſat ↄ vſur.cū tu. Jo. an. Q3 prelatos eccleſiaꝝ cogi nō poſſum᷒ ad officium inquiſitiōis exercendū. Boniſa.vir te cōſpicuos. Quod magiſter ordinis i toto or dine ⁊ quilibet po: puincialis ⁊ eius vicarius in ſua puincia poſſunt fratres ſuos p r ſedem aplicam deputatos ad pdicandū crucē vł ad i quirendū ↄ hereticā prauitatē reuocare remo uere ⁊ transferre.vel ꝙ ſupſedeant inſurgere alios quoq3 ſubſtituere ſi eis viſum fuerit expe dire ⁊ in eos ſi ↄuenerint cenſurā eccliaſticam exercere nō obſtantibus literis aplicis ipetra tis vel impetrādis:q̄ de indulto hoc expreſſam non fecerint mentionē. Boniſa.virtute. ¶ De irritatione ordinationu3 ab Octauiano ⁊ Gui done hereſiarchis factarum.

¶ Excōicatio ↄ alienatiōes ⁊ ordinationes fa ctas a ſciſmaticis de reb᷒ eccliaſticis. Cap.ix.

Ordinationes ab Octauiano ⁊ Guidone hereſiar chis factas ⁊ ab ordinatis ab eis irritas eſſe cēſemus aducientes vt que dignitates eccliaſticas ſeu benefi ia p pdi ctos ſciſmaticos ceceperūt careāt impetratis. Alienatiōes quoq3 q̄ p ipſos ſciſmaticos ſiue p laicos facte ſūt de reb᷒ eccliaſticis oi careāt fir mitate.⁊ ad ecclia3 ſine oi onere reuertantur.ſi q̄s ↄire pſumpſerit:excōicatiōi ſe nouerit ſubia cere.ex̄ de ſciſmaticis.c.j. A Guidone cū ſciſſe rūt eccliā.q nō dnr ſciſmatici imo poti᷒ dnr ta les q diuertunt᷑ ab eis hereſiarchis.i. ſciſmati cis. Inno.ab eis ordinatis p ordinatos ab eis videt᷑ idē cū ſit eadē rō ↄſect᷒.ſ.executiōis.quā dare nō pōt q nō h3. Joā.and. Laicos. ſuctiōe ipoꝝ ſciſmaticoꝝ.als emēs nō eēt excōicat᷒ ſi excōicandus h3 Hoſtieñ. Firmiter. ꝙ ecclia ꝗ diu h3 paſtorē hereticū vł ſciſmaticum vacare dr̄. Un nō valēt q̄ a tali plato ſiūt in piudiciū ec cleſie.ſi tñ acqrit talis plat᷒ eccle tenet nec caſ ſabit᷑.⁊ ſi in fauorē eccle. Bern. Reuertant᷑ ꝗ reuertunt᷑ talia ad ecclia3 nullo dato pcio. Pe trus de anch. S3 emptor h3 recurſu3 ad vēdito re3 p pcio ſ3 Uincē. Si q̄s ↄire.i.ordines exe quēdo.bñficia retinēdo vł bona alienata ſ3 Ho ſtieñ. Subiacere illi ſciſmatici q ab vnitate ec cleſie recedūt vt greci excōicati ſūt.xix.di. Nul li. Dicebat Hoſtieñ.illos ſciſmaticos tñ q ſe ex tollūt ↄ romanā eccliā3 ⁊ ab illa ſe ſepant eē ex cōicatos cū adherētib᷒:⁊ dnr tales heretici illi ſ.q volūt ↄ epm aliquē inſurgere ⁊ epatu3 tene re:⁊ clericos ſuos facere ⁊ excōicandi ſūt. Pe. de ancha. ¶ Nō ꝗ q ordies vł bñficia recepe rūt a ſciſmaticis ipo iure excōicati ſūt:⁊ ſic ē ca nō late ſnie.q̄ḋ qḋ ā vt Hoſti.itelligūt de adhe rētib᷒ ⁊ fauētib᷒ ipis ſciſmaticis. Dicas ꝗ eos q alīs nō adherēt nec fauēt ſciſmaticis illis.ſ. q recedūt ab vnitate eccle nec extollētes ſe con tra romanā eccleſiā:etſi ↄ alios:nō excōicatos ipſo iure ſ3 ſūt excōicandi. Pe.de ancha. Item nota ꝙ excōicati ſunt oēs ſcieñtes adherētes:vł fauētes publice:vel occulte ſciſmati d inato in concilio Conſtantieñ. Petri de luna abſolutio pape reſeruat᷑.vt p3 in proceſſu cur ial i.

¶ Excōicatio

¶ Excōmunicatio cōtra aſſerētes romanā eccleſiam non eſſe caput aliarum eccleſiarū: ⁊ nō poſſe ↄdere canones ⁊ decreta: vel non eē obediendum. Capitulum. x.

Qui aſſerit cōtumaciter eccleſiā romanā nō eē caput aliarū eccleſiaꝝ ⁊ non poſſe ↄdere canones ⁊ decreta: ⁊ ēt ſibi tāq̄ꝫ capiti nō obediēdū excoicatus eſt. xix. di. Nulli fas. Nota ꝙ i iud. c. loquiſ de cōtēptoribus canonuꝫ ⁊ trāſgreſſoribꝰ. Sed ſm Hug. ibidē ⁊ Paul. in cle. Dupliciter diciſ qs ↄtemptor canonū. vno mō. q2 aplicam ſedē ↄtumaciter negat eſſe caput eccleſiaꝝ: ⁊ hēe ptātē ↄdendi canones decreta ⁊ ſtatuta eius nō eſſe obſuanda. ⁊ talis eſt ſciſmaticus ⁊ hēticus ⁊ excoicatus. Et ſic intelligēdo dictū. c. eſt canō late ſnie. Et ad idē facit xxij. di. oēs xxv. q. j. Violatores. Et idē di. Joā. an. Inno. ⁊ Hoſt. Scđo mō diciſ qs ↄtēptor et trāſgreſſor canonū qui ipſa mādata canonum nō ſeruat: q̄uis credat ⁊ dicat eſſe ſeruāda. ꝫ non eſt ſciſmaticus ꝓprie nec excoicatus. ⁊ ſic de hmōi intelligēdo capl̄m eſt canō ferēde ſententie. ⁊ vt dicit Pau. in cle. Siqs transgrediſ canones ⁊ ſtatuta ↄtinētia p̄cepta ſiue affirmatiua ſiue negatiua peccat mortalr̄. xiiij. qō. i. §. qđ precipiſ. ſecus ſi eēt cā ↄſilij intellige tñc canonē loqui de ↄſilio qñ hoc ibi exp̄miſ vel alia rō ſuadet ſic intelligi. Non enim qui ſic exhortaſ ſcꝫ. ff. de his qui no. iſa. ob hec vba. cuꝫ aut p̄ceptorie loquiſ. vt de cele. miſ. c. Dolētes. ⁊ đ eta. ⁊ quali. c. Cū eccleſie. hoc trāſgrediens peccat mortaliter. q2 impedit finēꝫ quē lator legis intēdit: alſ trāſgreſſor canonū ex rōnabili cauſa nō peccat mortalr̄ ſm Tho. hec Pau. in cle.

Contē/ptor ca/nonum q̄n pec/cat.

¶ Excoicatio contra incendiarios eccleſiaruꝫ vel pioꝝ locorum ⁊ ſi fuerint denunciati: pape reſeruatur abſolutio. Capitulum. xj.

Incendiarij ex quo ſunt per eccleſie ſniāꝫ publicati pro abſolutionis bñficio ad ſedē aplicāꝫ ſunt mittēdi. cle. in extrauaganti. ex͠. de ſen. excō. c. Tua. Glo. ſup verbo publici in fi. ſic dicit. Nō credo ꝙ oēs incēdiarij generalr̄ ſint excoicati: niſi incēdiarij eccleſiarū: cuꝫ de alijs nō inueniā. Et per hāc decretalē nō ꝓbaſ ꝙ iuſ ſint excoicati: ſed illis pmo excoicatis ab epīo ſubſecuta publicatione ⁊ denūciatiōe per hāc decretalē ſibi papa eoꝝ ſeruat abſolutionēꝫ ad terrorē: alſ epī pñt abſoluere oēs incēdiarios. ex͠ eo. Nuper Ray. Goff. ⁊ Hoſt. in ſūmis ſuis. ⁊ Joā. de lig. dicūt ꝙ incēdiarij eccleſiarū vl̄ locoꝝ religioſoꝝ vel cimiterij vel ſpacij p̄uilegiati in circuitu eccleſie ſeu locū contiguum p̄uilegiatis ſunt ipſo iure excoicati. vt in dicta decretali. ⁊ xvij. q. iiij. Sicut antiquus. Eſt aūt ſpaciū p̄uilegiatū in circuitu eccleſie triginta paſſus vel quadraginta: quoad matricē eccleſiā: ſꝫ añq̄ꝫ denuncienſ pñt abſolui per ordinarios. Poſtq̄ꝫ vero fuerūt denūciati non niſi a pa. Et ſm Jo. an. tales abſolui non pñt a legatis ex iure legationis. Itē mulier incēdiaria ſic denunciata ab epō abſolui non pōt: etiā poſſit abſolui ab iniectione manuū violēta in clericū ſꝫ Guil. Jo. an. hoc dicit de incēdiarijs eccleſiaꝝ. Guil. etiā dicit ꝙ incēdiarij alioꝝ locoꝝ poſtq̄ꝫ fuerīt etiā denunciati. pñt abſolui ab epō et colter dicūt doc. Pe. de anchа. dicit ſimplr̄ de incēdiariis ⁊ excoicatis ⁊ denūciatis. ꝙ ſunt mittēdi ad papā. cōmunior pma opi. ſcđa tutior. Incēdiarij vero alioꝝ locoꝝ nō ſunt ipſo facto excoicati: ſed excoicandi de iure cōi. xxiij. q. vi. c. Peſſimā. Ray. de iure aūt p̄ticulari ſeu ſynodali in quibuſdā locis tales etiā ſunt excoicati: in quibuſdā alijs ex ↄſuetudine habenſ p excoicatis quāuis reuera nō inferaſ excoicatio abſq̄ꝫ ſnia ſm Guil. ⁊ vbi incēdiarij poſtq̄ꝫ fuerunt denunciati pñt abſolui ab epis ſuis ſm quoſdā. vt Guil. et Alber. ſed ſm alios nō niſi a papa: ⁊ hoc dꝛ in ſūma piſa. Jo. an. dicit tm̄ de incēdiarijs eccleſiaruꝫ. Sed q̄liter intelligēda ſit iſta denunciatio. Dicit Guil. ꝙ ſm quoſdā intelligiſ ſi fuerit denūciatus noīatim. i. expſſo noīe: ſecus vt dicūt ſi in gnāli. vt cuꝫ dꝛ ſub hac forma. Excoicamꝰ oēs illos qui fecerūt tale icēdiū. Et ſubdit. Credo ꝙ ſiue in gnāli ſiue in ſpāli denūcieſ incendiarius a ſolo papa eſt abſoluēdus p̄ſertiꝫ cum dicit Hug. ⁊ iuriſperiti: ꝙ qñ ferſ ſnia ſub hac forma. Excoicamus oēs q fecerūt hoc vel illō. oēs intelliguntſ noīatiꝫ excoicati. Credo etiā ꝙ pape eſt reſeruāda hec abſolutio a quocūq̄ꝫ iudice fiat iſta denūciatio: ⁊ dꝛ incēdiariꝰ ſꝫ Ray. qui aucte ꝓpria ciuitatē vel villaꝫ vel māſuꝫ vel ſegetē vel rē ſilem malo ſtudio incēdit. Expōit glo. eiꝰ incēdit vel incēdi facit aut incendiarijs ↄſiliū vel auxiliū ſciēter ipendit. aucte ꝓpria. i. cū nō habeat ius mouēdi bellū vel incendendi māſum vel ſegetē. ſ. alienā. ſecus ſi ꝓpriā: quia tūc nō tenereſ pena incendiarij niſi dolo malo hoc faceret. vt. ſ. p incēdiū rei ſue: aliena incendereſ. Malo ſtudio: q2 ſi faceret ꝫ ex negligētia: lꝫ peccaret: nō tñ icēdiarius vocareſ. Guil. Itē qui in bello iuſto ignē iponit abſq̄ꝫ p̄cepto idictoris belli incēdiariꝰ eſt. lꝫ dānū non teneaſ reſarcire: qui vero in bello iniuſto etiā ex precepto: incēdiariꝰ eſt ⁊ dānū teneſ reſarcire. Et no. qui in bello iuſto villā vel caſtꝝ incēdit: ſi ibi eccleſia incaute cōburaſ ⁊ eſt moleſtum ei non eſt excoicatus: ſed dānū reſarcire teneſ. Item qui ponit ignē in loco religioſo eſt excoicatus: qui

vero in alia domo hitabili vel in grano eſt ex/
coicandus:alij vero incēdiarij palearū feni li/
gnoꝝ ⁊ hmōi nō dicunt̄ incēdiarij. Lapus ſup
c.de imu.ec.c.Q꞉ nōnulli.li.vj.dicit.hic dicen
dū videt̄ ꝙ appellatiōe eccleſiaꝝ includant̄ ne/
dū monaſteria ſ; ēt oīa pia loca.nā iſta equipan
tur.ō.de teſti.regiſth.facit qđ ſcripſit.d.m.poſt
Archi.ō.c.li.de teſti.in inte.c.fi.Uidi dubitari
an incēdiarij vel fractores domoꝝ ſitarū infra
ambitū eccleſiaꝝ puilegiatū.de quo hēs.xvij.
q.iiij.ſicut antiqͥtus ſint ipſo iure excoicati ſicͣ
Incēdiarij ⁊ effractores eccliaꝝ q ēt poſtꝗ fue/
runt denūciati nō pn̄t.ſ.ipſi abſolui niſi per pa
pā.⁊ videt̄ ꝙ ſic p.d.c.ſicut ⁊ de ſen.ex.conqſti
ſup hoc ꝯſultus cū qbuſdā iuriſtis ꝯſului:ꝙ ta
lis.ſ.frāgens vel cōburēs domū ſitā infra abi/
tum ⁊ ꝯfines.d.c.ſicut antiqͥtus l; talis ſit vio/
lator inmunitatis eccleſie ⁊ vt ſacrileg⁹ punien/
dus non tamē eſt excōmunicatus:⁊ hoc p iſtō
c.ſ.nōnulli.⁊.c.conqueſti.hec ille.

¶ Excōmunicatio contra effractores locorum
ſacrorum ⁊ pape reſeruatur ablutio poſt denū/
ciationem eorum. Capitulum.xij.

MEmoratos ſacrile/
gos qui.ſ.ꝯfregerāt violēter qſdam
eccliās ⁊ expoliauerant: excoicatos
nūcietis:⁊ faciatis ſicut excoicatos
artius euitari donec paſſis iniuriā cōgrue ſatiſ
faciant ⁊ dāna data reſarciant ⁊ cū lr̄is vr̄is rei
veritatē cōtinentibus aplico ſe ꝯſpectui repre/
ſentēt.ex̄ de ſen.excō.Cōqueſti.gl. excoicatos:
ergo videt̄ ex hoc ꝙ ipſo iure ſint excoicati hu/
iuſmodi ſacrilegi:qđ eſt verū de effractoribus
eccliaꝝ ⁊ incēdiarijs repreſentēt.exquo enim
Incēdiarij ⁊ effractores eccleſiaꝝ denūciati ſūt:
non pn̄t abſolui niſi a papa:ſed anteꝗ̄ denūcië
tur bene pn̄t abſolui:ſi ſatiſfacere voluīt.vt i ca.
Nup.e.ti.idē Archi.⁊ Goff.Jo.an.autē ⁊ Pe.
de ancha.ſic ſumant:Qui cū effractiōe ſpoliāt
eccleſias:excoicati ſunt ⁊ poſtꝗ̄ ſunt denūciati
ſunt per papā abſoluēdi.Quid.ſ.extēdebāt iſtū
caſu; ad faciētes in eccleſia multa enormia:vt
frāgēdo crucē ⁊ diripiēdo corpus xpī:vel rapi
endo bona ipſaꝝ:ſm Hoſtien.⁊ Goff.in ſūmis
ſuis.⁊ Jo de lig.in tractatu.de cen.eccle. dicit
ꝙ tales nō ſunt ipſo iure excoicati ſed excoicā/
di. ¶ Et no.ꝙ Guil'.dicit̄.Credo ꝙ effractor ec
cleſie iudicādus eſt q dolo malo aut p iniurias
violēter parietē fodit aut ſuffodit:aut vitreā fe
neſtrā fregerit:aut ſeraturā:aut oſtia:aut cardi
nes:aut vectes dū tenēt oſtia firmata:aut ip; te
ctū eccl'ie.Et no.ſm Guil'.ꝙ q vadit ad frāgen/
di eccliam ⁊ furādi ⁊ tñ non frangūt:q꞉ inueni
unt al's fractā vel apertā:⁊ ſic intrant vel aſpor
tant bona ipſius:non incidunt in iſtū canone;.

¶ Excoicatio cōtra falſarios litteraꝝ papaliū:
⁊ pape reſeruat̄ abſolutio. Capitulū.xiij.

NOs omnes falſari
os lrarū noſtraꝝ aplicaꝝ qui per ſe
vel per alios vitiū falſitatis exercēt
cū defenſorib⁹ ⁊ fautorib⁹ ſuis ana
thematis vinculo decernimus innodatos ⁊c.
Inno.iij.ex̄ de crimi.fal.ad falſarioꝝ. Innoda/
tos:⁊ ſic eſt canon late ſn̄ie ſm Inno.⁊ Hoſt.in
ſuper ⁊ clerici officijs ⁊ bn̄ficijs ſunt priuati et
degradādi ſunt ⁊ ſeculari curie tradēdi ſm cō
ſtitutionē legitime puniēdi p quā ⁊ laici legiti
me ꝯuicti punient̄:vt d꞉ in tex.⁊ cōiter d꞉ ꝙ ab
ſolutio a tali excoicatione pape reſeruat̄.ex̄ eo.
Dura.in fi.No.ſm Pe.de ancha.in dicto.c.ꝙ
ille qui ſciēter ipetrat reſcriptū ſurreptitiū:⁊ il/
lo vtit̄:nō incidit in illā penā:ſed ſolū punit̄ ꝙ
careat cōmodo reſcripti ⁊ in expēſis ꝯdēnet̄.de
reſcrip.c.Sup lr̄is. ſed falſans reſcriptum vel
vtēs falſo ex certa ſcīa vel per ignorātiā pcedē/
tem ex negligētia incidit. ¶ Et no.ſ; Richar.
ſup.iiij.diſt.xvij.q꞉ ipetrans lr̄as a dn̄o papa
tacita veritate:vel ſuggeſta falſitate:ſiue ſic im
petrans ſciēter vel ignorāter:ſi talis veritas ta
cet̄:vel talis falſitas ſuggerat̄:qua v̄itate ma/
nifeſta vel falſitate nō ſuggeſta dn̄s papa nō cō
cederet.Nō eſt excoicatus iure cōi:nec etiā illi
qui in lr̄is aplicis vtunt̄ ſub alio noīe impetra
tis:q꞉ quāuis tam illi ꝗ̄ illi digni ſunt magnā
pena ⁊ ꝯfuſione:nō tñ oportuit eos ꝯdere ꝙ ta
les eſſent excoicati:q꞉ talis fraus a parte aduer
ſa vel a iudice ꝯtra vtētes talibus lr̄is faciliter
⁊ certitudinaliter pōt pcipi.quāuis ergo ſic im
petrās falſarius ſit extēdendo falſarij nomen/
vt ſumit̄.xxv.q.ij.dicēti.non eſt tñ falſarius lit
terarū dn̄i pape:q꞉ veritas lr̄as impetrat:quā/
uis falſa ſuggeſtione:⁊ ſic nō eſt excoicatus.

¶ Excōmunicatio contra vtentes ſcienter lr̄is
papalibus falſis. Capitulum.xiiij.

QUi litteris vti vo/
luerint eas pmo diligenter exami/
nent:qm̄ ſi falſis lr̄is ſe vſos dixerīt
ignorāter:earū ſera pn̄ia euitari ne
quibit penas inferius ānotatas Inno.iij.i eo.
c.Ad falſarioꝝ.ibi d꞉ de iſtis penis:⁊ ſic q ſciē/
ter vtit̄ lr̄is aplicis etiā ab alio falſans:eſt excoi
catus. ¶ Et no.ꝙ dicit Hoſ.ibidē ꝙ ſi ſimplex
ignorāter vtit̄ talib⁹ lr̄is falſis nō excuſat̄:q꞉ p
alios debuit inqrere.hoc ar.diſ.xxxvij.c.ſi.idē
Ber.ſ; ſi falſitas erat ita latēs:ꝙ de facili pcipi
nō poterat in apto ſi p ſe ⁊ alios adhibuit dili/
gētiā quā potuit ⁊ nihil pcipit:excuſat⁹ eſt:alio
qn nō.ex̄ de homi.c.Jo.Tūc enī ſm Pe.de an/
cha.ibidē cenſet̄ iuſta ignorātia que h; excuſa/

reſt adhibuit diligẽtiã quã potuit ⁊ debuit:q: hoc indagauit a peritiorib⁹.xliij.di.Ephesijs. nõ eniʒ poterat diuinare falſitatẽ reſcripti.ſʒ ſi ignorauit ex negligẽtia:q: hoc crimẽ eſt ideo punitur ⁊ dolo cõparatur.ff.mã.l.fideiuſſor.⁊ in c.Dura.e.ti.di: q ſi falſas lr̃as ſe hr̃e cognoſcit infra.xx.dies.aut deſtruat aut reſignet ſi penaʒ excoicationis euadere voluerit.Et hoc itelligit ſm Hoſt.qñ litere falſe aliquo caſu ad eũ peruenerunt.tales ergo nõ ſũt ipſo iure excoicati: ſʒ poſt.xx.dies ſi nõ reſignat.Pe.de ancha.

℄ Excõmunicatio contra recipiẽtes lr̃as papales ſeu bullas in curia nõ de manibus pape vel deputati ad hoc. Capitulum.xv.

Inhibemus ne quiſ apud ſedem aplicaʒ lr̃as noſtras niſi a nobis vel de manib⁹ illoꝝ recipiat:qui de mandato nr̃o ad illud ſunt officio deputati. Perſone ſolẽnes per nũciũ recipere pñt de manibus ꝓdictoꝝ. Trãſgreſſor hui⁹ ſi laicus eſt excoicationi ſubiaceat.ſi clericus officijs ſeu bñficijs ꝑuatus dãnet. Jnn.iij. de cri.fal.c.dura.Apud ſedẽ aplicaʒ. Jlli ḡ qui non ſunt apud ſedẽ aplicam ſeu in curia non ligant hac ꝯſtõne:⁊ aplica ſedes eſt vbi eſt papa. Hoſt.⁊ Jo.an.excoicationi ſubiaceat.dicas q ipſo iure irrogat hec pena laico ⁊ ẽt clerico: q aũt clericus officijs ⁊ bñficijs dãnet ipſa pena iponenda eſt per ſniaʒ:nec iponit ipſo iure:ſed excoicatio ipſo iure iponit ẽt clerico Pe.de ancha.℄ Et no.q dicit glo.Ber.ibidẽ nõ credo q ſit excoicatus qui hoc nõ ſeruat:imo indifferẽter videmus q qlibet ꝑ nunciũ ĩpetrat lr̃as: ⁊ hoc papa ſcit:⁊ tolerat nec aliquẽ repellit:niſi eẽt excoicatus:ſʒ hoc intellige q lr̃e de manibus pape vel bullatoris tñ ſunt recipiẽde etiaʒ vel vicecãcellarij vel alterius ad hoc deputati: alr̃ falſe ſunt:⁊ qui ſic recipet eẽt excoicat⁹. Jo.an.⁊ Pe.de ancha.dicũt q hoc qđ dic̃ iſta decre.hodie curia nõ ſeruat imo qlibet parue auctoritatis mittit ad bullatorem ⁊ recipit.

℄ Excõmunicatio ꝯ corrigẽtes apponentes ⁊ remouẽtes aliquid de lr̃is papalib⁹:⁊ pape reſeruatur abſolutio. Capitulum.xvj.

Hoſtiẽſis in ſumma ſic ait.Hodie preceptũ eſt q in lr̃is dñi pape nec in magno nec ĩ modico qs manũ apponeret:etiã lr̃aʒ vnicam:vel punctũ vnicũ corrigẽdo. exceptis officialib⁹ qbus hoc eſt cõmiſſum.Alioqn manus apponẽs ex canone lato in curia ipſo facto ſententiã excoicationis incurrit que per aliquẽ citra ſedẽ aplicam relaxari nõ pot.idem Goffre. ℄ Querit Richar.in.iiij.di.xviij.Utruʒ innocẽs lr̃am dñi pape cuius efficacia iaʒ expirauit:⁊ ludo nõ intẽtione vtẽdi aliquã lr̃aʒ in eo ſormata reformet vel punctũ faciat vel ꝑ quẽcũqʒ aliũ modũ aliqd in ea imutet:ſit excoicatus ipſo iure. Rñdet vbi ſupra ad iſtã qõnem dicũt aliqui q talis nõ eſt excoicatus ipſo iure:quia illa excoicatio nõ intelligit niſi de his que pñt alicui eẽ vtiles.ꝓdicta etiã quoad oẽm hoiem eẽt inutilis. Et ꝯ hoc ſic argui pot quãuis illa litera nõ imutata facta ſit inutilis.tñ per raſuraʒ ſic mutari poſſet vt vtilis appareret. Uerbi gr̃a ſi ibi erat ſcriptũ poſt trienniuʒ minime valiturus:⁊ pro triẽnio poneret quĩquẽniũ:iã appareret vtilis que ꝑus erat inutilis.Cũ ergo quecũqʒ mutatio ſiue pua ſiue magna ꝯ lr̃am ⁊ voluntatẽ dñi pape ꝑ quã ꝑmutationeʒ pot apparere vtilis pluſqʒ erat:vel vtilis cũ añ non erat ſit ꝓhibita ſub pena excoicatiõis laʒ late:videt q imutans aliqđ ꝯ lr̃aʒ dñi pape de qua eſt qõ ſit excoicatus ipſo iure:qđ mihi ꝯcedendũ vr̃ vt etiã habet ex de crimi.fal.in.c.ad falſarioꝝ. in glo.ſup illud ꝑ raſurã tenuẽ.Quicũqʒ radit vel imutat reſcriptũ pape excoicatus eſt ⁊ falſarius.⁊ in hoc nullã diſtinctionẽ adhibeo.Et infra ſic dic̃.De lr̃is tñ que ꝑ nullã raſurã poſſent vtiles apparere:vtpote lr̃a curatoria data a ducẽtis annis:vel.ccc.alr̃ eẽt iudicandũ:q: ſi tota radaret de nouo nõ poſſet apparẽ vtilis ꝑp bullã:q: in creatione cuiuſlibʒ noui pape aliqđ ꝯ bullã imutat nomẽ eni eius ponit in bulla.

℄ Excoicatio ꝯ facientes ſtatuta cõtra eccleſiaſticam libertatẽ:⁊ ſeruari ea facientes ⁊ ſcriptores eoꝝ ⁊ officiales iudicãtes ſʒ ea. Cap.xvij.

Excoicamus omẽs qui de cetero ſeruari fecerint ſtatuta edita:⁊ ꝯſuetudines:vel potius abuſiones introductas ꝯ eccliaſticam libertatẽ:niſi ea de capitularibus ſuis infra duos menſes poſt hmõi publicationẽ ſnĩe fecerint amouere. ℄ Excoicamus ſtatutarios ⁊ ſcriptores ſtatutoꝝ ipſoꝝ:necnõ ⁊ ꝑ̃tes ⁊ cõſules ⁊ rectores ⁊ ꝯſiliarios locoꝝ:vbi de cetero hmõi ſtatuta ⁊ ꝯſuetudines edite fuerint et obſeruate:necnon ⁊ illos q ſm ea ꝓſumpſerint iudicare:vel in publicã formã ſcribere iudicata. Hono.iij.de ſen.excõ.nouerit.Eccliam laici heremite ⁊ recluſi.hic ſub noĩe eccle nõ cõprehendunt niſi ſe ſubiecerint alicui ꝓbate religioni.Guil.Libertatẽ q ꝯſiſtit in ꝓuilegijs ꝯceſſis ſup ſpũalibus vel tp̃alibus generaliter vel ſingulr̃:ſiue a deo:ſiue a papa:ſiue ab alijs principibus ſm Jnno.⁊ Hoſti.⁊ Abba.Et a deo quidem cõceſſa ſunt multa:vt illud.Qđcũqʒ ligaueris ſup terrã ⁊c̃.⁊ hoc quãtũ ad ꝑſonaʒ pape extendit ad interpretationẽ omniũ dubiorum.

extra qui ſi.ſint legi.c.p venerabilē. Item q̄ de
cime ⁊ p̄mitie ad clericos ſpectēt.xvj.q.j.reuer
timini. Itē q̄ eccleſia ſola res eccliaſticas mini/
ſtrare pōt.xvj.q.j.§.itē impator. Itē q̄ de ſpūa
libus ſuo ↄdere ⁊ iudicare pōt ⁊ multa alia pri
uilegia que ↄtinenť in no.⁊ ve.teſta. A papa p̄/
uilegia ↄceſſa ſunt.vt qui iniecit manū violēteꝫ
in clericū:ſit ex cōmunicatꝰ. Item q̄ in legatis
ad pias cauſas ſufficiūt duo teſtes.ex̄.de teſta.
c.relatū.⁊ i multa alia p̄uilegia que ad vicario
xp̄i ↄceſſa ſunt q̄ habenť in iure canonico. Iteꝫ
ab impatoribꝰ multa ↄceſſa ſūt que ſparſa in iu
re ciuili:vt de imu.ec.⁊ hmōi.nec extendūt di/
ctas ↄſtitutiōes ad p̄uilegia data nō vniuerſali
ter:ſed p̄ticulariter aliquibꝰ eccl'ijs ſiue ſint da/
ta talia ſp̄ualia a papa ſiue ab impatoribꝰ. ſiue
ab alijs p̄ncipibus. Jo.an.de capitularijs.i.in
chartulis ſiue libris in quibꝰ talia ſcribi cōſue/
uerunt:⁊ ſic ſatiſfecerit:ep̄us abſoluet:q2 papa
ſibi nō reſeruauit. Jo.an. Infra duos menſes.
Hec ↄſtitutio modo ligat oēs:q2 iam dudū ſlu
xerunt illi duo mēſes:de quibꝰ ſit mētio in iſto
c. Hoſti. Excōmunicamꝰ ſtatutarios ⁊c̄. Statu/
tarij ⁊ ſcriptores ſtatutoꝝ ſtatim liganť:nec ex/
cuſationē habere pñt i toto:etſi qnqꝫ excuſenť
a tāto. Ptātes aūt ↄſules ⁊ rectores pñt habeť
excuſationē quātū ad obſuatiōeꝫ ſnie ⁊ dletio/
nē ſtatutoꝝ p̄dictoꝝ q̄ ignorare pñt:et q̄ v̄o cer
tificati ſūt ⁊ obedire negligunt:ↄſtō eos ligat:
qđ ad arbitriū bōi viri referēdū ē:qn̄.ſ.ſcire po
tuerūt vel nō:aut qn̄ īpedire ne ſeruenť:vt.ſ.in
telligať hoc q̄ꝫcito potuerit bono mō conceſſo
aliquo interuallo:q̄ ſi hoc poſt ſciuit de nocte
vel in feſto tam ſolēni q̄ conciliū ↄgregare nō
potuit:vel tunc erat infirmus:arbitrabiť bonꝰ
iudex. Ho.⁊. Jo.an. Jo. v̄o de lig.in tractatu đ
ce̅.eccle.dicit q̄ p̄dicti ptātes conſules ⁊ hmōi
ſunt excoīcati:nō excōmunicādi.nec obſtat.c.
graue.vbi dicit canon. Ferende ſnie:q2 ibi de/
nunciaņť excoīcandi nō excoīcati.vel dic q̄ nō
eſt abſurdū q̄ excoīcati a iure iteꝝ excoīceņť ab
ab hoīe. Officiales v̄o nō ſūt excoīcati:niſi ſer
uauerint illa ſtatuta:vel etiā negligētes fuerint
ad ea delēda:rectores ciuitatū qui nō habent
ptātem ſtatuta tollendi nō liganť hac ſnia: niſi
ſm̄ illa ſtatuta iudicēt:aut niſi poſſint opari vt
illa deleāt ⁊ hoc negligāt. Pe.de ācha.a querit
de conſiliarijs illoꝝ locoꝝ:⁊ ponit diſtinctionē
Inno.qui ſic ait. Si tale cōſiliarijs in illis locis
vbi ſeruaņť ſtatuta ꝫ eccleſiaſticā libertatē:hñt
ptātem deſtruēdi ⁊ nō faciūt excōmunicati ſūt.
etiā ſi dediſſent ↄſiliū q̄ deſtruaņť:nō facit eos
euitare penam. Si nō hñt ptātem nō incurrūt
excōicationē. Sed ſi neſcirent eē p̄dicta ſtatuta
dicit Hoſti.tunc ligari:qn̄ ſciunt ⁊ nō delēt cuꝫ
pñt. Tps aūt ad hoc dabitur arbitrio bōi viri.
ideſt iudicis:ſed nō videť ſe poſſe excuſare alle
gando ignorantiā facti:ex quo ita publice pro
mulgata ſunt ſtatuta:tn̄ ſaluādo dicta p̄cedē/
tia:dicit q̄ ignorātia p̄dicta excuſat excoīcatio
ne ad quā incurrendū requiriť dolus:ſed non
ab alia pena:ſꝫ quid ſi ſciuerūt p̄dicta ſtatuta ⁊
ignorauerūt eſſe ꝫ eccleſiaſticā libertatē.ibi di/
cit Inno.q̄ nō incidunt cū excoīcatio nō liget
niſi ↄtumacem.xj.q.iij.c.certū.nec fertur niſi p
magnis criminibꝰ:fateť tn̄ q̄ poſſint aliter pu/
niri. Dñs meus Jo.de lig.putat eos nō audiē/
dos.q2 eſt ignorātia iuris q̄ nō excuſat.de reg.
iu. Ignorātia. Hec Pe.de ancha. ¶ Nota etiā
ſm̄ quoſdam q̄ ſi q̄ ſtatuerūt q̄ nullus offerat
niſi in magnis feſtiuitatibꝰ.als nō. vel ſi tn̄ q̄
ſuper mortuo nō niſi talis pānus vl tot cerei ⁊
hmōi:hoc eēt ꝫ eccliaſticā libertatē. Sup iſto
ca.nouerit. Hēricus boych dicit q̄ ſtatuentes
vel ſtatuta dictantes vel ſcribentes ipſa aut ſie
ri ↄſentientes:aut facientes ſeruari ſtatuta con
tra eccleſiaſticam libertatem ſtatim ſunt excom
municati ipſo iure. Nā tēpus duoꝝ mēſiuꝫ qđ
dať ad delendū ipſa ſtatuta vt vitēt hanc penā
cepit currere a tpe publicatiōis huius decre.⁊
ſic iam diu tranſiuit illud tps ſꝫ Guil.⁊ Hoſti.
Quidā tn̄ exponunt hmōi.publicatiōeꝫ poſt
q̄ꝫ.ſ.in ſingulis locis ſuit publicata:⁊ hoc beni
gnius ſm̄ Hoſti.ſed primū verius ſm̄ Jo.an.
Qui v̄o ſm̄ talia ſtatuta p̄ſumpſerint iudicare
vel in formā publicā ſcribere iudicata:ſtatiꝫ ta
les ſunt excōmunicati ſm̄ Hoſti.ſecus aūt ſi in
priuatā formā ſcriberēt. Jo.an. Officiales v̄o
⁊ ↄſiliarij tūc ſignanť ſi ſciētes eē ea ꝫ libertatē
eccleſiaſticā: ↄſenſerint delicto:vt q2 ea fuaue/
runt vel dederunt ↄſiliū q̄ ſeruentur vel negli
gentes fuerūt ea de ſuis capitularibꝰ delere vel
officium dimittere q̄ꝫcito de eis certificati ſciu/
unt ⁊ cognoſcunt ea eſſe contra libertatem ec/
cleſie ↄceſſam:aliq̄ tn̄ medio interuallo ad arbi
triū boni viri. Alie v̄o p̄ſone noīate i hac đcre.
iꝫ ſeruent hmōi ſtatuta nō ſunt excoīcati ſꝫ In
no.⁊ Jo.a. Hec ille.qui quidē dicit de facienti/
bus ꝫ libertatem ſeu p̄uilegium vllis eccleſie.

¶ Excoīcatio contra omnes dños prohibētes
ſubditis ne faciant ⁊ obſequia corporalia per/
ſonis eccleſiaſticis. Capitulum.xviij.

Eos qui temporale dominiū obtinentes ſuis ſubditis ne p̄latis aut clericis ſeu p̄ſonis ec/
cleſiaſticis quicq̄ꝫ vēdant aut emāt
aliquid ab eiſdē:nec ipſis bladum molant co/
quāt panē aut alia obſequia exhibere p̄ſumant
aliqn̄ interdicunt eum talia in derogationē li/
bertatis eccliaſtice p̄ſumāť eoīpo excoīcatiōis
ſnie decernimus ſubiacere. Boniſa.de imu.ec

cle.li.vj. Libertatis.lʒ iſti quoad ṽba viderenſ
nõ infringere libertatẽ:tñ infringebant facien/
do fraudeʒ de pſona ad pſonam.de quo dic:vt
xiiij.q.iij. Plerigꝫ. Jo.an. Querit ħ Dñſcus ð
ſan.Gemi.qđ ſi iſta ꝓhibitio fiat p illũ q nõ hʒ
dñiuʒ:an hẽat locũ pena ħ poſita. Rñdet ꝙ nõ
per tex.qui ħ dicit de dñis ꝓhibentibꝰ ſuis ſub
ditis:ꝛ exponit illđ tpale p ſeculari dñio ꝛ ſub/
dit. Sed pone ꝙ fiat ſtatutũ ſicut in italia i mul
tis ciuitatibꝰ ꝛ dñijs:ꝙ ꝓhibeat ne qs donet vł
vendat rẽ imobilẽ alicui non exiſtẽti de iure ſta
tuentiũ nõ ſubeũti onera coĩuʒ vel dñoꝝ ꝛ irri/
tat donationẽ vel venditionẽ ꝛ penã iponit:an
per talia ſtatuta includanſ donatiões ꝛ vẽditio
nes in eccliijs. Et ꝙ nõ includanſ:ꝛ nõ teneãt ta
lia ſtatuta quoad eas ꝓbat per.c. Eccleſia ſancte
Marie.de ↄſti.ꝛ per plures rõnes. Et cõcludit
ꝙ hmõi ſtatuentes hac pena nõ ſunt ligati exq̃
nõ fuit ſtatutũ expꝛſſum de ecclia:qꝛ ſi hoc fuiſſʒ
tũc ligati eſſent:qꝛ ſtatutũ eſt ꝫ eccleſiaſticã lib/
tateʒ.tenuit enſ iſtud ſtatutum ẜm cõem ſnĩam
oĩum doctoꝝ quoad laicos trãſferentes in lai,
cos iuriſditionis aliene:ſed ſi iſtud extẽderent
ad eccleſias incipent ligari:nec eẽt abſurdũ di/
cere ꝙ iudex eccliaſticus poſſet illos ad q̃s per
tinet cogere ad declarãdũ ſtatutũ:vt nõ reſpice
ret ↄctus ſiẽdos cũ eccleſijs.ex̃ de here.ca.ſtatu
tũ. Refert enſ Joã.an.in nouel.ꝙ Uin.ꝛ Abb.
dicũt ꝙ ſtatuto facto laicoꝝ pro cõi vtilitate:ꝙ
vadẽs de nocte ſoluat tñ:clerici nõ ſunt ſubie/
cti ſed per ſuũ iudicẽ arcẽdi.di.xcvj. Bñ qdeʒ.
ſecus dicũt de dãno in paſcendis pecoꝛibꝰ vel
ad aquam ducendis.tunc enim tenentur paſto
res de dãno propter mercedem quã accipiunt.

¶ Excõmunicatio cõtra vſurpãtes patronatũ
de nouo in locis pijs vel vſurpantes bona vacã
tium eccleſiarum. Capitulum.xix.

SAncimus vniuer//
ſos ꝛ ſingulos qui regalia cuſtodiã
ſiue guardiã aduocatiõis ſeu dẽſen/
ſionis titulũ in eccliijs monaſterijs
ſiue qbuſlibet alijs pijs locis de nouo vſurpaſ
conãtes bona eccleſiaꝝ monaſterioꝝ aut locoꝝ
ipſoꝝ vacãtiũ occupare preſumũt:quocũqꝫ di/
gnitatis honoꝛe ꝓfulgeãt:clericos et eccliarũ:
monachos monaſterioꝝ ꝛ pſonas ceteras loco
rũ eoꝛũdẽ:q hoc fieri ꝓcurãt eoipſo excoicatõis
ſnĩe ſe nouerit ſubiacere. Boniſa.de elec.gña/
li.li.vj. Uniuerſos ꝛ vniuerſas:nã appellatiõe
ſigs etiã qua ↄtineſ.ff.de ṽ.ſi.l.j.ꝛ.ij. Et ẜʒ bar.
ṽbũ maſculinũ ꝓlatũ a canone comprehẽdit fe
mininũ qđ ꝓbaſ.xvij.q.iiij. Sigs ſuadente qđ
veꝝ niſi p eãdẽ vel alia iura excipiaſ feia.l.eo.
Indẽnitatibꝰ. Joã.an.qđ Archi.itelligit de ca
none puniẽte eria. Singulos:vt qñ pſona vſur
pat ſuo noie inſraſcripta. Uniuerſos ṽo dixit:
puta qñ aliqua vniuerſitas ſibi iſraſcripta vſur
pat de nouo. Archi. Regalia:dic ea q̃ capit rex
vacãte ecclia vt pʒ in regno frãcie ꝛ anglie. Nã
illa vocanſ regalia iura regis in qbuſdã eccle/
ſijs vacãtibus cõpetẽtia qbus de ꝓlato oꝛdina/
tis illa ꝑcipiũt ꝓlati:vt no.tex. Archi. Guardia
ni:qꝛ dicũt ſe debẽ cuſtodire eccleſiã vacãtem
donec de ꝓlato fuerit ei ꝓuiſuʒ:vt pʒ exẽplũ in
eccleſia parmẽſi.vbi tales cuſtodes laici ꝛ nobi
les appellanſ vicednĩ:pʒ etiã exẽplum in eccle/
ſia floꝛẽtina. Et ſumiſ hoc ṽbũ ꝛ ꝑcedens.ſ.cu
ſtodiã p eodẽ:vñ expõe ſiue p ideſt. Et itelligũt
qdã hoc cõpꝛehẽdi ſub hoc noie iuſpꝰonatus:
qđ nõ credo:ſed itelligo ſimplr ſicut ſonat quã
uis aliter notaſ.ĩ.de iurepa. Archi. Sʒ Jo.an.
ſic dicit. Cuſtodiã ꝛ que ſequuntur expone ẜm
Bar.in iuſpꝰonatus.qđ ẜm diuerſas regiones
diuerſa ſoꝛtiſ vocabula. Et addit quocũqꝫ noie
cenſeanſ:vſurpantes de nouo tale ius in eccle/
ſijs ꝛ alijs pijs locis ꝛ bona ipſoꝝ vacantiũ oc/
cupãtes:excoicati ſunt ipſo iure. Alijs vt hoſpi
talibus ꝛ alijs quocũqꝫ noie vocatis. Jo.an.de
nouo vocatis.ſ.a.xl.an.citra ẜʒ Bar.de ↄſue.
c.ſi.ꝛ hoc per lraʒ q̃ ſequiſ:vel ex antiq̃ ↄſuetu
dine:q.ſ.habeſ.ĩ.i tex.ħ nõ poſito. Jo.an. Bo/
na de qbus nulla eſt laicis attributa ptãs:alias
facultas:occupare in malã ꝑtem ſumiſ:ꝛ ꝓpꝛie
mobilia dicunſ occupari:imobilia dicunſ inua
di:ſepe tñ vnũ ſumiſ ꝓ reliquo. Procurat foꝛ/
te occaſione diſcoꝛdie iter eos ſuſcitare. Et dicũ
tur ꝓcurare ope:ↄſilio:pſuaſione ꝛ coopatiõe.
Jo.an. Nota ꝙ cõmittẽs ſacrilegiũ in auſeren
do res ſacras vel nõ ſacras:ſʒ de loco ſacro:nõ
ſunt de iure cõi excoicati:niſi hoc facerẽt cũ ef/
fractione vel incẽdio:vt ex̃ de ſen.excõ. Cõque
ſti.in glo.ſed ſi tales poſt monitionẽ nõ ſe emẽ/
darent:ſunt excoicãdi:ſic etiã alij auferẽtes bo
na eccleſiarũ nõ ſunt ipſo iure excoicati niſi va
cantiũ:vt in iſto.c.generali.de elec.li.vj.qđ au
tem dꝛ in decre.xj.q.iij.canonica.de violatori/
bus eccleſiarũ:vt.xvij.q.iiij. Omnes.de rapto
ribus bonoꝛũ eccleſiarũ ꝙ ſunt excoicati:intel
ligendũ eſt ẜm Richar.in.iiij.de violatiõe ꝛ ra
ptu que fiunt cum ꝓbabili.alijs perſonali effra/
ctione vel violentia ꝛ huiuſmodi.

Differẽt occupari et inuadi.

¶ Excõmunicatio cõtra cõpellentes ꝓlatos et
pſonas eccleſiaſticas ad ſubmittẽduʒ eccleſias
vel eccleſiaſtica bona eis. Capitulum.xx.

LAici qui prelatos
vel capſa ecclioꝝ ſeu alias pſonas ec
cleſiaſticas ad ſubmiſſiões hmõi
faciẽdas hactenꝰ cõpulerũt poſt cõ
petentẽ admonitiõeʒ remiſſa ſubmiſſione quã
per viʒ vel metũ exegerãt ecclias ꝛ bona ecclie

tis ſubmiſſio:taliter in ſua libertate dimittãt. Illi vero qui ꝑlatos aut pſonas eaſdẽ ad talia faciẽda cõpulerint cuiuſcũqꝫ ſint ↄditionis aut ſtatus excoĩcationis ſint ſnĩa inodati. Ex ↄtib⁹ ꝓter ea ſup pmiſſis hmõi lnĩa ⁊ ↄſenſu interueniẽte hactenus initis:aut q̃s in futurũ iniri ↄtigerit ſeu occaſione illoꝝ laici vltra id qḋ ex nã ↄtractuũ ipoꝝ vel adhibita in ipis lege pmittit̃:aliq̃s nõ vſurpẽt. Qui vero ſecus egerint niſi legitie moniti:ab hmõi vſurpatiõe deſtiterit reſtituẽdo et que taliter vſurpauerũt. eoipo in ſnĩaꝫ excoĩcatiõis īcurrãt. Greg. x. de re. ec. nõ alie. ꝟ ↄſultiſſimo. li. vj. Submiſſ. ões hmõi. i. de qb⁹ dixerat in pn. vbi ꝓhibet ꝑlatos ⁊ ecclias ſibi cõmiſſas bona imobilia ſeu iura ipaꝝ laicis ſubmittere abſqꝫ capli ſui ↄſenſu ⁊ ap. ſe. lnĩa ſpāli. ſ. ſtituẽdo vel recognoſcẽdo ſeu ꝓfitendo ab illis ea tanq̃ a ſupio:ib⁹ ſe tenẽ:ſeu ab ipſis eadem aduo:ãdo vel ipſos pſonos vel aduocatos eccleſiaꝝ ſeu bonoꝝ ipoꝝ ppetuo ad tp̃s nõ modicũ ſtatuẽdã. Talis ꝫ ſubmiſſio ꝟ ꝓhibet̃: nõ aũt aliẽatio bonoꝝ ecclĩaſticoꝝ. ❡ Et no. q̃ cõꝓhẽdunt̃ et ꝟ ſemine. ſ. religioſe:⁊ qḋ dr̃ aduocãdo exponit̃ tãq̃ ab aduocatis recognoſcẽdo. Et qḋ dr̃ ad tp̃s nõ modicũ ide trahit̃ q̃ ad modicũ tp̃s pñt vocari in pſonos vl dẽfenſores. ⁊ dicit̃ modicũ tp̃s infra decem annos. vel ſm Bar. relinquetur iudicis arbitrio. ⁊ qḋ dicitur competentem monitionem intellige trinaꝫ:niſi facti neceſſitas aliud ſuadeat. Jo. an.

❡ Excoĩcatio ↄtra ↄcedẽtes repreſalias ⁊ vtẽtes in clericos ⁊ bona clericoꝝ. Caplm. xxj.

Illi qui repſalias aduerſus perſonas eccliaſticas ſeu bona ipaꝝ ↄcedunt vel extẽdũt ad eas:niſi pſumptionẽ hmõi reuocauerint a ↄceſſionis vel extẽſiõis tpe infra menſeꝫ ſi pſona ſingularis fuerit ſnĩaꝫ excoĩcatiõis īcurrat ſi vniuerſitas eccliaſtico ſubiaceat interdicto. Greg. x. de iniurijs. c. ſi pignoꝛatiões. li. vj. Eccliaſticas vt clicos:tẽplarios:hoſpitalarios:ↄuerſos:⁊ deo deuotos. xij. q. j. duo. Jo. an. Extendũt. facit dr̃iam inter extẽdere:⁊ ↄcedere: q: ciuitas vel ſupioꝛ dr̃ cõcedere. ſed ille cui cõcedunt̃ extẽdere: puta quia ciuitas Bonoñ. dedit repreſalias ciui ſuo ꝫ floꝛẽtinos:qui eas extẽdit ille ad clericos. Jo. an. Preſumptiõe. i. ↄceſſione vel extẽſiõe repſaliaꝝ qḋ eſt ꝫ libertatẽ eccleſiaſticã. Jo. an. Mẽſeꝫ: q̃ ſi īfra mẽſeꝫ iſtũ ꝓceſſuꝫ fuit ad actũ:q: fuit eccliaſtica pſõa ꝓ alia pignoꝛata. i. repſalia facta ꝫ eũ. Nunqd hec poſtea hẽbit locũ īfra mẽſeꝫ. dic ſm Bar. q̃ in ſtatũ priſtinũ reuocãdũ erit īfra mẽſeꝫ. de ſen. ex. q̃cũ. ꝫ. vl h; Guil. Reuocatio re īntegra fieri dꝫ betur an̄q̃ ꝓcedat̃ ad actũ:alr̃ locũ hꝫ pñ. io. an.

❡ Excõmunicatio ꝫ grauãtes pſonas eccleſiaſticas in ſe vel in ſuis pro eo q̃ noluerũt eligere eos pro qbus rogati erãt. Caplm. xxij.

Sciant cũcti qui clericos vel q̃ſlibꝫ pſonas eccleſiaſticas ad quos in aliqb⁹ monaſterijs aut alijs pijs locis ſpectet electio ꝓ eo q̃ rogati ſeu alr̃ inducti eũ ꝓ quo rogabant̃ ſeu inducebant̃ eligẽ noluerũt:vel ↄſanguineos eoꝝ aut ipas ecclĩas mõaſteria ſeu loca certa bñficijs ſeu alijs bonis ſuis p ſe vel p alios ſpoliãdo: ſeu alr̃ iniuſte pſequẽdo grauare pſũpſerint ſe ipſo ſctõ excoĩcatiõis ſnĩa nouerit innodatos. Greg. de elec. li. vj. Cũcti et epo. Eccliaſticas vt ↄuerſos tẽplarios:q lꝫ nõ ſint clerici. ſunt tñ eccleſiaſtice pſone. Spectet dẽ iur̃ cõi. Jn collegiata ecclĩa:ad collegiũ ſpectat electio:⁊ ſi nõ ẽ collegiũ ad pſonũ:niſi aliõ iducat̃ de ↄſuetudie: Si aũt nõ ẽẽt collegiũ vel pſonus p dyoceſanũ hꝫ ibi oꝛdinari. x. q. j. regẽda. ⁊ hec vera quoad electionẽ ꝑlati de īferioꝛi nõ. ẽ. e. ti. cuꝫ eccleſia vulterana. Jo. an. Rogati. qñ p̃ces inducũt ſymonia. dic vt. viij. q. ij. in ſũma. ⁊. viij. q. j. moyſes. Jnducti p pmiſſiones vel alio mõ. Jo. an. Alios:ſed nũqd hec pena locũ hẽbit in pñtante pſono:videt̃ q̃ nõ:q: de electione tñ loquit̃ur:⁊ nõ de pñtatione:⁊ hec eſt penalis. ⁊ iõ reſtringẽda:dic q̃ ſi pſonus eſt cleric⁹ vel pſona eccliaſtica locũ habebit:ↄſiõ:nec hoc eſt odioſuꝫ:ſed fauoꝛabile ecclĩaꝝ fauore. Si aũt pſon⁹ eſt laicus pena locuꝫ nõ habebit:cuꝫ ↄſtõ dicat clĩcos vl eccliaſticas pſonas. Jo. an. Jdẽ Guil. Bar. Archi. Jo. mo. qui dicũt et idẽ in poſtulãte ſnĩa. ⁊ ſm Greg. epi bñ poterunt abſoluere. Jo. an. Ex quo ↄditione canonis hui⁹ abſolutio nẽ ſibi papa nõ reſeruat. ex̃ de ſen. excõ. c. nup. ❡ Nota q̃ Archi. hic monet q̃õneꝫ de mandatario. i. de eo q ex mãdato alterius aliqd hoꝛũ opat̃. vtrũ incidat in canonẽ. allegat pro ⁊ ꝫ dicens finalr̃ ↄcludit q̃ dici põt q̃ mandatarius talis ligat̃:etſi nõ verbis huius. c. tñ mẽte maxime cũ pricipet in crimine ⁊ ſit actoꝛ mali.

❡ Excoĩcatio ꝫ īpediẽtes litigare in foro eccleſiaſtico in cãis que de iure vel ↄſuetudie vel ex īpetratis a curia pñt ibi tractari. Cap. xxiij.

Statuimus ne quis īpetratiões lraꝝ nraꝝ ad nos vel ad forũ eccleſiaſticũ recurrẽtes ſup cauſis q̃ ad idẽ foꝝ vel de antiq̃ ↄſuetudine ptinere noſcunt̃ ad deſiſtendũ vel in foro ſeculari de q̃õnibus hmõi litigãtiũ p eorũdeꝫ iudicũ eccleſiaſticoꝝ īpetrantiũ:aut litigãtium ſeu volentiũ litigare:aut ppinquoꝝ ipoꝝ:vꝫ ſeu reꝝ illoꝝ ſeu eccleſiaꝝ ſuaꝝ captionẽ:modiſue

aliq̃s qbuſcũqꝫ cõpellat ſeu cõpelli faciat vel ꝓ
curet: nec per ſe alioſue ſpediat quo min⁹ coraꝫ
iudicib⁹ eccliaſticis delegatis ſeu ordinarijs q̃/
rulantes de cauſis q̃rꝫ ꝑmiſſuꝫ eſt ad cognitio
nẽ pertinẽt eorũdẽ: poſſint libere iuſticiaꝫ obti
nere: nec ad ꝑdictã faciẽda dent auxiliũ ↄſiliuꝫ
vel fauorẽ. Siq̃s vͦo ↄ̃ ꝑſumpſerit ſe ipſo facto
nouerit excoicatiõi ſubiacẽ: a qua niſi tã iudici
cuius cognitio fuerit ſpedita vł iuriſditio vſur
pata q̃ꝫ pti que in ꝓſecutiõe turbata fuerit ſuf
ſuris. de iniurijs. de dãnis. de expenſis. ⁊ inter
eſſe ꝑus per eũdẽ fuerit integre ſatiſfactũ nulla
tenus abſoluat. Boni. ex̃ de imu. ec. qm̃. li. vj.
Nullaten⁹. id eſt nullo modo. Quid ſi aũ ſatiſ/
factionẽ tales fuerũt abſoluti. nõ credo ꝙ talis
abſolutio teneat hec iſta ſpãlr ꝓhibente lr̃a. Ar
chi. ⁊ Jo. dicit ꝙ tũc demũ facta ſatiſfactiõe po
terit abſolui ꝑ ordinariũ: qꝛ papa ſibi nõ retinuit

¶ Excõmunicatio cõtra dños ⁊ eoꝝ officiales
grauantes aut iniam grauandi dãtes clericos
vel ſuos ↄſanguineos ꝓpter ſnias latas ↄ̃ eos.
Capitulum. xxiiij.

Quicunqꝫ pro eo ꝙ
in reges ꝑncipes ⁊ barones nobiles
balliuos vel quoſlibꝫ miniſtros eorũ
aut quoſcũqꝫ alios excoicationis ſu/
ſpenſionis ſiue iterdicti ſnia fuerit ꝓmulgata:
iniaꝫ alicui dederit occidẽdi capiẽdi ſeu alr̃ in
ꝑſonis aut in bonis ſuis vel ſuoꝝ grauãdi eos
tales ſnias ꝓtulerũt ſiue quoꝝ ſũt occaſiõe pro
l ate vel eaſdẽ ſnias obſeruãtes ſeu talr̃ excoica
tis coicare nolẽtes: niſi iniam ipaꝫ re itegra re
uocauerit: vel ſi ad bonoꝝ captionẽ occaſiõe ip
ſius inie ſit ꝓceſſum: niſi bona ipſa fuerit infra
viij. dieꝝ ſpaciũ reſtituta: aut ſatiſfactio ꝓ ipſis
ſpenſa: eo ipſo ſniam excoicationis icurrãt. Ea
dẽ q̃ꝫ ſint ſnia inodati oẽs qui auſi fuerit ꝑdictã
inia data vti vel aliqd ꝑmiſſorũ ad q̃ cõmitten
da dari iniam ꝓhibuim⁹. alr̃ cõmittere q̃õneꝫ
ſuo motu. Qui aũt in eadẽ ſnia ꝑmãſerint duo
rum mẽſiũ ſpacio extũc ab ea non pñt niſi ꝑ ſe.
ap. abſolutiõis bñficiũ obtinẽ. Greg. x. de ſen.
excõ. li. vj. reges. Eſt aũt ordinari⁹ regis eps in
cui⁹ dyoceſi delingt vel domiciliũ h̃ꝫ. di. xcvj. ſi
imꝑator. Jo. an. Et dic̃ Archi. ꝙ nõ ſolũ regem
īmo ⁊ imꝑatorẽ põt eps excoicare. ij. q̃. vij. ſ.
itẽ cũ Dauid. Miniſtros ad clicos põt referri.
⁊ ſic ꝓprie inſequif v̈bũ ſuſpẽſiõis. Jo. an. Licẽ
etiã multoſorti⁹. idẽ in iuſſu vł mãdato. Archi.
Dederit: clare demõſtrat hec lr̃a ꝙ ſi aliq̃s ↄ̃cẽ
ꝓlatione excõicati faciat ea q̃ hic in lr̃a numerã
tur ipſe excõicat⁹ nõ dꝫ in culpa niſi ſubſequẽs
poſtfactũ ratũ hẽat. Archid. Suoꝝ. ſ. ↄſangui
neoꝝ vł familiariũ. ⁊ ſic no. caſuꝫ ĩ quo ꝑcutiẽs
ꝙ mãdãs ꝑcuti laicũ eſt excõicat⁹. ad ideꝫ. ō. de
elec. Sciãt. c. li. Joã. an. Grauãdi: puta ne quis
emat ab eis vel eis vẽdat: vel his ſilia. Joã. an.
Re integra. i. añq̃ꝫ ad occidẽdũ vel capiẽdũ vł
alr̃ grauandũ eaſdẽ ꝑſonas in aliq̃ fuerit ꝓceſ/
ſuꝫ. vñ vł ꝙ ſi re integra fiat reuocatio mãdati
vel talis inie: locũ nõ hꝫ qͦd hic ſequif: ſi aũt ad
aliquẽ actũ ſit ꝓceſſuꝫ ꝑ eũ: cũ inia eſt ↄceſſa ſta
tim iniam dãtes ſunt ligati: vt h̃ pꝫ: de hoc de
pe. di. j. Siq̃s nõ dicã. ſed vł ↄ̃ infra xx. ibi. niſi
bona ipſa ⁊c̃. dic ꝙ grauior eſt offẽſa ꝑſone q̃ꝫ
rerũ. de q̃ offenſa loquif lr̃a: quo caſu ipo facto
ſtatiꝫ ligant vt dictũ eſt. lr̃a aũt ſequẽs loquif i
offenſiõe rerũ ad quaꝝ reſtõnem termin⁹. viij.
dieꝝ ꝑfigif. vt infra pꝫ. Archi. Jmpẽſa. ſ. cũ res
nõ extat vł pꝫ leſo. Incurrãt mͦ duplici ſunicu
lo ſũt ligati: qͦd cẽ põt. iij. q. iiij. Engeldrudaꝫ.
Jo. an. Uti. ⁊ ſic mãdãs ⁊ mãdatari⁹ eadẽ pena
puniunf. Alr̃. i. ꝑter aliquã licẽtiã. Jo. an. Ob
tinere: ſilr̃ in incẽdiarijs eccleſiaꝝ: q exquo de/
nũciati fuerit nõ pñt abſolui ab alio q̃ꝫ a papa
ō. c. Tua. Et ſi papa h̃ ñ expſiſſꝫ ꝑpetuo potuiſ
ſet ordinari⁹ ipm abſoluẽ. ō. c. nup. Jo. an.

¶ Excõicatio ↄ̃ exigẽtes vel exigẽ faciẽtes pe/
dagia vel gabellas a ꝑſonis eccliaſticis pro re/
bus ſuis vel eccleſiaꝝ. Capitulũ. xxv.

Conſtitutionem fe/
licis recordatiõis Alexandri pape
iiij. ꝑdeceſ. nr̃i q ſtatuit eccliaſ ⁊ ꝑ/
ſõas eccliaſticas ad pedagia ⁊ gui/
dagia penit⁹ nõ teneri: nec ad exhibẽdũ vel ſol
uendũ tallias ꝑ reb⁹ ſuis ꝓprijs quas non cã ne
gociãdi deferũt vł deferri faciũt ſeu trãſmittũt
volẽtes ꝓpter multoꝝ inſolẽtiã ⁊ abuſuꝫ pene
adminiculo adiuuare. Adycim⁹ diſtricti⁹ inhi
bẽdo ↄ̃ria ↄſuetudine quorũcũqꝫ q̃ dicẽda ẽ ve
rius corruptela nõ obſtãte: vt nec collegiũ nec
vniuerſitas nec aliq̃ ẽt ſingularis ꝑſona cuiuſ/
cũqꝫ ſit dignitatis ↄditiõis aut ſtat⁹ a ꝓ̃fatis ꝑ/
ſonis ſeu eccliis ꝓ ꝑſonis ipſis aut reb⁹ ꝑdictis
tallias: exigat vł extorqueat vel ꝑ ſe vel ꝑ aliuꝫ
ſuo noie vel alieno aut eos ad hmõi ꝑſoluẽda
cõpellat: q vͦo ↄ̃fecerint ſi ꝑſone fuerit ſeclares
excõicatiõis: ſi aũt collegiũ vel vniuerſitas ciui
tatis caſtri ſeu loci alitari⁹ cuiuſcũqꝫ: ipa ciuitas
caſtrũ vel locus interdicti ſniam ipſo facto in/
currãt: nec ab excõicatione hmõi abſolutioneꝫ
vel interdicti relaxationẽ obtineant donec ex/
acta plenarie reſtituerint ⁊ de tranſgreſſione ſa
tiſfecerint cõpetẽter. ex̃ de cen. c. q̃ꝫ. li. vj. Si
vniuerſitas vel ſingularis ꝑſona eccliaſ vel ec/
cleſiaſticas ꝑſonas cõpulerit ſoluẽ pedagia vel
guidagia vel exactiones pro reb⁹ ſuis quas cã
negociationis nõ deferunt vel ꝑ ꝑſonis ſingla
rib⁹ excõicati ſunt: ⁊ vniuerſitas iterdicta. Joã.
an. in ſum. Itẽ nota ꝙ reo clericoꝝ eodẽ ꝑuſſe

gio gaudēt quo res eccl'arū q̄ſtū ad iſtud. Ne gociandi: h̄ verbū a multis nō plene intelligit. vn̄ dic. ꝙ ille d̄r eſſe negociatoꝛ qui rē cōpat: vt rē integrā ⁊ imutatā vendēdo lucret: ſꝫ qui rez cōpat vt materia ſit ſibi aliq̄d inde opandi: puta ex ferro clauos ⁊ alia artificiata ille nō eſt negociatoꝛ. Hāc.n.negociationē clerici exercere nō debēt. vt.lxxxviij.diſ.foꝛnicari. ſi aūt d̄ferāt vel deferri faciāt clerici res cauſa mercimonie: hac imunitate nō gaudent. ⁊ ſic eſt ar. ꝯ emptores reddituū clericoꝝ qui volūt i his gaudere imunitate illa qua ⁊ clerici. vt.ſ.nō ſoluāt guidagia ⁊ pedagia de emptis ⁊ clericis. Fran. de zaber. q̄rit an id qđ hic d̄r de pedagijs locū habeat in gabellis ⁊ datijs q̄ leuant in ciuitatib⁹ lōbardie. Et r̄n̄. ꝙ ſtephan⁹ dicit ꝙ ſic: q2 idē iuris de ipſis. ar. xiiij. q.iij. putant. ⁊.c. plerīqꝫ. ⁊ de puilegijs. c. q̄ſtos. ⁊ ex hoc dicit ꝙ tota italia eſt īterdicta ⁊ clerici irregulares ſ; nō huđtes. hec ille. ſꝫ hodie taliter excoicati nō ſunt vitandi niſi d̄nūcientur. vt hēs. ſ. de cler. excō. mi. c. ſi. Singlares. Ḡnaliter loquit. vn̄ credo ꝙ comprehēdat ēt epōs: ſi obijciat. ex̄ co. de ſen. excō. li. vj. c. Q2 piculoſuꝫ. ꝙ nō loquit i ſnīs excoicatiōis. vt. h. ſꝫ ſuſpēſiōis ⁊ īterdicti. Archi. Obtineāt cū papa ſi taliū abſolutionē nō retineat alijs cōceſſiſſe videbit. ex̄ de ſen. excō. Nuper. arch. Reſtituerit h. verbū demōſtrat ꝙ abſolutionē pcedat reſtitutio: ſic. ij. q. vij. Accuſatio. vbi de hoc in glo. Excoicatos ꝙ v̄r ꝯ. ⁊. xvij. q. iiij. De ꝑſōoꝝ. in ſi. vbi plene de hoc in glo. ⁊. xj. q. iij. Excōmunicatos in glo.

¶ Excommunicatio contra imponentes tallias collectas vel preſtantias clericis ſine licētia pape. Capitulum. xxvj.

Aduerſus cōſules rectores ciuitatū ⁊ alios qui eccleſias ⁊ viros eccleſiaſticos tallijs ſeu collectis ⁊ exactiōib⁹ alijs aggrauare nitunt: volēs imūitati eccl'iaſtice lateran. concil. puidere ꝑſumptionē hmōi ſub anathematis diſtrictiōe phibuit: trāſgreſſoꝛes ⁊ fautores eoꝝ excoicationi ſbiacē pcepit donec ſatiſfactionē ipenderit cōpetētē. ⁊. ſ. circa ſi. ⁊ ſucceſſorem ipſius niſi ſatiſfecerit infra menſem manere decernimus eccleſiaſtica cēſura ꝯcluſum donec ſatiſfecerit cōpetenter. Et in eadē poſt dicta imediate ſequēti. Uerū ſi q̄n forte epūs ſimul cuꝫ clericis tātam vtilitatē vel neceſſitatē ꝑſpexerit vt abſqꝫ vlla coactione ad releuādas vtilitates ⁊ neceſſitates cōes vbi laicoꝝ nō ſuppetūt facultas ſbſidia p eccl'ias duxerit ꝯferēda pdicti laici hūiliter ⁊ deuote recipiāt cum grarum actiōe ppter imprudentiaꝫ tn̄ quoꝛundam romanus pontifex prius cōſulat. Innoc. iij. extra de imu. eccle. Lateranē. ꝯciliū de quo ſupra. c. Nō minus. vbi fert talis ſnīa excoicatōis cū iſta tn̄ additiōe ſeu ꝯditione ſi admoniti deſiſtere noluerint. vbi dicit glo. Ber. ꝙ ſi ſe non correxerint poſt admonitionē ſunt ipo iure excoicati. Et dicit Hoſt. ꝙ ſufficit vna admonitio. maxime quia canon iſte iductus eſt in fauorē eccleſiaꝝ ⁊ odium tyrānoꝝ: quoꝝ aliq̄ ſunt adeo terribiles ꝙ nec facile eſt eos tertio admonē cū quātūcunqꝫ monētur appellāt: nec audent ꝑlati dare ſnīam timētes foꝛſitan plura pdere. Prouidet ḡ ſufficiat vna admonitio cū cōpetēti termino. Appellatio v̄o excludit: q2 a correctiōe canonis nō appellat nec ꝑlato eſt iputādū ſi a canone ſnīa profert. Addit ēt ⁊ fert ſnīa excoicatiōis in pdicto ca. Nō minus. ꝯtra euacuātes auctoꝛitatē ⁊ iuriſditionē ꝑlatoꝝ ita vt nihil poteſtatis in eis i ſuis videat hoibus remāſiſſe niſi moniti deſtiterint. vbi dicit Jo. an. ſup v̄bo iuriſditionem ⁊ ſpūalē interdū. h̄ tn̄ loqtur de tpali q̄ſi etiam rectores hodie nō ſolū diminuē ſed ēt in totū ſubtrahere moliūtur ⁊ tales ſi moniti non deſiſtant ſūt excoicati ipſo iure. Et hac ſnīa īfiniti ligant qui nō vitātur. vt dicit Hoſt. qđ p:culoſiſſimū eſt. Succeſſoꝛē ipſius. ſ. in illa dignitate vel rectoꝛia: ꝯſueuerūt eni vniuerſitates ſibi eligere rectoꝛes annuales: ne delictū pdeceſſoris pīudicet ſucceſſori: ſed id eſt ppriū delictū ex q̄ ipm nō purgat: q2 ꝯſentit. vt dicit ibi glo. ⁊ hic Bernar. īfra mēſem. ſ. a tpe ſui regiminis computandū ⁊ ēt iterum ſi ꝯſeniūt his pp̄ter q̄ fuit excoicat⁹ pdeceſſoꝛ ei⁹ cū per id appareat ꝙ in crie dānato pticipat: ⁊ ſic ligat eadē ſnīa. De h aūt tpe quoad ſnīaꝫ hu⁹ canonis nihil minui pt tn̄ oꝛdinari⁹ huc terminū ex cā abbreuiando ſua ſnīa poſſet talē ligare. Jo. an. Incluſuꝫ ergo eſt canō late ſnīe. Jo. an. Satiſfecerint: oē dānū emēdandū eccleſie: qđ ex ipſi⁹ exactiōe ipſi contingit: ſed ⁊ ſi ꝯſiliū dedit de collecta iponēda ad reſtitutionē ipſi⁹ tenet. Si vero ꝯſiliū nō dediſſet foꝛte nō cogeret ad emēdationē collecte ſed alias itereſſe qđ obuenit eccl'ie ab ipſius regimine emēdabit: ⁊ foꝛſitan pnīaꝫ ſpūalē ⁊ etiam pecuniariā ipm ſubire ſm ꝙ bonus iudex arbitrabit opoꝛtebit. hec aūt tm̄ locū hn̄t cū qs ſuccedit in regimine illi⁹ q eſt excoicat⁹ ex pdictis cauſis vl̄ aliter q̄licūqꝫ pp libertatē eccl'iaꝝ violatā ſec⁹ ſi ex illa cā eēt prius excoicat⁹ vel ꝯſiliarij vel vniuerſitas ſeu ciuitas īterdicta. tūc eniꝫ ſucceſſoꝛ nō eēt excoicat⁹ ſm Inno. cui⁹ eſt q̄ſi tota iſta glo. hoc itelligas ſic ſm Hoſt. v2 ꝙ mēſis iſte ſeu ꝑſumptio q̄ ex lapſu ſumit ad alios caſus nō extēdit. Illud āt certū eſt ꝙ qcūqꝫ ſuccedit excoicato ⁊ fouet factū dānatū pp qđ predeceſſoꝛ excoicat⁹ fuit eādē ſnīam icurrit. Jo. an. Et addit: ꝙ ſi nou⁹ rectoꝛ operā dedit quam

ſuícũqȝ potuit ꝙ hoc emẽdaret: ſed vniuerſita/
te reſiſtẽte qđ itẽdebat nõ potuit obtinẽ non ꝑ/
pterea excuſaſ: niſi oĩo relinq̃t regimẽ. Joã.an.
Neceſſitatẽ iuſtã ꝛ honeſtã. Inno. quorũdã ꝑla
torũ q ſine iuſta cã dabãt ſubſidiũ ꝛ ſoluebant.
Inno. Cõſulaſ. nota li ꝑ Boni. in. vj. e. ti. c. cleri
cis. fuit lata ſnĩa excoicatiõis a qua abſolui nõ
poterãt citra ſedẽ aplicã in laicos iponẽtes col/
lectas ꝛ tallias clericis vel alias exactiões ꝛ per
ſonas eccliaſticas ꝛ talia dãtes eiſdẽ abſqȝ lnĩa
ſedis aplice: que qdẽ ꝯſtõ Boniſa. in cle. co. ti.
c. qm̃. extat reuocata. Et ꝙ in iſtis duabꝰ decre.
ſcȝ nõ minꝰ ꝛ aduerſus circa hmõi mãm dꝛ ibi
ꝑcipiſ obſuari. Querif ſi ad clericũ aliq̃ de iu/
ſta cã caſamẽtũ ruſtici ꝛ poſſeſſiões ꝑuenĩãt: et
ꝑ mõ illaꝝ ꝛ q̃titate ſoluebat ruſticꝰ in q̃ſtis
ꝛ collectis q coiter fiebãt in loco rõne regimis
vel alia. Utrũ ipſe clericus teneaſ ſilr in ꝑdictis
pro modo ꝛ rata poſſeſſionuȝ omiſſis alqs alle
gationibus pro ꝛ ꝯtra. Finaliter dici põt ꝙ ta/
lis clericus liber eſſe debet a predictis: qđ ꝓba/
tur per. c. qꝛ nõnulli. de imuni. eccle. li. vj.

¶ Excoicatio ꝯ̃ extorquẽtes abſolutionẽ a cen
ſuris eccliaſticis per vim vel metũ. Ca.xxvij.

Abſolutiõis bene/
ficiũ ab excoicationis ſnĩa vel quã
cũqȝ reuocationẽ ipſiꝰ aut ſuſpẽſio
nis ſeu ẽt iterdicti ꝑ viȝ vel metuȝ
extortã ꝑſtris ꝯſtõnis auctẽ oĩno viribꝰ euacua
mus. Ne aũt ſine vindicta violentie creſcat au/
dacia: eos q reuocatiõem ſeu abſolutõeȝ hmõi
vi vel metu extorquẽt excoicationis ſnĩe decer
nimus ſubiacere. Bre. x. ex̃ de his que vi me. li
bro. vj. Abſolutiõis huiꝰ decre. fuit dubitatio:
qa reguliſ que ꝑ metũ fiũt tenẽt ſeu valẽt ꝛ obli
gant. qđ dic vt no. xv. q. vj. Auctatẽ. fallit tamẽ
in caſibꝰ ibi notatis ad quos addo iſtũ: ꝛ qꝛ ſicẽ
iniuſta excoicatio ligat ſic videbaſ de iniuſta ab
ſolutiõe. de pe. di. j. Uerbũ. Jo. an. Excoicatio/
nis etiã iniuſte. humiliter eni dȝ petere abſolu/
tionẽ: nõ per metũ cõpellere: qꝛ ſnĩa paſtoris ſi/
ue iuſta ſiue iniuſta tenet. xj. q. iij. c. j. Scđm eni
Guil. ꝛ Bar. Reuocationẽ. driaȝ facit iter abſo
lutionẽ ꝛ reuocationẽ. Et põt dici abſolutio ſo/
lẽnis q̃ fit iuxta formã eccleſie. Reuocatio ṽba/
lis ſine ſolẽnitate vel vbi tenuit excoicatio: lo/
cum habeat abſolutio: vbi nõ tenuit excoicatio
nis reuocatio: vel referſ reuocatio ad abſolutio
nem ad cautelã. Jo. an. ſed iterdictũ ꝓprie dꝛ re
laxari. Archi. Suſpẽſiõis: itelligo indiſtincte:
vt loquur. i. ſiue ab officio ſiue bñficio: ſiue ab i
greſſu eccłie. j. de ſen. excõ. Is cui. Jo. an. Inter
dictũ: iſta tria ſunt paria q̃ oĩa ſub cẽſura eccle/
ſiaſtica ꝯtinẽtur de ṽbo ſi q̃renti: ꝛ ſecũ trahũt
executiõem. vñ ſequẽs appellatio nõ ſuſpẽdit
earum effectũ. de appella. c. paſtoralis. ꝛ in ſcri/
ptis ferri dȝ. de ſen. excõmu. c. cũ medicinalis.
Jo. an. Uin. Uis eſt maioris rei impetus cui re/
ſiſti nõ põt. ſ. cõmode. ff. co. l. j. Metꝰ aũt trepe/
datio mẽtis iſtãtis vel futuri ꝑiculi cã. ff. eo. l. j.
Et exigiſ ꝙ pñs ſit metꝰ. lȝ futuꝝ ſit ꝑiculum: ꝛ
qs metus excuſet. no. ĩ. c. Dilecti. Joã. an. Et dꝛ
metus q̃ſi mẽtẽ tenẽs. vis tñ plus eſt q̃ȝ metus.
Omne eni qđ vi fit per metũ fit: ſed nõ ecõuer/
ſo: ſed cũ metꝰ iſertur ei reſiſti põt lȝ cũ ꝑiculo:
ꝛ cũ multis mõis accipi poſſit metꝰ accipiatur
large: vt ſonat hec lřa ꝛ hoc in odium facientis.
Nota tñ ꝙ lȝ aliq̃ ṽba dicãt talia que videanſ i
cutere timorem: illa tñ nõ ſemꝑ ſufficiũt ad in/
